PARS TERTIA
DE PRÆPARATORIIS IN SPECIE
A libello vſque ad litis conteſtationem excluſiuè neceſ-ſariò pręmittendis.

TRACTATVS NOVVS
AB ALIIS HACTENVS NON REDACTVS.

Iudicibus, tam Eccleſiaſticis, quam Sęcularibus, Aduocatis, cæteriſque in vtroq; foro verſantibus, nec non Iuris vtriuſq; Profeſſoribus in Scholis legentibus, ſiue diſcentibus vtiliſſimus.

AVTHORE

MARCO ANGELO LEONE

De Sancta Reparata Iuriſconſulto Cyrneo.

Opus cum triplici indice, videlicet præparatoriorum, ſummariorum, nec non materiarum, rerumq; omnium, quas continet, ordinatiſſimè pręparatum.



LIBVRNI,

Ex Typographia Io: Vincentij Bonfilij. Apud Hæredes Dominici Minaſchi.

SVPERIORVM PERMISSV. MDCLI.

An libellus, siue petitio sit necessarium preparatorium omnis iudicij inchoandi?

SVMMARIVM.



IBELLVS est necessarium preparatorium cuiusq; iudicij. 1.
Sine libello iudicium non subsistit adinstar sacramenti Baptismi, sine quo cętera Ecclesię sacramenta non valent. 2.
Libellus est fundamentum iudicij. 3.
Iudex esset fatuus, qui sine libello condemnaret. 4.
Cum libello debet conformari sententia, & probatio. 5.
Deficiente libello totum iudicium vitiatur. 6.
Fundamento sublato, tollitur quicquid ordinatur ab illo. 7.
Radice sublata, vel pręcisa, omnia corruunt. 8.
Libellus est de iure diuino. 9.
Per libellum nihil petenti, nihil impertitur per iudicem. 10.
Libelli oblatio est de forma substantiali iudicij. 11.
Decretum irritans inducit formam pręcisam. 12.
Forma debet adunguem seruari. 13.
Contra formam inductam per decretum irritans quicquid fit, est ipso iure nullum. 14.
Et pro infecto habetur. 15.
Decretum irritans inficit sententiam, & impedit eius exeuntionem. 16.
Decretum irritans ligat etiam ignorantes, quo ad annullationem actorum. 17.
Libellus requiritur, tam in ciuilibus, quam in criminalibus. 18.
Ordo iudiciorum est de iure ciuili. 19.
De iure ciuili sunt tam causa ciuiles, quam criminales. 20.
Omnium causarum ordo essentialis consistit in libello. 21.
Petitio in criminalibus non attenditur, sed quod a lege disponitur. 22.
Libelli oblationi non possunt partes renunciare. 23.
Substantialia iudicij non stant in dispositione partium. 24.
Partes non possunt tollere formam, & ordinem iudiciorum. 25.
Forma a lege pręscripta non potest pretermitti de consensu partium. 26.
Causa de sui natura summaria effici potest ordinaria, sed non e contra. 27.
Via summaria nunquam intentari potest, vbi via ordinaria procedi debet. 28.
Via ordinaria per rescriptum principis non tollitur, nisi exprimatur. 29.
Libellus concernit fauorem partium, & iudicis. 30.
Libelli oblatio respicit ius publicum. 31.
Partes non possunt conuenire, quod contractus habeat executionem paratam. 32.
Testator non potest disponere, quod executione suorum legatorum procedatur summariè 33.
Partes non possunt tollere ordinem iuris, de quo in cap. sacro. de sentent. excommun. 34.
Ex forma petitionis, non autem ex forma exceptionis metimur iudicium. 35.
Iudicium demetiendum ex persona actoris, non rei. 36.
Mutata persona rei, non mutatur ius actoris 37.
Ex libelli forma cognoscitur cuius sit iurisdictio. 38.
Qualitas tribuens iurisdictionem allegata in libello, debet in preparatorijs ab allegante probari, si opponatur. 39.
Libelli oblatio est de iure naturali. 40.
Libellus debet produci coram iudice, non coram notario. 41.
Libellus offerendus in scriptis. 42.
Libellum non offerens in scriptis, non dicitur petere, sed petere velle. 43. 44.

Sufficit tamen, quod dicetur coram notario. 45.
In summarijs non requiritur libellus, sed potest incipi ab articulis. 46.
In summarijs remittitur omnis solemnitas iuris. 47.
In summarijs requiritur qualis qualis petitio 48.
Declara, vt hic. 49.
Libellus obscurus, & generalis quando declarari debeat, etiam in summarijs. 50.
Exceptio contra libellum obscurum debet opponi in preparatorijs. 51.
Fallit, vbi statutum tollit exceptionem contra libellum obscurum. 52.
In relictis ad pias causas proceditur sine libello. 53.
In comutatione legatorum debet citari pars. 54.
Legatorum comutatio non potest fieri, vbi est certa, e limitata dispositio testatoris. 55.
Fallit, vt hic. 56.
Legatorum comutatio non potest fieri per executores sine consensu Episcopi. 57.
Vel de consensu Vicarij, absente Episcopo. 58.
Libellus non requiritur in iudicio spolij. 59.
Spoliator non admittitur ad probandum obiectum. 60.
Spoliatus non restituitur vt hic. 61.
Spoliatus debet probare duo extrema. 62.
Alimentorum in causa non requiritur libellus 63.
Intellige de alimentis futuris. 64.
Libellus non requiritur vbi rescriptum est sine figura iudicij. 65.
Libellus non requiritur in curijs mercatorum. 66.
In curijs nundinarum incipitur a reali citatione. 67.
Ad nundinas venientes sunt omnes suspecti de fuga. 68.
Citatio realis non potest fieri, nisi de commissione iudicis. 69.
De cambijs multi tractarunt. 70.
Praxis cambiorum per litteras de nundinis ad nundinas declaratur. 71.
Cambium nundinale quid, & quomodo fiat. 72.
Interesse lucri cessantis peti non potest, nisi concurrant requisita Castrensis. 73.
Copia, vel penuria pecuniarum, an possit augere cambium. 74.
Sumentes ad cambium Romæ, an possint cogi ad soluendum Bisunti. 75.
De iustitia, vel iniustitia cambij Bisuntini, etiam quod Bisunti nihil habeat. 76.
In petenda executione sententiæ non liquidæ summarie proceditur, sine libello, & sine litis contestatione. 77.

1 LIBELLVM eiusq; oblationem esse potissimum & necessarium prępararatorium ad vnum quodq; initiandum iudicium: dicit Bald. *in rubric. C. de in ius vocand.* & ibi gloss. *& DD.* Ias. *in rubric. C. de edend. num. 5. vers. vnde tertio modo.* Alex. *in l. si finita. §. Iulianus. num. 20. ff. de damn. infect. & in cons. 37. num. 4. lib. 2.* Marant. *in sua praxi par. 6. membr. 3. iudicij in fin.* Scaccia *de iudic. lib. primo. cap. 8. num. 12.* & dixi supra *in pręparatorio. 8. num. 27. parte prima.* adde Rip. *in rubrica extra de iudic. num. 1. & seqq.* Felin. *in cap. 1. num. 1. in fine de libell. oblat.* vbi quod oblatio libelli est exordium inchoandi iudicij.

Amplia primo, vt sicut baptismi sacramentum est necessarium aliorum Ecclesiæ sacramentorum præparatorium, sine quo cętera sacramenta nil
2 valent. ita sine libelli præparatorio cęteræ iudicij partes non subsistunt. secundum Rip. *in l. 4. §. hoc autem iudicium in fine. ff. de damn. infect.*

3 Cum libellus sit origo, & fundamentum iudicij, super quo sustentatur processus, & sententia Speculat. *in tit. de libell. concept. vers. nunc videamus.* Bald. *in auth. offeratur. num. 6. C. de lit. contest.* Ancar. *cons. 386. num. 1.* Io. de Imol. *in l. stipulatio. §. in stipulationibus. ff. de verb. oblig.* vbi quod fatuus
4 esset iudex, qui sine libello condemnaret. Bald. *in l. 1. in princ. C. vt in possess. legat.* Felin. *in cap. qualiter. §. ad corrigendos num. 2.* & Abb. *num. 10. de accusat.* Aym. *cons. 271. num. 6.* prȩsertim in ciui-

in ciuilibus, in quibus non licet iudici mutare in sententia, quod positum est in libello cum quo debet conformari
5 sententia. *l. vt fundus. ff. de comm. diuid. & probatio.* Bald. *in l. 1. num. 7. C. vt in poss. legat. & in l. 2. num. 11. C. in quib. caus. insu. irrog.*
6 Quod deficiente, iudicium deficit, Bald. *in auth. contra rogatus in fin. C. ad trebell.*
7 Quia sublato fundamento, tollitur quicquid ordinatur ab illo. idem Bald. *in l. bonorum. num. 25. in fine. C. qui admitti ad bon. possess.*
8 Et radice sublata, vel præcisa omnia corruunt, & omnes effectus prouenientes ab ea. *l. si duo §. idem Iulianus. ff. de iureiur. l. nam origo. ff. quod vi aut clam. l. fin. C. de nupt.*

Et principali sublato tolluntur appendices. Bald. *in l. petens ex stipulat. num. 47. C. de pactis.* & deficiente materia, quę est libellus, deficit materiatum, quod est sententia. vt in proposito Bald. *in d. auth. offeratur. num. 6. vers. præterea libellus.*
9 Amplia secundo, vt libellus sit etiam de iure diuino, iuxta illud, petite, &c. ideo nunquam debet prętermitti. Bald. *in cons. 445. incip. quattuor. lib. 4.*
10 Quia nihil petenti per libellum, nihil impertitur per iudicem. gloss. *in l. aediles. in verb. iniuncta. ff. de aedilit. edict.*

Verum si petitio esset de iure diuino, non posset Papa eam tollere, nec mandare, quod sine vlla petitione procedi posset, & tamen potest eam tollere, & omnem iudiciarium ordinem, quoad forum suum. Bald. *in l. eos. in fine. C. de vsur.* ac etiam ipsam citationem, Alex. *cons. 2. num. 43. lib. 2.*
11 Amplia tertio, vt libelli oblatio sit etiam de forma substantiali cuiuscunq; iudicij, & coram quocunq; iudice. *d. Auth. offeratur. C. de lit. contest.* vbi cum in fine addatur decretum irritans, videtur inducta forma substãtialis. Quintil.
12 Mandos. *in tract. de monitorijs. quæst. 38. num. 3.* Brun. *in tract. de form. in rubric. quand. aliquid. censet. trad. pro form. col. 1. & seq.* cum alijs per Gabriel. *de clausul. conclus. 3. num. 73. lib. 6.*

Quæ forma non potest vllo modo prætermitti, neq. peruerti. Bald. *in l. tale pactum. §. qui prouocauit. num. 14. C. de pact.*
13 Sed debet adunguem obseruari. idem Bald. *in l. 1. num. 2. vers. item dicit.* Glossa. *C. quæ sit longa consuetud.*
14 Alias quicquid fit contra huiusmodi formam, est ipso iure nullum. Bald. *in d. Auth. offeratur. num. 4. & in l. cessante col. vlt. C. quom. & quand. iudex.* Gabriel.
15 *de clausulis. d. conclus. 3. num. 58. lib. 6.* & pro infecto habetur. idem Gabriel. *vbi supra num. 57.* ita vt sententiam inde secutam inficiat, & eius executio-
16 nem impediat. Gabriel. *vbi supra. num. 51.* & quoad annullationem afficiat,
17 etiam ignorantes. Put. *decis. 281. duodecima Martij. num. 4. lib. 1.*
18 Amplia quarto, vt non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus libelli solennitas prætermitti non possit. *§. fin. instit. de pœna tem. litigan. l. fin. §. illud. C. de tempor. appellat.*

Etiam in publicis delictis. Glossa *in l. ordo. ff. de publ. iud.* multo magis in delictis priuatis. Gramat. *decis. 37. n. 11.*
19 Ratio, quia iudiciorum ordo est de iure ciuili. Bald. *in l. 1. post princ. vers. nam ordo iudiciorum. ff. de testam. milit.* Ripa *in d. rubric. extra. de iudic. num. 34.*
20 De iure autem ciuili sunt non solum causæ ciuiles, sed etiã criminales. Bald. *in l. si accusatoribus. n. 10. C. de accusat* quia ordo criminalium causarum redactus est ad instar ordinis causarum ciuilium. Bald. *in l. 1. n. 4. C. de lit. contest.* intellige procedendo. *l. absentem. ff. de pęnis.* quarum omnium causarum
21 ordo essentialis principaliter consistit in libello, seu petitione cum allegatione causæ. idem Bald. *in l. omnes. in secunda lectura. ff. de in integrum restit.*
22 Non tamen in criminalibus attendi debet petitio, siue eius conclusio, quominus iudex eam potestatem habeat, quę a lege sibi tribuitur. Dec. *in l. vinum. num. 20. ff. si certum petat.* sed in ciuilibus

ciuilibus nõ poteſt recedere à concluſione libelli. Bald. *in l. ſecunda nu.* 13. *C. in quibus cauſ. inſ. irr.*

Idcirco in criminalibus concluſio non eſt de neceſſitate libelli. *l.* 1. *§. calumniatoribus. ff. ad Senat. conſul. Turpill.* Et ſufficit dicere, denuncio talem de tali maleficio, tali loco, & tempore perpetrato. Bald. *in d. l. edita. num.* 55. *in lectura Paduana.*

Niſi ex concluſione pendeat iuriſdictio, nam tunc etiam in criminali libello requiritur concluſio. Bald. *in dicta l. edita. num.* 56. *in lectura Paduana.*

23 Amplia quinto, vt neque partes poſſint renunciare ſolemnitati libelli, neq; eius oblationi. Speculat. *in tit. de libelli concep. §. nunc videndum. in princ.* Abb. *in cap. primo. num.* 11. *verſ. tertia opinio. de libell. oblat.* Felin. *in cap. cum inter. num.* 26. *de ſentent. & re iudic.* Lanfr. de Orian. *in cap. quoniam contra. in verbo petitiones. num.* 11. *verſic. quaeritur vlterius.* adde Felin. *in cap. primo. num.* 6. *de libell. oblat.*

24 Ratio, tum quia ſubſtantialia iudicij, prout libellus, & litis conteſtatio, non ſtant in diſpoſitione partium. Baldus *in l. iubemus. C. de iudic.* vbi quod neq; partes, neque iudices poſſint diſponere, quod lis habeatur pro conteſtata ſine libello, & omiſſa forma, & ordine
25 iudiciorum præſcriptis *in cap. primo de litis conteſt.* Cum forma præſcripta à
26 lege non poſſit, etiam de conſenſu partium prætermitti. Felin. *in cap. ſignificaſti. num.* 12. *de foro compet.* Abbas *in cap. ad noſtram. in fine. de iureiur.* vbi dicit, quod licet cauſa de ſui natura ſummaria, poſſit effici ordinaria, quia, inquit, res de facili redit ad naturam
27 ſuam; cum regulariter omnia iudicia, ordinarie, non autem ſummariè tractanda ſint. *l. iudices. C. de iudic.* Gloſſa *in l. tertia. §. ibidem. ff. ad exhib.* tamen cauſa ordinaria nunquam poteſt, etiã de conſenſu partium, fieri ſummaria, quia ſic eſſet tollere iudiciarium ordinem iuris. Innoc. *in cap. nouit. de iudic.* vbi ſubdit, quod nunquam nocet ſeruare iuris ordinem, vbi poteſt prætermitti. Bald. *in l. ſimiles. in princ. ff. de teſtament. milit.* vbi infert, quod ſi is, qui poteſt procedere ſummariè, & de plano, inceperit ordinariè procedere per libellum, reliquus proceſſus poterit ſummariè expediri, quia per electionem viæ ordinariæ, non videtur renũtiatum priuilegio procedendi ſummariè; ea videlicet ratione, quia ordo ſubſtantialis iudiciorum à lege præſcriptus, non ſtat in diſpoſitione partium. Iaſ. *in l. edita actio. num.* 27. *verſ. & ratio. C. de edend.* late Maranta *in praxi. part.* 4. *diſtint.* 9. *num.* 224. *in fin. & num.* 206.

28 Cęterum via extraordinaria, vel ſummaria nunquam intentari poteſt, vbi via ordinaria procedi debet. Bald. *conſ.* 17. *incip. factum ſic proponitur. petitio teſtium. lib.* 4. nec viæ ordinariæ per
29 reſcriptum principis derogatur, niſi exprimatur. Alex. *conſ.* 193. *col.* 1. *verſ. ad hoc. lib.* 2.

30 Tum etiam quia libellus non tam concernit fauorem partium, quam iudicis commoditatem, qui ex libello habet capere inſtructionem ad ferendam ſententiam: nimirum ſi partes non poſſunt ei renunciare. Bald. *in d. auth. offeratur. num.* 6. Ripa. *in l. obligatione. num.* 27. *verſ. defendendo. ff. de pignorib. & Hypotec.* & ſic non obſtat Afflict. *deciſ.* 191. *num.* 7. dicens, quod de voluntate partium poteſt ommitti libellus, cum non reſpondeat rationi prædictæ.

31 Tum & tertio, quia libelli oblatio reſpicit ius publicum, ideo illi partes renunciare non poſſunt. Bald. *in conſ.* 262. *incip. licet ſtatutum. in fine. lib.* 3. vbi quod partes non poſſunt conueni-
32 re; quod contractus habeat executionem paratam, quia hoc modo tolleretur petitio, & iuris ordo, cui non poteſt derogari, niſi per legem, vel ſtatutum. idem Bald. *in l. nemo ff. de legat.* 1. vbi quod neq; teſtator poteſt diſponere, quod pro executione ſuorum legatorum ſummariè procedatur, & de
33 plano, quia, hoc non obſtante, poterit procedi ſeruato ordine, quem iura diſpo-

disponunt. *l. ius publicum. ff. de pact.*

34 Item nec partes possunt conuenire, quod si debitor non soluerit, possit excommunicari non præmissa citatione, & contumacia, & sic non seruata forma, de qua *in cap. sacro, de sent. excom.* secundum Innoc. & Hostien. *in cap. 1. de offic. delegat. &* Franc. Curt. sen. *in tract. de sequestris. quæst. 2. num. 75. & seq.*

35 Amplia sexto, vt libellus ex eo semper in quolibet iudicio requiratur, quia ex forma illius, non autem ex forma exceptionis ordinem procedendi metiamur. Bald. *in l. prima. in additione. ff. si pars hęredit. pet.*

36 Sicut vnumquodq; iudicium demetiendum esse ex persona actoris, non autem rei. dicit Gregor. XV. *decis. 470. num. 6. & decis. 335. num. 13.*

37 In tantum quod mutata persona rei, non mutatur ius actoris. Rota selecta per Farinac. *decis. 241. num 3. & decis. 287. num. 3. parte prima. tomo primo.*

38 Item ex forma libelli, cognoscitur cuius sit iurisdictio *l. pen. in fin. ff. de iurisdict. omn. iud.*

Ideo libellus datus a Clerico coram Episcopo super re Ecclesiæ, vel propria, quam dicat a laico possideri, remittendus est ad secularem; secus si dicat, eam per vim, & violenter possideri, quia tunc talis qualitas expressa in libello facit Episcopū iudicē competentē ratio-

39 ne sacrilegij. Felin. *in c. si Clericus laicū in fine. de foro comp.* nisi talis qualitas negetur in præparatorijs, quia tunc debet ab allegante probari, antequam ad vlteriora procedatur. Afflict. *decis. 297. num. 2.* & dicit Felin. *in cap. ex epistolæ. num. 46. de probat.* vbi quod prelato libellanti pro Ecclesia si opponatur in preparatorijs quod non est prelatus, debet probare, de prelatura

40 Amplia septimo, vt libellus, siue petitio sit etiam de iure naturali, ideo non potest omitti. Lanfranc. *in clement. sæpe. in vers. libellus. de verb. signific.* Marant. *in praxi. parte 6. distinction. 9. num. 12. in fine.*

41 Amplia octauo, vt libellus debeat produci coram iudice, ita vt non sufficiat, quod coram notario producatur. *l. si quis se. C. de accusat.* quem textum adhoc inducunt, & intelligunt Doctores, vt dicit Felin. *in cap. quoniam contra. num. 69. in fine. de probat.*

42 Amplia nono, vt nec sufficiat, quod libellus, seu petitio fiat oretenus, sed requiratur, quod offeratur in scriptis. Bart. *in l. in sacris. num. 3. C. de prox. sacror. scrin. lib. 12.* vbi dicit, quod non sufficit, quod actor vadat coram iudice, & dicat notario scribe, quod ego peto a titio decem, quæ mihi debet, & peto ipsum condemnari in [illegible] quia per hoc, inquit, non dicitur offerre libellum in scriptis, prout requiritur in ordinarijs, sed videtur procedere extra ordinem, cum via extraordinaria intentari non possit, vbi via ordinaria procedi debet. Bald. *cons. 17 incip. factum sic proponitur petitio testium. lib. 4.* & hoc dictum, tanquam bene signandum, cum possit sępe contingere in facto. sequitur Ias. *in §. tripli vero. num. 33. Instit. de action.* adde Felin. *in cap. quoniam contra. num. 86. de probat.* vbi dicit, quod libellus, & sententia sunt de his, quæ requirunt scripturam.

43 Ratio, quia qui non offert libellum in scriptis, non dicitur petijsse, sed velle

44 petere. vt not. glossa. *in l. vnica. in verbo dispendio. C. de plus petition.* Hinc libellus dicitur formula scripti amplectens actionem, & futuræ litis speciem in iudicio. *l. 1. C. de edend.*

Sufficit tamen, quod actor dictet libellum notario actorum, qui illum redigat in scriptis apud acta, quia per ta-

45 lem libellum satisfit iudici, quia poterit ex eo instrui, & sententiam ferre; satisfit etiam reo, quia super tali petitione poterit deliberare, an debeat cedere, vel contendere. ita notat Iacobin. de sancto Georgio. *in l. 1. num. 13. ff. de edend.* vbi tamen hoc dicit esse verum, si reus non petat libellum sibi solemniter offerri, quo casu procederet prędicta glossa, & alia glossa *in clem. sæpe in verb. necessario. de verb. significat.*

Exqui-

Ex quibus patet, quod a partibus potest remitti solemnitas oblationis libelli, sed non substantialitas petitionis, idest, quod sine libello in scriptis procedi possit, dummodo appareat ex actis de aliquali petitione. vt declarat. Bald. *in d. Auth. offeratur. num. 6.*

46 Limitatur primo conclusio præmissa, vt non procedat in causis summarijs, quia in his potest incipi etiam ab articulis nullo precedente libello. *d. clem. sæpe. de verb. signific.* Mandos. *d. tract. de monitorijs. quęst. 38. num. 3.*

Item potest incipi a rescripto, cuius presentatio obtinet vim libelli. vt per Innoc. *in cap. dudum. il 2. extr. de elect. & in cap. 2. de libell. oblat. & in c. 1. de lit. contest.*

Et quod in summarijs non sit necessarius libellus: tradit Gabriel. *de restit. spoliar. conclus. 5. num. 138.*

47 Ratio, quia in causis summarijs remittitur omnis solemnitas iuris ciuilis, & ius tantum naturale, seu ius gentium attenditur. Bald. *in extrauag. ad reprimendum, in verb. sine figura.* Neuiz. *cons. 6. num. 9.* Rota *decis. 236. incip. Domini pro maiori parte. parte prima. diuers. in nouissimis.*

48 Declara tamen, quod licet in summarijs non sit necessarius libellus, requiritur tamen qualis qualis petitio. *d. clem. sæpe. de verb. signific.* Corn. *cons. 62. incip. primo aggrediendo. lib. primo.* Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 103. num. 10.*

49 Quæ per modum cuiusdam simplicis petitionis contineat solam facti narrationem claram sine alia conclusione, vnde reus possit deliberare, an velit cedere, vel contendere. secundum Bart. *in d. verb. sine figura.* Marant. *in praxi parte 6. d. distinct. 6. num. 12.*

Et bonum est protestari, quod talis simplex petitio non datur per modum solemnis libelli, sed ad simplicem iudicis instructionem. vt docet Bald. *in d. auth. offeratur. num. 5. vers. adde quod ista qualis quali petitio.*

Hanc tamen qualem qualem petitionem sine conclusione intellige sufficere, quoad iudicem tantum; ad hoc ne dicatur impartiri officium suum non petitus. non autem quoad partem, contra quam non sufficit qualis qualis petitio, nisi ipsi parti concludat, vt dixi. & not. Bald. *in l. 1. in tertio notab. C. de precib. imper. off.* quem refert, & sequitur Ias. *in §. pręiudiciales. num. 25 Instit. de action.*

50 Quod tamen intelligas parte opponente in præparatorijs de nimia generalitate libelli. Ias. *in §. omnium. num. 126. Instit. de action.* vbi docet cautelam, ne in tali oppositione petatur, quod per actorem libellus melius declaretur, quia hoc mdo, inquit, instrueret actorem, nec isto casu debet iudex mandare, quod libellus declaretur, sed debebit pronunciare in pręparatorijs non teneri respondere libello, & eum absoluere ab obseruatione iudicij, & actorem in expensis condemnare. iuxta *l. 1. §. 1. ff. si me fal. modi.* quia exceptio contra libellum obscurum non

51 potest opponi, nisi in præparatorijs, non autem post litem contestatam. Ias. *loco supra citato.*

52 Prędicta tamē sunt vera, vbi non adsit statutum, prout est Genuæ. *lib. 2. cap. 13.* quod contra libellum non possit opponi exceptio, quod sit obscurus, conditionalis, dubius, incertus, vel male formatus, aut alia quæcunq; exceptio.

53 Limitatur secundo. vt nec vllus requiratur libellus in relictis ad pias causas, quia in his proceditur per Episcopum ex officio de plano, & sine aliquo libello. Speculat. *in titulo de instrum. edit. §. nunc vero.*

54 Ac etiam aliquo non citato, vbi agitur de relictis, seu legatis inter pauperes distribuendis; sed vbi Episcopus vellet commutare legata ad alium vsum, ad quem testator reliquit, tunc non poterit procedere, nisi citato eo, cuius interest. vt notat Bald. *in l. hæreditas in additione. ff. de petit. hęredit.*

Verum in legato inter pauperes possunt executores erigere fabricam Ecclesiæ pauperis, nec per hoc dicitur legatum comutari, vel alterari, cum nomine pauperum veniat Ecclesia. Bald. *in l.*

in l. omnes. num. 7. C. de Episc. & Cler. quam tamen legatorum commutationem, seu alterationem, Episcopus non potest facere, vbicunq; per testatorem sit facta certa dispositio, puta, quod fiat
55 capella in certo loco, vel domus ad hospitalitatem ibi tenēdam, nec poterit Episcopus ordinare, quod fiat in alio, si locus destinatus a testatore sit possibilis de iure, & de facto. idem Bald. *in l. si quis. num. 9. C. de Episcop. & Cleric.* quia vbi est expressus vsus, non potest commutari ad alium vsum, nisi de licentia Papæ. Clement. *quia contingit. de religios. dom.* Bald. *in auth. hoc ius porrectum. num. 10. C. de sacros. Eccles.*
56 Sed si locus non sit possibilis, neq; in illum possit exequi legatum, tunc in alium locum est conuertendum. Bart. *in l. legatum. ff. de vsufruct.* Abb. *in cap. nos quidem. num. 6. & 14.* & ibi etiam Couar. *num. 4. de testam.* Tiraquel. *de pia causa: priuileg. 43.*
57 Non obstat, quod modus impossibilis cohærens legato, vitiat legatum; quia hoc est verum in legato, quod capit substantiam a modo, secus in isto, ideo debet procedi de similibus ad similia. Bald. *in auth. ingressi. num. 19. C. de sacros. Eccles.* de consensu tamen non solum Episcopi, sed etiam hęredis, alias non valet applicatio. Bald. *in l. si quis. num. 10. & seq. C. de Episc. & Cleric.* Abb. *vbi supra num. 6. Imol. num. 22.* Anan. *num. 7.* & Cardin. *num. 1. & 4.* Rota *coram Iusto in Aquen. Applicationis Mercurij 4. Iulij 1601.* vbi etiam fuit dictum quod etiam requiratur consensus Episcopi, vbi agitur de subrogando executorem, si vnus deficiat, cum hoc sit nouam facere dispositionem, non exequi, secundum Baldum *in l. executorem. num. 5. C. de execut. rei iudic.* & quod nec executores testamentarij possint huiusmodi legatorum commutationes facere, etiamsi habeant facultatem augendi, & minuendi, prout ipsis videbitur, quia licet eorum arbitrio possit committi legatum, tamen ista facultas non concernit comutationem voluntatis in eo, quod non potest impleri, vt cōmmutare possint sine Episcopi auctoritate, quinimmo nec etiam testator potest in huiusmodi executione facultates Episcopi auferre, quas habet de iure. per Abb. *in cap. tua nos.* & ibi Couar. *num. 6. de testam.* pro qua executione adiri etiam debet Vicarius, vbi Episcopus sit absens, cui huiusmodi fa-
58 cultas competebat. Mohed. *decis. 124. alias 1. de iure patron.*

Cum Episcopus habeat facultatem reuidendi libros executorum testamentariorum, & eis non adhibere fidem, vbi ageretur de magna quantitate. Felin. *in cap. scripta. num. 28. de fide instrum.* cum ad eum spectet executio incertorum, & male requisitorum, siue non appareat is, cui ablatum est, siue appareat, & negligat. vt notat. Bald. *l. fin. C. de religios. & sumpt. funerer.*
59 Limitatur tertio. vt nec in iudicio spolij, libelli oblatio sit necessaria. vt tradit Specul. *in tit. de libelli concept. §. nunc dicendum. vers. 24. & vers. 26.* & hanc videri magis communem opinionem, dicit Gabriel. *de restitut. spoliat. conclus. 5. num. 138.*
60 Amplia limitationem, vt nec spoliator admittatur ad probandum obiectum, & impediendam restitutionem. Put. *decis. 99. num. 14. lib. 1.* Verall. *decis. 335. num. 5. & 6. par. 1.*
61 Nisi vbi spoliatus passus sit, quod discutiatur petitorium, & sint factę probationes concludentes. Ptolom. *decis. 110. Put. d. decis. 99.*
62 Vel ex actis constet de non iure agentis. Put. & Ptol. *vbi supra.*

Sed probatis ex parte spoliati duobus extremis. nempe antiquiore possessione sua, & noua eius, qui dicitur spoliasse, sit restitutio. vt Menoch. *de recuper. remed 15: quæst. 31. num. 383.*
63 Limitatur quarto in causa alimentorum, in qua non requiritur libellus, nec alia iuris solemnitas, sed iudicis officio expediri debet. Ias. *in §. præiudiciales. num. 24.* Instit. *de act.* & proceditur de plano, etiam in die feriata. Bald. *in l. si quis in suo. nu. 5. C. de inoff. testam.* nec admittitur appellatio suspē-

sua. Dec. *in l. de alim. n. 10. C. de transact.*

64 Intellige de alimentis presentibus, vel futuris. secus de preteritis, quia tunc non dicitur causa summaria. Marant. *in praxi, parte 4. d. distin. 9. num. 168.* Dec. *in loco supra citato.*

Quia omnis fauor alimentorum versatur in futuris, non autem in praeteritis. *d. l. de alimentis.* & late declarat Aloys. Riccius. *collect. 548. parte tertia.*

65 Limitatur quinto. vt in causis, in quibus proceditur vigore rescripti habentis clausulam, sine figura iudicij, nulla libelli solemnitas, & nullus ordo iudiciorum requiratur. sed solum iurisgentium solemnitas seruari debeat. cum per talem clausulam omnia acta praeparatoria, & ordinatoria iudiciorum sublata censeantur. Cerdin. *in clem. dispendiosam. col. fin. quaest. 44. de iudicijs.* Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum. vers. sine figura. in vers. item an requiratur petitio.*

Intellige praesupposita semper competentia iudicis. Ripa. *in cap. 1. num. 53. extr. de iudic.*

Declara, quod per dictam clausulam non censetur sublata illa talis qualis petitio, quae requiritur in summarijs, etiam solo verbo facta, & per notarium in actis redacta cum narratione facti simplicis, vt inde reus possit deliberare, an velit cedere, vel litigare. vt supra dixi in prima limitatione. & dicit Maranta *in d. parte 4. distinct. 9. num. 12.*

Limitatur sexto in causa depositi iudicialis, de quo constet per instrumentũ liquidũ, quia talis causa est adeo summaria, vt ad solum verbum iudicis teneatur depositarius restituere. Bald. *in l. cum apud veteres. C. de bon. auct. iud. possid.* Boer. *decis. 295. num. 7.*

66 Limitatur septimo, vt in curijs mercatorum, & in nundinis inter mercatores non solum procedi debent de bono, & aequo, omissis iuris apicibus, & libellorum solemnitatibus: vt notat Bart. *in l. fideiussor §. quadam. & in leg. quintus. ff. de mandat.* & Bald. *in l. si pro ea. col. penult. C. eod. titul.* Ripa *in Rub. de verb. obligat. num. 40.* Decis. Ianuens. *96. num. 5.* Put. *decis. 11. lib. 2.*

Quod intelligas quantum ad celerem modum procedendi in eorum causis, & in concernentibus facta ipsius mercantiae, vel cambij, non autem quantum ad auctoritatem, & fidem librorum, ita Felin. *in cap. scripta. num. 27. de fide instrum.*

67 Sed etiam omissa citatione verbali possit inchoari iudicium ab ipsa citatione reali, videlicet, per capturam personae, non ad effectum carcerandi, sed ducendi coram magistro nundinarum, qui ad simplicem creditoris petitionem, contra ipsum reum in presentia constitutũ, summariè ex non scripto, sed de plano, & aequo procedit secundum praxim, quam tradit Maran. *par. 4. dicta distint. 9. num. 164. & seq.* ea ratione, quia venientes ad nundinas

68 sunt omnes suspecti, & presumuntur in fuga, qui si citarentur verbo, de facili statim recederent à curia nundinaria, scientes extra eam non posse vlterius conueniri, cum eius iurisdictio sit temporalis, & restricta ad illud nundinarum territorium tantum; & sic actor diluderetur.

69 Intelligas, precedente commissione iudicis, sine qua non potest fieri citatio realis. Felin. *in cap primo. num. 21. ver. prima itaque sit. de iudic.*

Amplia, vt in loco nundinarum destinato possit quis citari, etiamsi non reperiatur ibi. Ripa *in cap. primo. num. 66. de iudic.*

Et quia in nundinarum praxim incidim, quae, vt plurimum, versatur circa cambia per litteras de nundinis ad nundinas, & est difficillima, tum propter

70 varias opiniones multorum, qui eam, non minus doctè, quam diffuse tradiderunt, quos recenset Raphael de Turri *in tract. de cambijs. disputat. prim. quest. 4. in fine.* & nouissime de ea agit Theophilus Alarius Clericus regularis Barnabita *in suo tract. de Canonibus conscient.* nuper impresso Liburni in Officina Bonfiliana de hoc presenti anno 1651. vbi & haec verba iudiciorum praeparatoria cuduntur. *lib. primo in verbo Cambium.*

Tum

Tum propter diuersitatem comerciorum, circa quæ vnumquodque Regnum, seu Prouincia abundat suo sensu,à prædictis non videatur digressio,si post tot eximios vtriusq;iur. vel Theologiæ Doctores, pauca fragmenta, tãquam præparatoria ad dictam praxim, per eos, vel in specie, vel per sufficiens simile non decisa subijciam circa iustitiam, vel iniustitiam huiusmodi nundinalis cambij, quæ forte non redundabunt, sed intelligentium cisternas implebunt: cum protestatione; quam supra fecimus *in præparatorio secundo. par. prima, ad formam cap. damnamus. extr. de summa Trinit. & fide Catholic.*

71 Cambium igitur per litteras de nundinis ad nundinas habet duas species. prima vocatur nundinale simpliciter, & est illud, quod supponit distantiam locorum, & absentiam pecuniarum, & illam compensat aliquo stipendio, vel lucro, & est in vsu in omnibus locis, secunda potest dici nundinale tale, vt Bisuntinum, vel Lugudunense, & hoc est proprium Italię, quod in hoc consistit, quia non supponit absentiam pecuniæ, sed data opera facit, & introducit, vt deinde lucretur.

Sed nunc de cambio nundinali simpliciter, & postea de alio. De cambio nundinali quatuor dicentur. primo explicabitur praxis cambiorum,secundo referentur causæ iustitiæ eorum, tertio soluẽtur obiectiones grauissimę, & quarto de cambio Lugudunense,vel Bisuntino, an sit iustum.

72 Circa primum.aduertendum primo, Campsores, vel Mercatores pro his cambijs celebrandis,constituisse quasdam nundinas quotannis, quę celebrãtur octauo, vel quarto quoque mense; in his nundinis aperiũtur cambia, idest sternuntur mensę campsorię ad duo facienda, primo ad noua cambia celebranda, vel quia campsor dat pecuniam, & accepit chirographum, vel e contrario, secundo ad soluenda vetera cambia, idest ad soluenda chirographa præcedentium nundinarum.

Aduertendum secundo, in singulis regnis non solum statutę sunt certę nundinæ, sed etiam nundinę vnius regni respondent nundinis alterius, quia cambia fuerunt inuenta propter cõmercia regnorum. legatur Sotus.

Aduertendum tertio,pro ista redditione cambij in varijs nundinis solent campsores lucrum aliquod exigere. v. g. do in Hispania, vt soluas in primis nundinis Florentiæ, & intercalantur quattuor menses, & quia interiectio temporis afferebat suspicionem fęnoris,& ne ob tempus exigeretur lucrum ideo dicunt propter duo intercalari illos menses, primo pro translatione chyrographorum, secundo, vt interim campsores haberent tempus ad parandam pecuniam; quam soluere debent in primis sequentibus nundinis.

Vltimo obseruandum,totam difficultatem in eo consistere,quia sunt pleriq; mercatores, qui omnem suam pecuniam reuocarunt a mercibus, & eam collocarunt in his cambijs, quam pecuniam hoc modo augent cum magno lucro, ideo quæritur in quo consistat iustitia huius cambij, quod est secundum in ordine considerandum.

Circa ergo iustitiam huius cambij varia tradiderunt prælegati Doctores. dicentur in primis certa, deinde incerta. Certum est igitur, hoc cambium posse esse iustum, si interueniant causæ communes reliquis cambijs.prima pro officio mutuandi, secunda pro interesse lucri cessantis, & si hoc fiat, vt oportet, licet,dummodo tria seruentur, de

73 quibus per Paul. de Castr. *in l. 3. §. penult. ff. de eo quod cert. loco.* cuius opinionem Rota passim seruat.

Tertia quando in vno loco, vel regno est moneta melioris formę, & materię,quam in alio, vt Cecchini Venetijs sunt auri perfectissimi; & ita si do tibi Venetijs centum Cecchinos, vt eos reddas Romæ, quia Cecchini Veneti sunt meliores,debeo ergo lucrari.

Quarto,vt sit virtualis transmissio pecuniæ, puta ego accipio pecuniam in Hispania,vt reddã in Flandria,lucrum licet, quia est maioris valoris pecunia presens.

Dubium autem est, quia vt plurimum prędictæ quattuor causę cessant, tunc dico recurrendum esse ad duas causas, quæ sunt valde controuersæ, quarum prima est pecuniæ penuria, vel copia, pro quo obseruari primo debet non esse eamdem penuriam, vel copiam pecunię in omnibus regnis. vt patet: in Hispania enim est magna copia auri, & argenti, in Italia vero penuria, quæ diuersitas ex duobus causis venit, vna est materialis, quia in vno Regno sunt venæ metalli, in alio non. Altera accidentalis, & est multiplex, prima potest esse abundantia pecuniæ ob copiam, & abundantiam mercium, quę fuerunt venditæ, & hoc est per accidens. secunda quia Rex soluit stipendia militibus in abundantia, vel etiam ob alias causas, sicut etiam sunt multæ causę accidentarię penurię. primo quia in Republica facta est emptio multarum mercium, & sic regnum exhaustum est pecunia. secundo propter bellum gerendum, item obseruari debet, quia, sicut in mercibus, sic etiam in pecunia multum valet ad variandum valorem, & prętium, copia, vel inopia. item obseruandum, si ego campsor do tibi centum aureos in regno, in quo est magna copia pecunię, vt a te recipiam in regno, in quo est penuria, tunc campsor lucrari non debet, sed habere tantum 90. pro centum, quia dedi vilius, vt accipiam carius. ita e contra. & in hoc consistit iustitia cambij, & quod penuria, vel copia pecuniarum possit augere prætium earum, & cambij, est communis opinio, quam sequuntur
74 Cald. Laur. Rodolf. Siluester, Caiet. & Sot. comprobatur ista cõmunis opinio ex analogia mercium; quia si merces, quo copiosiores sunt, uilius venduntur, cur non idem etiam erit de pecunia? vtrumq; enim fundatur in illo axiomate. omne rarum prętiosum. preterea experimur, quia vbicunq; est magna copia pecunię, ibi etiam carius omnia uiuendi, & e contra. Rursus confirmatur ex regula *cap. quando distinct.* 24. vbi quod sicut se habet species ad speciem, & ita genus ad genus, sed sic est, quod copia, vel penuria pecunię in specie potest variare valorem, ergo etiam in genere. minor probatur vbi magna est copia argenti, & penuria auri, aurum permutatur multo argento, & alibi e contra, pro quo etiam facit *tex. in l. 4. ff. de eo quod certo loco.* vbi dicitur pecuniam variari pro penuria, uel copia.

Secunda causa, ob quam lucrari possunt mercatores, est, quando debent tradere pecuniam in loco opportunissimo mercibus, puta Lugduni, Florentiæ, & similibus. tunc pecunia est ibi preciosior, quam Romæ, vbi non est commoditas emptionis mercium, & recipiunt in loco inepto mercibus, & hoc receptum est ab omnibus, quando campsor volebat negotiari cum ea pecunia, sed quid si nolebat negotiari, licet sit in Ciuitate opportunissima mercibus, an possit tradere cum spe lucri? Respondeo affirmatiue, si tamen duo concurrunt. Primo si hoc lucrum nõ totum exigatur, sed multo minus, quã cum adest voluntas negotiandi. Secundo, vt tanta sit opportunitas loci, & negotiationis, vt minima opus sit industria ad negotiandum, & lucrum faciendum, puta Venetijs, cum minima industria fit magnum lucrum quandoq; sed quando industria magna requiritur, tunc cessante voluntate negotiandi, lucrum peti non potest; & hęc opinio videtur probabilis ad excusandum mercatorem, licet contraria opinio, quam tenet Medina sit tutior, quia si possent mercatores auocari ab huiusmodi cambio, certè valde bonum esset, sed si non possent, non errarent, qui eos absolueret ratione istarum duarum causarum, contra quas nõ obstãt infrascriptæ obiectiones, quod est tertium considerandum.

Prima est: ex pecuniæ inopia, vel copia non posse, nec debere augeri prętium, seu lucrum, quia, siue sit copia, vel inopia, semper quando emuntur res venales, vnus aureus expenditur, puta pro decem iulijs, & aureus semper

per

per est aureus, & iulius iulius. Respondeo. Pecuniæ inopia, vel copia non est illa, quæ auget monetam intra eamdem speciem, sed bene auget commutationem pecuniæ cum rebus venalibus, vt quando est pecuniæ caritas pro parua pecunia datur magna quantitas rerum venalium, & è contra.

Secunda est eiusdem Medinæ dicentis: Omni numismati est præscriptum pretium legale ex edicto Principis, quomodo ergo potest minui, vel augeri?

Sed respondetur, edictum Principis vim habere, manente statu rerum, quo variato lex concidit *cap. ne quis.22. q. 2. l. cum quis. ff. de solut. cap. quemadmodum. de iureiur.* vbi, quod variato rerum statu, variantur consilia. ergo si pecuniæ inopia, vel copia euenit, variatur etiam valor ipsius.

Sed contra, & est tertia obiectio, si ego campsor dedi tibi Romæ aureum valentem decem iulios, & tu vis mihi reddere in alia ciuitate, in qua est penuria aurei, & ibi valeat verbi gratia vndecim iulios, non possem à te exigere Neapoli meum aureum, quia plus exigerem quam dedissem, & tamē semper potest repeti eadem summa, eadem substantia, & eadem moneta, quamuis varietur valor.

Respondetur posse repeti idem pondus auri, duobus tamen cōcurrentibus, primo, quod sit eiusdem monetæ, seu quod sit eadem moneta, secundo quod sit periculum, & spes lucri, sed in casu proposito de cambio deest secundum presuppositum, quia deest periculum amittendi, nam si uolo reddere Neapoli, ubi ualet aureus undecim iulios, non maneo in periculo amittendi, sed lucrandi, quia certè scio ibi plus expēdi. Verum, si casu incidisset hoc, ut Neapoli redderes, possum recipere, licet ibi plus ualeat, dummodo sim paratus recipere in alio loco ubi minus ualet.

Quarta obiectio dicit Medina, quod mensura rerum semper debet esse certa, sed pecunia est mensura pretij rerum, ergo debet semper esse certa.

Respondetur pecuniam esse mensuram rerum humanarum, & contingētium, quæ sunt instabiles, ergo debet uariari, non tamen semper uariatur, sed quando est uniuersalis copia, uel penuria.

Quinta obiectio. si copia uel inopia uariaret mensuram, sequeretur in suburbijs ciuitatum omnia uenalia debere esse uioliora, quia est maior copia rerum uenalium, & penuria pecuniæ, ergo pecunia suburbana est carior.

Respondeo, quod si in uillis est copia talium, tamen non est ibi copia sericorum pannorum, & in ciuitate ea est, & fit compensatio.

Sexta obiectio, ex hoc cambio nundinali emergunt multa incommoda reipublicæ, maxime quia mercatores auertunt se a mercibus comutandis: quia est maius lucrum, & minor labor, unde ciuitas non abundat mercimonijs, sed deficiunt etiam ex hoc artifices, & non possunt pauperes laborare.

Respondeo, esse uerum, & deberent principes moderari ista cambia, sed donec moderentur, esse iusta dumodo concurrant requisita legittima ad substantiam contractus cambij, quæ ex prędictis colliguntur, ex quibus probabiliter inferri potest cambium lugdunēse, seu Bisuntinū, quod cū fūdatur in uenditione scutorum marchentium, quę modo non extant, & sunt tantum imaginaria, esse iniustum, & mere usurarium. quod probatur. & est in ordine quartum considerandum.

Primo si hoc cambium esset pro officio, & obligatione mutuandi, non requireret locorum distantiam, nec absentiam pecuniarum, sed sicut ego Romę accipio cambium, ita Romę redderem, & persoluerem tibi lucrum pro officio mutuādi, uel pro interesse, sed cum hoc cambium sit per litteras, intrinsece, ex sua specie requirit distantiam locorum, & absentiam pecunię, quia tota ratio huius lucri sumitur ex eo, quod pecunia absens est uilior presenti,

ſenti, vnde ſi pecunia non ſit abſens, nec ſit locorum diſtantia,ceſſat iſta ratio. vnde difficultas ſtat in hoc, an ſit realis abſentia pecuniæ, & ſi probauero hic abſentiam pecuniæ, & locorum diſtantiam eſſe fictam, apparebit eſſe iniuſtum, & vſurarium, vnde ſi deeſt locorum diſtantia,ex ſua ſpecie erit iniuſtum, & proinde ceſſat hic excuſatio campſorum dicentium, deſtinaſſe pecuniam in cambium Biſuntinum, non enim poſſunt excuſari, ex quo deſtinarunt in cambium illicitum.

Secundo conſtat regulariter, & de facto, omnes,qui accipiunt hoc cambium,nihil habere Biſunti, nec pecuniam, nec reſpondentem, ſed ſolum habere pecuniam in loco,vbi accipiunt cambium,& licet quibuſdam mercatoribus accidat habere pecuniam Biſunti,ſunt tamen pauciſſimi; quia Biſunti non ſunt merces, ſed nundinæ abſq; mercibus, & ſic parum intereſt mercatorum,habere ibi pecuniam, vnde regulariter hoc cambium fit, cum hac cōditione, vt ſoluatur Biſunti pecunia, & nunquam fit ibi ſolutio.

Ad euitandum huiuſmodi argumentum reſpondent,qui ſtant pro validitate iſtius cambij, poſſe ſumentes cambiū, nō habere pecuniam Biſunti vno modo ſimpliciter,ideſt nō actu, ſed potentia,quia pſſunt habere petendo ibi nouum cambium, nam ſi petant nouum mutuum,nouumq; cambium,poſſunt habere, & propterea ex hoc non erit iniuſtum. Sed contra hoc effugium dico duo.

Primum.ij,qui ſumunt cambium, nollent pecuniam ſoluere abſentem, ſed preſentem, & ſic potius vellent ſoluere pecuniam Romæ, quam Biſunti, quia ſi ſoluunt Biſunti,ſubeunt ſex incom-
75 moda,quę non ſubirent,ſi Romę ſoluerent; quæ quidem incommoda omnes naturaliter fugiunt. Primo ſtipendium primi cambij. Secundo ſtipendium ſecundi cambij. Tertio collybum,ideſt prouiſionem pro campſore. Quarto collybum pro ſocio. item duos alios collybos pro alio cambio ſecundo,cum vnumquodq; cambium habeat duos collybos, & ſic quattuor.

Alterum quod dico eſt, quia cum illi, qui ſumunt cambium, mallent ſoluere pecuniam preſentem, non poſſunt iuſtè compelli ſoluere abſentem,& ſi cogantur, eſt vſura. ratio ſecundum D. Thom. 2. 2. *quæſt.77.art.1*. quia de natura omnium contractuum eſt, vt nullus plus accipiat, vel exigat, quam dedit, quod ſi aliquando, qui dedit, velit plus exigere,duo requiruntur,vt ſit iuſtum. Primum vt ille,qui dedit,patiatur ex tali datione aliquod damnum, ſaltem accidentale; nam ſi nullum pateretur, non poteſt pro lucro alieno aliquod ſumere. alterum, vt illa res, quam ego dando tibi patior damnum, proſit tibi, verum eſt,non eſſe neceſſe, vt multum iuuet, ſed quod poſſit multum iuuare, vel ſaltem neceſſe eſt, vt damnum, quod patior, ideo patiar, quia tibi trado illam rem, nam ſi ego *in* re mea patiar damnum, ſed *non* tua cauſa, tu non teneris refundere hoc damnum.

Nunc ad cambium Biſuntinum. Campſor vult exigere aliquid ſupra id,quod dedit, ergo requiritur. Primo quod damnum patiatur. Secundo quod patiatur in gratiam ſumentis cambium, ex his duobus primum adeſt, deeſt ſecundum,vnde ex hoc cambium eſt iniuſtum, quia licet campſor patiatur damnum in ſuſtinendis duobus thelonijs, tamen patitur damnū in gratiam ſumentis cambium, quia mihi ſumenti Romæ cambium nihil prodeſt tuum theloninm Biſuntinum, ſed tantum tuum thelonium romanum, vnde ſolum ego teneor ad expenſas thelonij romani.ad hoc dicit campſor. ſi tu mihi velles reddere pecuniam Romæ, & ad te nihil dicas pertinere meum thelonium Biſuntinum, tamen niſi habeam illud thelonium, non poſſem exercere mea comercia,& cambia Romę, vbi quamuis thelonium Biſuntinum nihil proſit ſumenti,tamen ex natura campſoriæ artis ſunt neceſſaria danti duo thelonia, ergo debeo eo ſuſtinere

ſtinere cum lucro. reſpondeo, quare tu habes duo thelonia? non propter aliud, niſi vt tua negotia facile tranſigas, vnde ſi ob tua negotia habes duo thelonia, ergo onera illorum ſume ex ipſis ſuis negotijs, non vero ex eo, quod das mihi.

Item dicit campſor. nihil ad me quod tu habeas, vel non habeas pecuniam Biſunti, nec ad me pertinet hoc videre, ego tamen trado tibi pecuniam, quam deſtinaui in hoc cambium Biſunti. verum iſta propoſitio ſi vera eſſet, poſſem ego, qui habeam pecuniam deſtinatam in emendos boues, vllam mutuare cum pacto, quod ex illa emat boues, & tempore reſtitutionis vendat mihi boues ſuos. ſed hæc eſt vſura, quia facio lucrum ex mutuo. replicat campſor. quod hoc exemplum de bobus nihil facit, quia dicit eſſe magnam differentiam inter boues, & ſcuta marchenſia, quia pauper nec habet boues, nec poteſt habere; hic vero licet non habeat ſcuta marchentia, illa tamen poteſt habere per cambium. ſed iſta replicatio eſt valde friuola. probo. quia vel ſumens cambia, & ille pauper ſunt impotentes ſimpliciter, vel ſecundum quid. tunc ſimpliciter, quando nec actu habent, nec poſſunt habere, & ſic ſunt pares. vel ſecundum quid. & ſic etiam ſunt pares item probo. quia manifeſtum eſt, quod ſi ego acciperem a te mutuo centum aureos. & tibi dicerem, ego nihil habeo Biſunti, ſed tantum Romę, ſi tu vis Biſunti, quia ego cogor, dabo tibi, eſt mera vſura, & nullus diſcrepat. ſic res ſe habet iſto caſu. eſt enim tanquam mutuum virtuale, & palliatum. ſed ſi campſor diceret, omnis contractus, qui habet voluntarium conſenſum vtriuſq; partis eſt iuſtus. ſed in hoc cambio conſentiunt ambæ partes, ergo. ad hoc reſpondeas, vt late dixi ſupra *in pręparatorio* 15. *num.* 111. *parte* 2. ex quibus patet manifeſta iniuſtitia huius Biſuntini cambij, ideo ab eo abſtinendum. ne hoc dulci facinore diabolus fallat, & decipiat.

77 Limitatur ſeptimo, ut nec requiratur aliquis ordo iuris, neq; litis conteſtatio, neq; libellus præter qualem qualem petitionem ſimplicem, prout in ſummarijs, quando & vbi petitur executio ſententiæ, uel per actionem iudicati in factum, ſiue per officium iudicis Nobil. *l. ſi pignora, ibi extra ordinem. ff. de euict.* late Anton. de Butr. *in cap. 1. de libell. oblat.* Bald. *in l. minor 25. ann. in fin. ff. de minor.* Abb. *in cap. cum ad ſedem. num. 9. de ſpoliat.* Alex. *in l. intra dies. num. 5. & 6. ff. de re iudicat.*

Et ſufficit dicere, peto ſententiam executioni demandari ſummariè ſine libello, & litis conteſtatione iuxta formam *l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic.*

Et vbi talis ſententia indigeret liquidatione, debent unico contextu fieri articuli ſuper ea, quos ad probandum petat recipi, & admitti iuxta practicam quam tradit Bart. *in l. 2. num. 4. C. de ſent. quæ ſine cert. quantit. & in l. 1. num. 9. ff. de edend.* Felin. *in cap. ſignificantibus num. 21.*

PRAEPARATORIVM. II.

Actio tanquam ſubſtantiale præparatorium omnis petitionis, & libelli, quomodo inueſtiganda ſit, an de iure competat, vel non?

SVMMARIVM.

PRIMVM libelli preparatorium, eſt inueſtigare competentem actionem, quæ dicitur anima libelli. 1.

Libellus ſine actione competenti eſt quædam cifra ſine ſpiritu. 2.

Libellus ſine actione dicitur ineptus, & qui ineptè petit, nihil petit, & qui male agit, nihil agit. 3.

Sine actione competenti agi non poteſt. 4.

Stultus eſt, qui malam actionem intentat. 5.

Actio

Actio non dicitur competere, si de iure non competit. 6.
Exceptio, tibi non competit actio, opposita in praeparatorijs, impedit litis contestationem. 7.
Exceptionem praedictā iudex etiam ex officio, & summarie potest inuestigare. 8.
Iudex debet repellere agentem sine actione. 9.
Vel debet libellum lacerare. 10.
Iudex tenetur de indebita executione facta per executorem de mandato iudicis, non autem executor. 11.
Libelli laceratio habet vim pronuntiationis, non esse procedendum. 12.
Per libelli lacerationem non perdit libellans ius suum. 13.
Iudex cauere debet a laceratione libelli. 14.
In libelli tenore notorium aequipollet expresso. 15.
Iudex non debet supplere in his quae sunt facti. 16.
Iudex non admittens libellum tenetur, & facit litem suam. 17.
Praeparatoria iudiciorum innituntur in sola narratione facti, non autem ex veris causis 18.
In libello non est de consuetudine exprimendum nomen actionis. 19.
Libellus in dubio est sustinendus. 20.
Simplicitas loquendi non nocet. 21.
Pro libelli sustentatione verba impropriantur. 22.
Libellus in dubio sustinendus obscurus, etiam in criminalibus. 23.
Exceptio contra libellum obscurum opponenda in praeparatorijs. 24.
Iudex potest in praeparatorijs praecipere specificationem libelli obscuri, & exceptionis obscurae. 25.
Libelli declaratio non potest fieri per heredem libellantis. 26.
Iudex debet reuidere libellum, antequam citet. 27.
Libellus non solet hodie mitti cum citatione. 28.
Nuntius publicus citat sine iudicis commissione. 29.
Citatio de iure non potest fieri sine commissione iudicis. 30.
Citatio facta sine iussu iudicis, arctat ad comparendum. 31.
Fallit, si citatio fiat in die feriata. 32.
Natura iudicij non minus, quam forma libelli attendenda est. 33.
Omne animal, & omnis planta habet suam propriam naturam, sic omne iudicium habet suam propriam qualitatem. 34.
Actiones sunt fundandae ex capite, ex quo competunt. 35.
Fundans se in contractu, debet fundare libellum super natura contractus. 36.
Actio omnis a suo principio regulatur. 37.
Principium spectandum est. 38.
Principium quale est actionis, talis est actio. 39.
Actionis qualis est materia, talis est forma illius. 40.
Dominium utile parit vtilem rei vendicationem. 41.
Actionis cuiuslibet principium est obligatio. 42.
Principale non accessorium inspici debet. 43.
Permutatio interueniente pecunia, an dicatur venditio, vel permutatio. 44.
Gestio alieni negotij ratificata debet inspici, non ratificatio. 45.
Gestio alieni negotij facta Pisis, & ratificata Perusij, vbi debet cognosci. 46.
Causa principalis inspicienda est, non accessoria. 47.
In actione iniuriarum attenditur is, qui primo prouocauit ad rixam. 48.
Iniurare incipiens dicitur prouocator. 49.
Attenditur, quod principaliter agitur. 50.
Prouocatus non tenetur. 51.
Prouocatus praesumitur se defendere. 52.
Prouocatus ius fauet. 53.
Iudicium aliud vniuersale, aliud generale, aliud commune, & aliud particulare. 54.
Dictio, omne, denotat vniuersitatem. 55
Haereditas, peculium, territorium, dos, fideicommissum, castrum sunt signa vniuersitatis. 56.
Vniuersalia sunt maioris potentiae, quam generalia. 57.
Nomina debitorum sunt incorporalissima. 58.
Iudicium vniuersale dicitur duobus modis. vt hic. 59.

Iudi-

Iudicium vniuersale facit silere particulare. 60.
In iudicio vniuersali non sunt exprimenda singula corpora. 61.
Sub vniuersali petitione omnia clauduntur. 62.
Sententia in vniuersali iudicio, etiam incerta habet paratam executionem contra possidentem. 63.
Sententia in vniuersali iudicio lata, exequitur per officium iudicis. 64.
In iudicio vniuersali non requiritur sententia specifica, nisi sententia executionis. 65.
Libellus in iudicio vniuersali non requirit specificationem confinium. 66.
Libellus in iudicio vniuersali concludere debet ad solam declarationem, qua facta, tacite includuntur effectus coniuncti ipsi causę. 67.
Executio sententiæ semper debet esse certa. 68.
In iudicio vniuersali veniunt fructus, etiam non petiti. 69.
Fructus in iudicio vniuersali, etiam bona fide percepti, quomodo augeant portionem. 70.
In libello sufficit dicere, peto rem cum fructibus preceptis, & percipiendis ex omni causa. 71.
Fructus semper debent liquidari in processu causa. 72.
Testes quomodo debeant deponere super liquidatione fructuum. 73.
Agrorum fructificatio non semper est vniformis. 74.
Iuramentum suppletiuum quando deferendum. 75.
Fructus non liquidati in processu, possunt liquidari in executione sententia. 76.
Expensa taxantur in executione sententia. 77.
In Iudicio vniuersali pretium succedit loco rei. 78.
Hæres grauatus vendens tenetur ad pretium. 79.
Subrogatum a lege habet inesse ab ipso principio, & retro fingitur debitum. 80.
Aliud est res, & aliud pretium rei. 81.
Via ordinaria facit cessare extraordinariam. 82.
Primus creditor quando prefertur secundo creditori. 83.
In particulari iudicio pretium non succedit loco rei. 84.
Æstimatio alicuius rei de praterito quomodo petenda. 85.
Iudicium generale quid? 86.
Legista capiunt genus pro genere infirmo. 87.
Genus pradicatur saltem de duabus speciebus 88.
Genus repræsentatur in qualibet sua specie. 89.
Declara. vt in gestione negotiorum. vt hic. 90.
Hæreditas, tanquam quid vniuersale, non potest dici genus, neq; species. 91.
Hęreditatis pars non potest dici species totius 92.
Hæreditatis dominus non potest dici genus. 93.
Sub actione pro socio, quæ veniant. 94.
Res quæ non patitur commodam diuisionem, quomodo diuidenda. 95.
Hospitium commune non patitur diuisionem. 96.
Diuisio quando fieri debeat per numerum. 97.
In iudicio generali admittitur libellus generalis. 98.
Libellus in iudicio generali non debet continere omnes res administratas, sed sufficit quod dicat, peto quod rationem reddas, & reliquum restituas. 99.
Petitio generalis restingitur ad prosecuta. 100.
In libello generali potest peti certa quantitas. 101.
Administrans debitor non potest condemnari, nisi prius reddita ratione. 102.
In iudicio generali valet sententia generalis. 103.
Executio sententię in iudicio generali latę, debet esse liquida. 104.
Sententia lata vna specie iudicij generalis, non nocet in alia specie. 105.
Administratio facta non præsumitur, nisi probetur. 106.
Gestio facta etiam in minimo, probat administrationem. 107.
Tutor non potest conueniri ante finitũ tempus tutelæ. 108.

Contra administrantem est agendum in loco facta administrationis. 109.

Administrans debet remitti ad locum facta administrationis, si ibi non reperiatur. 110.

Contra administratores competit actio personalis. 111.

Iudicium generale semper est in personam. 112.

Actio personalis personam obligati non egreditur. 113.

Non competit contra singularem successorem. 114.

Actio personalis non rem, sed personam sequitur. 115.

Actio personalis nō acquiritur pacto alterius, nisi praeuia cessione. 116.

Agens iudicio communi debet esse possessor. 117.

Exceptio, tu non possides, opposita in praeparatorijs iudicij communis, impedit litis ingressum. 118.

In iudicio diuisorio quilibet est actor, & reus. 119.

Iudicium commune agitatum per non possidentem procedit, si ei non opponatur in praeparatorijs exceptio praeposterationis. 120.

Iudicium particulare quid? 121.

Confinia sunt specificanda in iudicio particulari. 122.

Argumentum valet a differentia situs loci. 123.

Confines quando sunt mutati, quomodo designandi in libello. 124.

Identitas probatur per duo confinia. 125.

Confines sunt specificandi parte opponente. 126.

Error in confinibus abundantibus non nocet. ibidem.

Actio directa, & vtilis quae? 127.

Actionum formula hodie est superflua. 128.

Actionum effectus non ignorandus. 129.

Actio an sit directa, vel vtilis quomodo cognoscatur. 130.

Qualitate mutata ex parte rei, non mutat ius actoris. 131.

In iudicio reali actor censetur deduxisse omne ius suum. 132.

Iudicium metimur ex persona actoris. 133.

Ad dignoscenadm naturam iudicij debemus inspicere personam actoris, non rei. 134.

Iudicium dicitur Ecclesiasticum, vbi actor est Ecclesiasticus. 135.

Actio praescriptis verbis quae? 136.

Quae requiruntur, vt competat actio praescriptis verbis. 137.

Agens ex contractu innominato debet prius adimplere pro parte sua. 138.

Exceptio non adimplementi impedit executionem, etiam obligationis cameralis, quando est liquida. 139.

Exceptio praedicta quando non obstat. 40.

Non adimplens pro parte sua quando praestando interesse liberetur. 141.

Iuramentum quando obliget praecise, & quando non. 142.

A periurio excusat impossibilitas. 143.

Actio Hypotecaria quando, & quomodo competat. 144.

Hypoteca in re aliena esse non potest. 146.

Hypotecaria datur contra tertium possessorem. 146.

Quomodo concludere debet libellus in Hypotecaria. 147.

Saluianum interdictum pinguius prouidet, quam actio Hypotecaria. 148.

In saluiano interdicto quid probandum. 149.

A sententia in saluiano non appellatur. 150.

Dummodo iustificetur ex eiusdem actis. 151.

Saluianum interdictum est possessorium. 152.

In saluiano sunt probanda duo extrema. 153.

Saluianum est personale ad possessionem. 154.

Saluianum competit extincta Hypotecaria. 155.

In Saluiano debet exprimi certum creditum. 156.

In saluiano est locus iuri offerendi. 157.

Possidens vigore saluiani interdicti, non potest remoueri, si possessio sit valida. 158.

In saluiano debet constare de certa quantitate, vt sciatur pro qua summa retinetur possessio. 159.

In saluiano creditor anterior praefertur. 160.

Saluianum non datur contra habentem anteriorem Hypotecam, seu iura cessa ab anterioribus creditoribus. 161.

Com-

Competit pro legatis probatis extremis, necessarÿs. 162.
Pro legato competit hypotecaria, ergo & saluianum. 163.
Saluianum competit pro re donata. 164.
Item pro omni hypoteca generali. 165.
Item pro recuperanda ciuili possessione. 166.
Item pro rebus mobilibus alienatis probata tamen earum identitate. 167.
Hypoteca prescribitur spacio decem annorum 168.
In lapsu decennÿ, tertius possessor non potest vti tempore principalis debitoris. 169.
Exceptio praescriptionis impedit iudicium saluiani. 170.
Saluianum non competit sine hypoteca. 171.
Saluianum non competit contra creditorem possidentem pro modica summa, nisi ei satisfacto. 172.
Inceptio dominÿ, & proprietatis, incontinenti probata, admittitur in iudicio saluiani. 173.
Exceptio notoria, etiam in praeparatorÿs potest opponi. 174.
Actio confessoria, & negatoria quę. 175.
Seruitus actiua, & passiua qua. 176.
Seruitus continua, & discontinua quae. 177.
Seruitus realis, & personalis quae. 178.
Seruitutem habens personalem potest ea vti, & eius familia etiam aucta. 179.
De natura seruitutis realis est, vt maneat apud dominum. 180.
Seruitus realis transit in singularem successorem. 181.
Seruitus personalis manet apud dominum seruitutis. 182.
Haec transit in vniuersalem successorem, sed non in singularem. 183.
Seruitus ad hoc, vt constituta dicatur, nullum debet esse predium intermedium. 184.
Seruitus constituta non potest mutari, neq; impediri. 185.
Seruitus quando extinguatur. 186.
Libellus quomodo formandus in confessoria, & negatoria actione. 187.
Seruitus non praesumitur, nisi probetur. 188.
De libellis diffuse tractant Specul. & Odofr. 189.

1 INter praeparatoria libelli, siue petitionis, illud omnium primum, ac necessarium est, vt actionem competentem contineat; cum ea sit anima libelli. Bald. *in leg.* 1. *num.* 19. *C. si plur. vna sent. condemn. fuer.* vbi quod libellus, siue petitio sine actione
2 competenti, est quidam cifra sine spiritu. Ias. *in §. superest. num.* 43. *instit. de action.* & dicitur libellus ineptus, & qui inepte petit, nihil petit, & qui male agit, nihil agit. idem Bald. *in leg. si filio. in tertio notab. ff. de liber. & postum.* presertim in libello appellationis. Bal. *in leg. edita. num.* 73. *C. de edend.*, & in libello continente contrarias actiones,
3 quia nil petit, qui contraria petit simul, & semel, & est nullus libellus, etiam parte non opponente, cum iudex non possit eligere in sententiando, ita Bald. *in d. l. edita. num.* 83. *in secunda lectura.*
4 Quia sine actione competenti impossibile est agi posse. *leg. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. leg. quoties. § itē si temporali. ff. de adminisir. tut.* Bart. *in leg. Titius, & Seius. ff. de verborum obligat.*

Idcirco editio actionis dicitur esse de praeparatorijs iudiciorum. Bald. *in d. leg. edita. num.* 41. *versic. & fit etiam in praeparatorÿs. in prima lectura.*
5 Quinimmo stultus est, qui malam intentat actionem. Gloss. *in leg. quidam ff. de in rem. vers.* quam refert, & sequitur Bald. *in leg.* 1. *num.* 3. *C. comm. de legat.* & est stupidissimus, qui sine certa actionis cognitione causam perdudit ad iudicem, etiam cum apparatu verborum, & legum allegatione, quae non magis ad rem accedunt, quam cypressus, vt ait Horatius, ad naufragium.
6 Et non dicitur actio competere, si de iure non competit. Felin. *in cap. inter dilectos. num.* 5. *de fid. instrument.* adde Bald. *in l. nulli. C. de formulis.* vbi dicit, quod procedit libellus conceptus cum actione competenti, licet inepte exprimatur, sicut etiam procedit, vbi quis petit pronunciari actionem sibi

C 2 com-

competere. Alexander *cons. 95. num. 2. lib. 1.*

7 Et proinde exceptio, tibi non competit actio, opposita in preparatorijs impedit litis contestationem, si de ea liqueat. Bartolus *in d. §. videamus num. 7. & in leg. nam, & postea: num. 7. & 8. ff. de iureiur.*

8 Quam exceptionem potest iudex etiam ex officio inuestigare summariè. Felin. *in cap. ad aures. num. 2. de prescript.* etiam reo non opponente. Bald. *in leg. vbi pactum est. num. 6. C. de transact.*

9 Quia si de hoc non inuestigaret frustra procederet. Bald. *in leg. 1. nu. 9. in fine. C. vt quæ desunt aduoc. par.* & vbi viderit actionem intentatam non competere, tenetur agentem repellere. Alexander *cons. 136. num. 11. lib. 2.* Io. Ant. Mangil. *tract. de euict. quæst. 98. nu. 13.* vel debet dicere, super hoc libello non interponimus partes nostras. Bald. *in d. l. 1. num. 11. C. vt quæ*

10 *desunt aduoc.* vel libellum de facto lacerare. Bartol. *in leg. iustas. in fine. C. de iure fisc.* Bald. *in l. liberorum. §. excusatur. ff. de his qui not. inf.* vt refert fuisse laceratũ libellum datum contra quemdam executorem, qui de mandato Potestatis, fecerat quamdam executionem non debitam, & quia tenetur Potestas mandans, non autem executor, libellus non concludebat de iure, & ideo fuit laceratus. ex quo contine-

11 bat manifestam excusationẽ rei, adeo vt si talis executor fuerit propter hoc in banno positus, non tenet bannus, neque facta confessio. idem Bald. *in l. certi condictio. col. 5. vers. vnde cum daretur libellus. ff. si cert. pet.* pro quo etiam Decius *in leg. 1. num. 6. de offic. assess.* Felin. *in cap. causam. num. 13. de probat.* Ripa *in l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 45. ff. de damn. infect.* Menoc. *de adipisc. poss. remed. 4. n. 535.*

12 Et talis laceratio libelli habet vim pronunciationis ipso facto non esse procedendum. *in l. presses. num. 2. C. quomod. & quand. iudex.*

13 Per eam tamen actor non perdit ius suum, quia nihilhominus redire potest ad congruã intentationem competentis actionis, quamuis ter fuisset repulsus. Clement. *fin.* & ibi Glossa *fin. de appellat.* Felin. *in cap. examinata. nu. 9. de iudic.*

14 Cessare tamen debet iudex a tali laceratione libelli, nisi ex eius serie comprehendat euidenter, quod sit contrarius. Io. de Imol. *in l. cum mulier. num. 33. vers. quia potest. ff. soluto matrimonio.*

15 Quia in tenore libelli notorium equipollet expresso. Felin. *in d. cap. ad aures in fin.*

16 Intellige tamen, predicta procedere in his, quæ consistunt in iure, non autem in facto, in quo iudex non debet supplere. Bart. *in l. vnica.* & ibi etiam Bald. *C. vt ea, quæ des. Aduoc.* Dec. *in l. 1. in princ. C. de edend.*

17 Alias teneretur ad interesse partis. Felin. *in cap. exceptionem. num. 5. de except.* Baldus *in l. mancipia. C. de ser. fug.* quod facit litem suam, non recipiens libellum querimonię, cum iudex, non debeat curare, an factum sit verum, vel falsum, quia præparatoria iudiciorum innituntur in sola narratione facti, non autem ex iuris causis. Bal.

18 *in d. auth. offeratur. num. 10. vers. quia. exordia.*

19 Neque, an in libello expressum sit nomen actionis, cum hodie, tam de iure ciuili, quam canonico, sit sublata omnis necessitas formularum. Bald. *in l. vt fine. num. 5. C. ad Trebell.* & ita de consuetudine obseruari dicit idem Baldus *in l. si in rem. in additione. ff. de rei vindicat.*

20 Et in dubio debet iudex stare pro sustentatione libelli, quam magis debet considerare, quam iuris subtilitatem. Bald. *in leg. scire debemus. in fine. ff. de verbor. obligat.* vel actionum nomina, seu vocabula, quia iura insunt sensibus, non vocabulis. *leg. omne verbum in fin.*

21 *C. comm. de legat.* cum non debeat nocere loquendi simplicitas in proposito. Bald. *in l. null. n. 2. C. de formulis.* idem Bald. *in leg. compensationes. num. 3. C. de*

de compensat. vnde libellus cócludens, peto reum cogi, & compelli, &c. licet videatur petere executionem ante sententiam, tamen sustinetur, quia videtur petere, quod prius condemnetur, & postea cogatur. Felinus in cap. inter dilectos. num. 1. de fide instrum. Baldus in leg. edita. num. 97. C. de edend. & in leg. conuenticulam. num. 3. vers. vnde procedit libellus. C. de Episc. & Cleric. vbi notat ad hoc argumentum ab ordine verborum, quia, inquit, talis ordo præsumitur, qualis debet esse. idem Bal. in Rubrica. C. de nouo codice comp. in l. 1. §. quibus. num. 8.

22 Nam pro sustentatione libelli, eius verba debent etiam impropriari. leg. si olei. & ibi Bartol. C. de locat. & reduci ad congruam agendi formam. Alexan. cons. 137. num. 2. lib. 6. vt valeat, & non pereat. Bald. in leg. 1. num. 7. C. de execut. rei iudic. & verba eius ambigua, pro libellante interpetrari debent. Alex. in leg. etiam filios. §. licet in dotalibus. nu. 9. ff. solut. matrim. & sufficit, si præsuntiue concludat. Bald. in l. si filio. in fine. ff. de liber. & postumis. dummodo habeat debitam formam. idem Bald. in d. l. edita. num. 56. etiam, si esset libellus criminalis. idem Alex. in leg. diuortio. num. 11. eod titulo. vbi putat esse falsissimam Romani opinionem contrariam sententijs Baldi in l. 2. in fin. C. de his, quib. vt indign. vbi, quod in criminalibus, in du-
23 bio, semper sustinendus est libellus obscurus, quod procedit in omni obscuritate libelli, quam pars potest petere declarari. Felin. in cap. cum clamor. n. 8. de testib.

24 Dummodo exceptio contra libellum, quod non contineat causam non specificam, opponatur in præparatorijs, cum post litem contestatã opponi non possit. Ias. in §. omnium. num. 126. instit. de action.

Fallit in libello criminali accusatorio non continenti locum, & tempus, qui de iure ciuili, est ipso iure nullus, etiam parte non opponente, secus de iure canonico, vt declarat Bald. in leg. edita. num. 44. C. de edend. idem in inquisitione particulari, in qua debet edi locus, & tempus. Bald. in. l. 15. apud. n. 2. C. de edend.

25 Sicut iudex potest in præparatorijs compellere actorem, etiam ex officio, ad melius specificandum suum libellum. Bald. in leg. age cum Geminiano. C. de transact. si ambiguitas consistat in facto. Alex. in l. naturaliter. § nihil comm. num. 51. ff. de acquir. poss. & reum ad declarandum, & melius specificandum suam exceptionem generalem, & ambiguam, si illa consistat in facto, secus si in iure, puta, si dicas, non competere actori ius, quia tunc non tenetur declarare. Dec. in d. l. age cum geminiano. n 7. Sed exceptio inepta, ac præpostera non indiget declaratione, nec debet repelli, quia suo ordine intelligitur exceptio proposita, nec ordo verborum, sed ordo iuris attendi debet. Bald. in leg. fin. C. de iudicijs.

26 Hæc tamen libelli ambigui declaratio fieri non potest per heredem libellantis eo mortuo, quia posset afferre damnum aduersario secundum communẽ opinionem, de qua per Alex. d. §. nihil comm. n. 52. & in l. si quis à filio. §. si quis plures. num. 2. ff. de legat. prim.

Ratio, quia ea quæ sunt animi, non transeunt ad heredem. Bald. in d. l. edita. num. 53. in lectura paduana.

27 Vnde infertur bonam esse practicam illorum iudicum, qui priusquam citationem decernant, libellum bene legunt, & reuident, si competentem actionem contineat. Bald. in l. cum Clericus. in fine. C. de Episc. & Cler. & illam esse æquissimam, & per bonos assessores obseruari testatur Franc. Curt. in repetit. Rubrica. C. de edend. num. 16. Alex. in l. si finita §. iulianus. num. 20. ff. de damn. infect.

Licet hodie communis obseruantia sit in contrarium, sed non bene, vt dicit Bald. in d. l. cum Clericus. in fine. & in rubrica de in ius vocandi, & ibi etiam Salicet.

28 Cum hodie non soleat mitti libellus cum citatione. Io. de Imol. in l. ex duobus

bus

bus. num. 3. ff. de duob. reis.

29 Sed nuntius generalis cum auctoritate citandi passim citet in his, quæ non requirunt causæ cognitionem, sine aliqua commissione iudicis, Felin. in cap. primo, num. 23. de iudic.

Et ita obseruatur per cursores romanæ curiæ, qui passim citant sine commissione iudicis, & licet huiusmodi practicam impugnet Ias. in rubri. C. de edend. num. 5. inquiens, quod citatio fieri non potest sine commissione iudicis, ea ratione, quia in qualibet citatione debet apponi terminus ad comparendum, quæ termini assignatio spectat
30 ad solum iudicem. Io. de Imol. in l. demonstratio. num. 4. ff. de condit. & demonstr. hoc tamen procedit in reali citatione, non autem in verbali, quæ potest fieri absq; iudicis commissione. Dec. in Rubrica. C. de in ius vocand. in fine.

31 Et arctat citatum ad comparendum. Alex. in d. §. Iulianus. num. 20. nisi fie-
32 ret in die feriata, quia licet nuntius in citando vtatur quadam consuetudine, tamen impeditur ea vti absq; iudicis commissione propter diem feriatam. Bald. in d. l. cum Clericus. num. 3.

De qua consuetudine, quod citatio fieri possit die feriata pro non feriata, testatur idem Bald. in l. in minorum nu. 5. C. si vt omissam hæredit. vel bon. possess.

33 Ad effectum autem cognoscendi, num actio intentanda de iure competat, inuestiganda primum est natura illius, cum in præparando libello non minus natura iudicij, quam forma libelli attendenda sit. Bald. in l. si absentis num. xi. C. si cert. pet. idem docet, Cicero in lib. II. de orat. vbi, ac primum, inquit, naturam causæ videat, quæ nunquam latet, factum ne sit, quæratur, an quale sit, an quod nomen habeat.

Quia sicut omne animal, & quælibet planta habet suam propriam naturam, & omne indiuiduum habet propriam comprehensionem, quam alteri communicare impossibile est, secundum Auicennam, quem refert Bald. in l. vnica. §. ne autem num. 9. C. de caduc. toll.

Et sicut omnia iuxta semen suum producunt, & pariunt, ita vnumquodq; iudicium habet suam propriam naturam seu qualitatem a iure sibi tributam, se-
34 cundum quam vnum differt ab alio. idem Bald. in l. sed & partus. §. Iulianus. num. 1. ff. quod met. caus. & metimur iudicium. Egid. conclus. 617. incip. si agit. de lit. contest. Vestr. in praxi lib. 5. in tit. de term. obser. in causa prophana. ars enim imitatur naturam. l. nam ad optio. ff. de adoption.

35 Idcirco actiones sunt fundandæ ex capite, ex quo de iure competunt, & non ex alio secundum eundem Bald. in l. hæres a debitore §. cum fideiusser. ff. de fideiuss. vnde agens ex contractu de-
36 bet se fundare super natura contractus alias non procedit libellus. Bald. in l. illa stipulatio. §. eum qui. ff. de verb. oblig.

37 Nam omnis actio a suo principio regulatur. l. 1. §. quod autem ait. ff. de superfici. & l. 1. ff. si ager vectigal. quod principium, & quæ exinde descendunt,
38 obseruari oportet l. in ratione. §. filio. ff. ad l. falcid.

39 Et quale est principium, & caput actionis, talis est actio, & finis illius. Alex. cons. 134. num. 25. lib. 6.

40 Et quale est subiectum, idest materia actionis, talis intelligitur esse forma, idest actio. Bald. in l. ea demum. in fine. C. de collat. vnde dominium vtile parit
41 vtilem rei vendicationem, & directum parit directam in realibus. Bald. in l. curatores. num. 5. C. de negot. gest.

42 Principium vero, & origo cuiuslibet actionis natiuæ, est ipsa obligatio, a qua actio nascitur tanquam a matre. Bald. in l. cum mota. num. 14. C. de transact. Ias. in cap. superest. num. 5. Instit. de act. Rota coram Coccino, inter impressas diuers. decis. 323. num. 2. in nouissimis. & facit Aym. cons. 319. num. 7. vbi quod causa facti inspici debet, tanquam primum principium, non ipsum factum. quia causa est principalis, & factum est accessorium, & principale inspici debet non accessorium. Bald. in l. si in emptio-
43 ne. ff. de contrah. empt. vbi ponit, quod

si ego

si ergo conueni tecum de permutando librum meum cum libro tuo, cum hoc, quod vltra hoc des mihi decem, talis contractus sit permutatio, non venditio, non obstante quod ex altera parte
44 interuenerit pecunia maioris valoris, ea ratione, quia inspicitur principalis causa contractus, quæ fuit permutatio, non autem accessorium, & subordinatum. confirmatur ex eodem Bald. *in l. si pecuniam. num. 5. C. de negot. gest.* vbi ponit de eo, qui gessit negotium alterius, qui illam gestionem postea ratifi-
45 cauit, & dicit, quod gestio est causa principalis ratificationis, & quod gestor debet agere actione negotiorum gestorum, tanquam principali, non autem ex ratihabitione, quæ est secundaria, & debet in libello concludere ipsam gestionem cum narratione ratificationis, tanquam subordinatæ: adde eundem Bald. *in l. si pupilli. §. idem ait. ff. de negot. gest.* vbi, quod si tu gessisti negotia mea Pisis, & ego ratum habeo Perusij, debet agi Pisis, & non Pe-
46 rusij, quia actio principalis oritur non ex ratihabitione, sed ex ipsa gestione, & principiũ agẽdi pendet ex negotio gesto, & ex ratihabitione, quę se habet per modum confirmationis, ideo agi debet ex confirmato in loco confirmati, quia ex his duobus principijs principalius attendi debet, idest locus, vbi gestio facta est, ad instar maleficij commissi, in quo nõ attenditur locus ratificationis, sed maleficij perpetrati. Confirmatur alio exemplo ego mandaui tibi, vt pro me emeres fundum pro centum, tu emisti pro ducentis, vtiliter tamen. certe cum totum istud negotium subordinatum sit actioni mandati, debes agere contra me actione mandati, tanquam principali, non autem actione negotiorum gestorum, quæ est
47 actio accessoria, & subordinata. quia causa principalis inspici debet *l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. l. si procuratorem. ff. mandat. cum simil.*
48 Sicut etiam patet in actionibus iniuriarum, in quibus rationem habendam esse principij, & in eum pœnam esse reijciendam, qui primum verbo, vel facto prouocauit ad rixam, dicit text. in *l. quoniam. C. ad l. Iul. de vi public. seu priuat.*
49 Et qui primo cępit iniurare, dicitur prouocator. *l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. paup. feciss. dic.* Gram. *decis. 37. n. 3.*
50 Et est ratio, quia attenditur, quod principaliter agitur. *l. si quis nec causam. ff. si cert. pet.*
51 Prouocatus vero si facit, vel dicit iniuriam prouocanti, non tenetur actione iniuriarium, sed parcitur illi, quia vlciscitur prouocatus. *l. qui cum maior. §. libertus. vers. ignoscendum. ff. de bon. liber.*
52 Nam pręsumitur causa defensionis, & sui iuris conseruandi facere potius, quam iniurandi. Bald. *in l. 1. C. vnde vi.* Specul. *in tit. de actis. §. 1. vers. quid si te vocaui.* quem refert, & sequitur. Capyc. *decis. 58. num. 3.*
53 Et ius fauet prouocatis. Hypol. *cons. 137. num. 14.* Burgos. *cons. 22. num. 9.* & prouocator semper præsumitur in culpa. Alex. *cons. 119. num. 5. lib. 7.*
Sed aduerte, quod iniurię verbaliter illatæ accusatio tollitur solo cursu anni *l. si non conuitij. C. de iniur.* Menoc. *cons. 759. num. 7. lib. 7.* & per lapsum anni finitur ipso iure actio, & accusatio *l. sed si vnus. §. si ante iudicium. ff. de iniur.* quem textum ad hoc inducit Euerardus Iunior. *cons. 40. num. 35. & 37. vol. 1.* vbi dicit, ita vidisse iudicatum in iudicio camerę imperialis de anno 1540.
54 Rursus ad inuestigandam naturam actionum multum interest scire, an iudicium, quo experiri volumus, sit ne vniuersale, vel generale, an commune, vel particulare, quia ex his, veluti a suis principijs cętera fere iudicia distinguuntur. Bald. *in l. edita. in prima lectura. num. 24. & in secunda lectura. nu. 64.* & ibi Franc. Curt. *nu. 32. C. de edend.* late Scaccia. *de iudic. lib. 1. cap. 3. num. 10.* Gregor. Tholos. *tract. syntagmatis iuris. parte 3. lib. 47. cap. 5. num. 5.* Marant. *in tit. de indic. ordinar. in princ.* Isidor. *tract. de dilucidation. iuris ciuilis. lib. 4. tit. de iudicij dilucidation. num. 8.*

De iudi-

De iudicio vniuersali

55 Dicitur autem vniuersale, quod denominatur per hanc dictionem, omne, nam, qui omne dicit, nihil excludit. *leg. omnis. C. sine cens. vel reliq.*

Ideſt, quando petitur vniuersitas sub vnius vocis vocabulo a iure prodito, in quo veniunt, & continentur omnia, non solum corporalia, & incorpora-
56 lia, vt hęreditas, peculium, territoriũ, dos, bonorum posseſſio, fideicommiſſum, castrum cum iurisdictione, obedientia, familia, & huiuſmodi, quæ sunt signa vniuersitatis, & cum collectiuo nomine designantur. Bald. *in leg. per hanc. num. 20. vers. sunt autem vniuersalia. C. de temp. appel. & in l. peculium legatum. ff. de legat. prim.* Gregor. Tholos. *vbi sup.* Ayman *cons. 290 n. 4.*
57 vbi dicit, vniuersalia esse maioris potētię, quã generalia. Surd. *decis. 150. n. 7.*
58 Sed etiam incorporaliſſima, vt sunt nomina debitorum, quæ nec sunt corpus, nec adiacent corpori, sicut adiacent seruitutes. Baldus *in leg. regulariter. num. 1. ff. de petit. hæred.*
56 Item iudiciũ vniuersale dicitur duobus modis, vel quia continet vniuersitatem, vt eſt petitio hęreditatis, vel quia parit vniuersale præiudicium, vt eſt querela inoſſiciosi. *leg. prim. in principio. ff. de rei vindic.*
60 Cum, pendente iudicio vniuersali, silere debeat particulare, tum propter maiorem auctoritatem iudicij vniuersalis, nam per minorem cauſam, maioris cognitioni pręiudicium fieri non debet. *l. per minorem. ff. de iudic.* tum quia, vt euitetur refricatio, seu reiteratio eiuſdem cauſę in iudicio vniuersali, cum idem bis ventilari non debeat. *le. prima. C. quand. prouoc. non eſt neceſſe.* Olaſcius *decis. 74. num. 2. & 3.*
61 Non tamen oportet in hoc iudicio vniuersali exprimi singula corpora, puta, hęreditatis, peculij, fideicommiſſi, vel alterius vniuersitatis, sed sufficit, si dicatur, peto hęreditatem Sempronij, & me declarare hęredem illius, & mihi reſtitui fundum eiuſdem, & si quæ alia reus poſtea cœperit poſſidere de dicta hęreditate, sed non debet petens se reſtringere ad certam rem hęreditariam, quia tunc lite conteſtata, non poterit deducere, & petere alia bona sine noua petitione; & ideo cautè adijcitur clauſula, & si quæ alia bona hæreditaria reperiantur in poſterum poſſideri, quia tunc omnia sub vniuersali
62 petitione hęreditatis clauduntur. vt declarat Gloſſa *in l. non poteſt videri. vers. item oppono. ff. de iudic.* Felin. *in d. cap. significantibus. num. 20.* & ibi Abb. *de libell. oblat.* Gabriel. *concluſ. 3. num. 5. de iudic. vers. communem dicit.* Couar. *pract. quæſt. cap. 12. num. 6.*

Ita vt si petens poſtea probabit se hęredem contra non poſſidentem hæreditatem, pro eo ferri debeat sententia pronuncians eum hęredem, & abſoluens reum conuentum, qui si poſtea adipiſcatur poſſeſſionem, erit nihilo-
63 minus parata executio sententię contra ipſum. Felin. *in cap. aduerſario tuo. num. 9. de except.* vbi dicit ita communiter practicari. Alex. *in l. 1. num. 20. ff. de edend.*
64 Ratio, quia vbi iudex semel declarauit me hæredem, debet mihi fieri reſtitutio rerum hęreditariarum per officium iudicis implorandum in executione sententiæ. Bald. *in l. filium quem. num. 36 C. de petit. hæredit.* vbi dicit hanc eſſe ipſam veritatem. & *in l. 1. in fin. C. eod. titulo.* vbi quod in hoc caſu officium eſt tantum in declarando, sed non in condemnando. idem Bald. *in l. cogi. num. 13. C. eod. tit. & in l. terminato. num. 5. C. de fruct. & lit. expenſ.* vbi dicit, quod in iudicio vniuersali non requiritur, quod sententia sit spe-
65 cifica, niſi sententia executionis. adde eundem Bald. *in l. edita. in repetitione Peruſina num. 24. C. de edend.* late Abb. *in cap. 1. num 25. de libell. oblat.* sicut nec in libello requiritur specificatio confinium. Bald. *in l. cum seruo. §. demonſtratione ff. de contrahend. empt.* vbi quod sufficit dicere, peto caſtrum, licet non confinem caſtri.

Et pro-

66 Et propterea in hoc iudicio procedit libellus ad solam declarationem, qua facta statim tacitè includuntur effectus qui causæ sint coniuncti. idem Bald. *in*
67 *l. viro, atq; uxor. in princip. ff. solut. matrim.* Alex. *in l. 1. num. 20. ff. de edend.* vbi dicit, quod propria natura libelli in petitione hęreditatis nón est, quod petatur condemnari reum ad restituendum, quicquid possidet, sed quod solum petatur declarari, actorem esse hæredem, & officio iudicis condemnari reum ad restituendum quicquid possidet de hæreditate. sed executio talis sententiæ non potest fieri, nisi sit certa, & liquida, procedens ex certa, & indu-
68 bitata probatione. Bald. *cons. 99. præmissis verbis statuti. lib. 5.* vbi dicit, hoc esse verum, sicut euangelium, & quod ita praeticauit in Ciuitate Perusij. Felin. *in d. cap. significantibus. num. 19.* Alex. *in l. ait prętor. §. si iudex. in fine. ff. de re iudic. & in d. l. 1. num. 20. de edend.*

69 Quod etiam procedit in fructibus, qui in hoc iudicio veniunt a iure actionis. Bald. *in l. solemus. vers. nota fructus. ff. de iudic.*

Quamuis non petantur in libello ad differentiam iudicij particularis, in quo fructus in præparatorijs, & ante litem contestatam percepti sunt necessario petendi. Bald. *in l. si post. num. 2. C. de petit. hęredit.*

70 Ratio, quia in iudicio vniuersali fructus etiam bona fide percepti augent portionem Afflict. *decis. 240. num. 2. & decis. 26. num. 3.* idest, possunt peti iure actionis, non tamen sequitur, quod tales fructus non faciat suos possessor, si sit bonæ fidei. gloss. *in l. item veniunt. §. fructus. in verb. omnes. ff. de petit. hæredit.*

71 Sed cautius est, quod generaliter petantur, & sufficit dicere, peto rem cum fructibus perceptis, & percipiendis. Alber. *in l. certum. num. 3. C. de rei vendicat.*

Et bonum est addere, peto fructus perceptos ex omni causa, quia vigore istius clausulę veniunt fructus fructuum, & partus partuum, qui alias nó venirent sub simplici appellatione fructuum. Felin. *in cap. inter dilectos. num. 6. de fide instrum.* vbi dicit hodiernam practicam vti hac clausula.

72 Aduerte tamen, quod fructus inquocunq. iudicio petantur, semper debent liquidari in processu causę, vt exinde possit iudex illos taxare in sua sententia. secundum Bald. *in d. l. solemus in fine.*

73 Huiusmodi autem fructum liquidatio de consuetudine sufficit, si testis dicat, quod ager fuit cultus, & tantum communiter de redditu, & in portatis præstare consueuit anno sterili cum fertili computato, quia licet huiusmodi probatio non plene concludat, cum non bene inferri possit. Ager tantum fructificauit annis proximè pręterritis, ergo, & isto anno, quia fructificatio agrorum non est semper vniformis, nihilominus in hoc casu poterit iudex in ad-
74 miniculum probationis deferre iuramentum in supplementum, ex quo habet probabiles coniecturas. Bald. *in l. si*
75 *fundum. in fine. C. de rei vendicat.*

Intellige, si iuramentum petatur deferri. Capijc. *decis. 35. num. 1.* & dumodo petens non laboret aliqua infamia facti, quę ipsum repelleret a testimonio. idem Bald. *in l. qui accusare. num. 2. C. de edend.*

76 Vbi vero fructus non fuerint liquidati in processu, poterunt liquidari in executione sententię, Bart. *in l. 1. num. 13. ff. iudic. solui.* vbi dicit, quod ita quotidie practicatur. *& in l. 2. in fine. C. de sent. quæ sine cert. quantit.* late Io. de Imol. *in l. si filius familias. §. cum fundum. num. 5. ff. de verb. obligat.*

77 Sicut patet in sententia, quę condemnat in expensis, quæ possunt in executione taxari. glossa. *in d. l. terminato. in verb. competere.*

78 Item in iudicio vniuersali prętium succedit loco rei petitę, nam qui prætium habet, rem habere videtur Bald. *in l. venditor. in additione. ff. de hęredit. vel act. vendit. in l. magnam. col. 5. vers. similiter non obstat. C. de contrah. empt.*

79 Idcirco hęres grauatus fideicomisso

si vendat. venit prętium, vel aliud loco prætij in restitutione. *l. Imperator. §. fin. cum l. seq. ff. de legat.* 2. Surdus. *decis.* 208. *num.* 3.

80 Ratio, quia in hoc casu prætium subrogatur à lege loco ipsius rei, ideo quod disponitur in creatione, habet locum in subrogatione, & subrogatum habet in esse ab ipso principio, & retro fingitur debitum. Bald. *in l. fin. §. & si præfatam. post princ. C. de iure delib.* vbi secus dicit in iudicio particulari, prout est actio hypotecaria, in qua prętium non succedit loco rei, & ibi assignat diuersitatis rationem, quia in vniuersalibus ipsum vniuersum suscipit omnes species, nec mutatur forma vniuersi prout vniuersum, sed in particulari iudicio vnam speciem in aliam transmutari impossibile est, prout esset, si species transmutaretur in quātitate, cum aliud

81 sit res, & aliud prętium rei. *l. si alij. §. 1. ff. de vsufruct.*

82 Vnde in specialibus iudicijs si res extat, & non sit pręscripta, vel perempta, semper illa petenda est, quia vbi potest habere locum via ordinaria, cessat subsidiaria. vbi vero non extat, tunc in subsidium succedit prętium loco rei Bald. *in l. si eum seruum. in fine. ff. si cert. pet.*

83 Exemplum si fuerit facta adiudicatio creditori posteriori alicuius rei mobilis, pro concurrenti quantitate debiti, & postea veniat alius primus creditor, & agat contra hunc secundum actionē hypotecariam pro bonis adiudicatis, in quantum extat penes conuentum, certe obtinebit, si vero nō extat, poterit petere æstimationem loco rei in subsidium, ex quo videtur in debitum percepisse, & sic fingitur nō habere causam retinendi, eo quod primus creditor sibi debet auferre. Bald. *in leg. 1. vers. ista quęstio. ff. de distract. pignor.*

Et sic vides, quod in particularibus iudicijs nunquam prætium succedit loco rei, nisi in subsidium, videlicet, ex aliquo accidenti, vel casu, puta, ex culpa, vel mora. *leg. vinum. ff. si certum pet. leg. in hac. ff. de triticar.*

84 Vel vbi res non extat, vt dixi, vel vbi lex admittit casus speciales, in quibus vult prætium succedere loco rei. de quibus per Glossam *in leg. habeo, & Sancimus. ff de verbor. significat.* Afflictus *decis.* 368. *num.* 4. & 5. Surdus *decis.* 306. *num. xi.* Alex. *in d. leg. si eum in fine ff. si cert. pet.*

85 Vbi vero petitur res, siue eius ęstimatio, de pręterito, debet ęstimatio peti sub certa quantitate; sed æstimatio de futuro debet peti sine taxatione quantitatis, adijciēdo tamen in libello, quod si pendente iudicio, contingat rem magis crescere, quod etiam ad illud tu condemneris. Baldus *in d. leg. vinum in fine.*

Et in hoc debet implorari officium iudicis, cum hæc æstimatio non sit in obligatinne, ideo debet peti tanquam interesse. Innocentius *in cap. sacro. de sent. excomm.* Specul. *in tit. de obligat. & solut. §. sequitur.*

De iudicio generali.

86 Sed & iudicium generale ideo dicitur, quia continet sub se plures species subalternas, non solum prædicamentales, secundnm logicos, sed etiam indiuiduales, secundum legistas, qui capiunt genus pro genere infimo. ita Bal. *in leg. sed & si quis. §. quæsitum. col. 3. vers. venio ad quęst.. ff. si quis caut.* idem Bald. *in leg. iusiurandum col. 2. versic. quandoque accipitur species. ff. de iureiur.* Bart. *in leg. quęsitum. §. si quis fundum. num. 8. ff. de fund. instruct.* Ripa *in leg. 1. num. 2. vers. cum aliud sit genus. ff. si cert. pet.*

88 Et sufficit ad hunc effectum, quod saltem contineat sub se duas species, quia genus prædicari debet saltem de duobus speciebus, alias non esset genus, quod propriè vnicum est, quod species comprehendit sub se. Dec. *in rubric. de probation. num. 6. vers. genus vero.* & reprę sentatur in qualibet sua specie. *le. penult. ff. si cert. pet.* intellige, quando gene-

89 generalitas per medium infert in qualibet sua specie, quia tunc generaliter operatur, alias non nisi prout potest operari. & hoc modo procedit argumentum a generalitate. secundum Bal. *in leg. conuenticulam. col. 4. vers. item est argumentum a generalitate. C. de Episcop. & Cleric.*

90 Vt gestio negotiorum, vel administratio tutelæ, curæ, mandati, vel pro socio, & similium, quia sub ista generali gestione, vel administratione veniunt, & continentur plures species, puta vinum, frumentum, oleum, & similia, quæ habent se vt species, & in qualibet earum repræsentatur administratio, tanquam genus. *leg. licet. C. de iudicijs.* cum administratio sit medium, quod infert in qualibet prædictarum specierum, ideo in omnibus generaliter operatur.

91 Ad differentiam iudicij vniuersalis, vt hæreditas, quę non potest dici genus, neque species, nam si tollis omnes species hæreditatis, nihilominus est hæreditas, quia iuris intellectum habet, neque quęlibet res hereditaria est hęreditas, neque repræsentat hereditatem, cum sit in dominio hæredis. *leg. vsusfructus. ff. de seruit.*

92 Neque etiam hereditatis pars dici potest species totius, cum pars integralis nunquam subalternetur ex toto. *lege recte diximus. ff. de verborum significatione.*

93 Alias cum dominus hæreditatis habeat sub se partes, esset genus, quod est falsum. Baldus *in leg. edita. in prima lectura. C. de edendo.*

94 Item sub actione pro socio, quę est generalis, continentur debita, credita, commoda, & incommoda, tanquam species ęqualiter diuidendæ. *leg. si non fuerint. §. primo. ff. pro socio.* Ayman *cons. 245. num 5.*

95 Intellige, si cómode diuidi possũt, alias debet vni adiudicari res, & ad refundẽdam pecuniã alteri condemnari. *l. ad officium. C. Coram diuid.* Bartol. *in leg. prima. num. 2.* & Baldus *num. 2. C. eod. tit.* Aym. *cons. 15. num. 38.* Decius *in l. nam, & si fur. §. si seruus. num. 2. ff. si cert. pet.* vbi arguit eos, qui habẽtes possessiones hęreditarias, liuore moti, volunt illas diuidere per sulcos, & perticas, & ista occasione dilacerant facultates, cum tamen diuisio fieri debeat

96 grosso modo per assignationem rerum integralium, vel per eorum ęstimationẽ arbitrio iudicis, vbi vero diuisio cómode fieri non possit, vt in hospitio cómuni, quod nó recipit cómodam diuisionem. Bald. *in leg. sancimus. C. de donat.* Dec. *in legem mutuum. §. mutui datio. num. 22. ff. si cert. pet.*

97 Tunc debet fieri assignatio, vel, vt dixi supra, vel per numerum, vt dicit Decius *dicto §. si seruus.* vbi ponit de vetula, quæ vendidit dimidiam partem ficuum, quorum diuisio fieri debet per numerum, quia aliter commode fieri non potest.

Vel per licitationem alteri deliberari, & pecunia vnicuiq; pro rata assignari, pręsertim vbi vnus propter inopiam non possit ad iustum pręțium pertingere, & alter sua pecunia vellet licitantem vincere, & vilius, quam res valeat, emere. Bald. *in d. l. ad officium. num. 3.* Salicet. *num. 2.* Alber. *num. 2.*

98 Ex quibus infertur, quod in iudicio generali admittitur libellus generalis, & incertus, vt peto rationem administrationis, quia tu gessisti negotia mea, & peto te condemnari, quod rationem reddas, & reliquum restituas, nec est

99 opus, quod omnes res administratæ specialiter exprimantur. Bart. *in l. 1. num. 9. ff. de edend.* Bald. *in d. l. edita. num. 22 & in l. certi conditio col. 3. vers. concludamus ergo. ff. si cert. pet.* quia petitio generalis restringitur, & regula-

100 tur secundum ea, quę actor in processu fuerit prosecutus. Bald. *in l. 2. in princip. C. de iudic.*

101 Vel potest libellans petere certam quantitatem occasione administrationis, vel gestionis factę. Felin. *in cap. significantibus num. 21. de libell. oblat.* quod esse valde notandum dicit Iacobin. de sancto Georgio *in d. l. 1. num. 25. ff. de edend.*

102 Sed aduerte tu iudex, quod conuentus ad reddendam rationem suæ administrationis non potest condemnari ad certam summam, in qua appareat debitorem eum esse, antequam reddita sit ratio ad integrum liquidatis, datis, & acceptis, & soluto ei debito suo. Aym. *cons. 275. in fine.*

103 Potest tamen condemnari generaliter ad reddendam rationem cum restitutione reliquatus, quia in hoc iudicio valet sententia generalis, & incerta, cum in hoc nulla sit differentia inter iudicium vniuersale, & generale, quasi videatur esse eadem ratio in vno, quę in alio. Alex. *in l. ait prætor. §. si iudex. in fin. ff. de re iudic.*

104 Sed in executione sententiæ debent liquidari res administratæ, sicut fit in sententia lata in iudicio vniuersali, cum executio sententię semper esse debeat certa, & liquida. Bart. *in l. stipulationes non diuiduntur. num. 45. ff. de verb. obligat.*

105 Non tamen sententia lata in vna specie, nocet in alia specie non prosecuta. Felin. *in cap. cum inter num. 20. de sent. & re iudic.*

106 Intellige prędicta, constito de administratione, quæ non pręsumitur, nisi probetur, & ad hunc effectum sufficit ostendere aliquid, etiam minimum
107 fuisse gestum administratorio nomine. Bald. *in l. aut dare §. illud sciendum. ff. rem pupilli salu. for.*

108 Item intelligas, finita administratione, quia ante finitum tempus administrationis, puta tutelæ, vel curę, non potest agi hoc iudicio generali. *l. tutelæ actione*, & ibi glossa. *in verb. videbit. C. de testam. tutel.*

109 Et contra eum, qui gesserit, vel administrauerit negotia, vel tutelam, vel curam alterius, est dandus libellus in loco factę, vel gestę administrationis, non autem in loco domicilij. *l. 1. C. vbi de ratiocin. tam public. quam priuat. agi oport.* Bald. *in l. hęres absens. §. 1. ff. de iudic.* Couar. *practic. quęst. cap. 10. num. 4.* Seraphin. *decis. 1205. num. 1.*

110 In tantum quod si is, qui administrauit, non reperiatur in loco factæ administrationis, debet illuc remitti. gloss. *fin. in d. l. 1. C. vbi de ratiocin. &c.*

Et hoc verum, si sumus in locis vni, & eidem principi subiectis, alias secus. ita de consuetudine seruari testatur Bald. *in l. 1. num. 2. C. vbi de crimin. agi oport.*

111 Ratio, quia contra huiusmodi administratores competit actio personalis. *l. penult. C. de negot. gest.*

112 Et iudicium generale semper est in personam, quia datur ad reum condemnandum, ad differentiam iudicij vniuersalis, quod est in rem, & datur ad declarandum ius actoris super aliqua re corporali, vel incorporali. Bart. *in d. l. 1. num. 9. ff. de edend.*

113 Actio autē personalis personā obligati nō egreditur, ita vt neq; in subsidiū cōpetat cōtra singularem successorem non obligatum, nisi in casibus a iure ex-
114 pressis. *l. actionum. ff. de act. & obligat.* Ripa *in l. 1. §. si heres. num. 13. in 4. fallentia*, & *num. 17. in octaua fallentia. ff. ad trebellian.* Soccin. *cons. 137. num. 5. lib. 1.* cum non rem, sed tantum perso-
115 nam sequitur. *l. fin. §. 1. ff. de contrahend. empt.* Tiraquel. *in l. si vnquam. in verb. reuertatur. num. 377. C. de reuoc. donat.*

116 In tantum quod nec aquiri potest alterius pacto, nisi præuia cessione. *l. possessio quoq; §. & si possessio. ff. de acquir. possess.*

De iudicijs communibus.

Iudicia vero communia, vt sunt, communi diuidundo, familiæ erciscundæ, finium regundorum, interdictum vti possidetis, vel vtrobi, & similium, habent naturam diuersam ab vniuersalibus, & generalibus iudicijs, cum sapiant naturam iudicij possessorij, quia agens
117 huiusmodi iudicijs debet esse possessor, alias non possidenti hęc iudicia regulariter non competunt. vt notant Doctores *in l. 1. ff. famil. ercisc.* & pręsertim Bald. *in princ.* vbi dicit, quod non

non possessor, non potest agere communi diuidundo, si ei opponatur in præparatorijs, & ante litem contestatam, quod non possidet. cum iudicium diui-
118 sorium non sit ad declarandum, sed tantum ad diuidendum, ideo, inquit, nisi prius videatur, an agens sit dominus rei in iudicio petitionis hæreditatis, vel rei vendicationis, vel publicianæ, non potest fieri diuisio, quæ est actio accessoria pendens a cognitione super dominio, & proprietate rei diuidendæ, *l. fundi.* 18. *in fin. C. de exception.* & in hoc cauti debent esse aduocati, ne succumbant. vt admonet Neuizan. *cons.* 65. *num.* 4. *&* 5.

Vnde contra agentem huiusmodi iudicijs, cautela est, quod opponatur, quod non possidet, & quod præpostere agit, & processum peruertit ex defectu ordinis non seruati, & talis exceptio præposterationis opposita in præparatorijs, impedit agentem, ita vt cogatur agere prius iudicio petitorio, quod est maius iudicio diuisorio. Bald. *in l. post sententiam. num.* 10. *C. de sent. & interloc. omn. iudic. & in l. fin. num.* 4. *vers. sed quantum ad legem. C. de petit. hæredit.* Alex. *cons.* 213. *incip. viso opportune circa fin. lib.* 2. cum iudicium diuisorium sit quædam actio mixta, in qua quilibet est actor, & reus. Bald. *in l.* 1. *num.* 5. *C. si aduers. transact.* Ripa. *in Rubrica extra de iudicijs. num.* 100. *vers. sicut dicimus.* & est iudicium sum-
119 marium, & non curat de apicibus iuris. Bald. *cons.* 396. *incip. in libris thesaurarij. num.* 10. *lib.* 5.

Si vero talis exceptio præposterationis non opponatur in præparatorijs, tunc procedet iudicium possessorium in communi diuidundo, ratio, quia vbi est prohibita cumulatio plurium actionum, si tamen fiat, & non opponatur
120 in præparatorijs, iudicium procedit, vt in his terminis loquitur Bald. *in d. l. post sententiam. num.* 10. Felin. *in cap. significantibus. num.* 43. *de libell. oblat.*

121 Iudicium vero particulare, seu speciale dicitur illud, in quo petitur aliqua res singularis, non implicita ad plura, sed de sui natura limitata, vt fundus, domus, & vinea. *l. pro socio. ff. pro soc.* Glossa. *in auth. de exhiben. reis. §. illud quoq; in verb. libellum.* & glossa *in l.* 3. *in verb. speciales. C. de praescript.* 30. *ann. l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pignor.*

122 Et proinde in libello oportet rei petitæ confinia designari, ita vt reus certus, & iudex reddatur instructus, cum incertitudo rei petitę impedit condennationem fieri, si id opponatur in præparatorijs. Bald. *in l. si in rem in princ.* & *in additione ff. de rei vendicat.* Alex. *cons.* 183. *nu.* 19. *lib.* 6. *pract. papien.* in forma libelli pro hæredit. vel re singular. adde Bald. *in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de oper. nou. nunciat.*

123 Nam valet argumentum a differentia situs loci. idest, non sunt ijdem fines situs loci, ergo non est idem locus. Bald *in l. conuenticulam. num.* 7. *C. de Episcop. & Cler.*

124 Et vbi confines essent mutati, debet in libello dici, quod fundus olim positus intra tales confines est fundus, qui est hodie intra tales, & quod est idem fundus, alias posset de facili periclitari totus processus. Felin. *in cap. cum causam. num.* 13. *de probat.* sufficit tamen designari per duo confinia, cum identitas duobus demonstrationibus pro-
125 betur. Bart. *in l. demonstratio falsa. in septima quæstione. ff. de condit. & demonstrat.* Felin. *in cap. qualiter, & quando. num.* 4. *de accusat.* & *in d. cap. cum causam. num.* 13. Alex. *cons.* 38. *num.* 3. *lib.* 5. Surd. *cons.* 44. *num.* 17. *lib.* 1. Neuiz. *cons.* 15. *num.* 13.

Præsertim parte non opponente de confinibus non designatis. Felin. *in d. c. qualiter, & quando num.* 4.

126 Sed si in designatione cōfinium adderentur plures, in quibus fuerit erratum, non ideo vitiatur libellus in illis abundantibus, si constat de fundo. Bald. *in l. penult. col. x. C. de execut. rei iudicat.* Felin. *in d. cap. cum causam. num.* 14. cęterum confines debent sigillatim describi. Specul. *in §. nunc sciendum.* 3. *part. in tit. de empt. & vendit. nu. xi. lib.* 4.

Et vbi

Et vbi in libello duos tantum confines expresseris, & postea duos alios adderes, non per hoc libellus dicitur correctus, vel emendatus ad effectum, vt in expensis condemneris. Bald. *in dicta leg. edita. num. 112. in secunda lectura*.

De directa, & vtili actione, & quis sit effectus istarum actionum.

127 Insuper ad libelli preparationem valde etiam scire conuenit, quænam sit directa actio, & quænam vtilis, & quis sit effectus istarum actionum, quia licet hodie nulla sit differentia directarum, & vtilium actionum. *leg. actio. ff. de negot. gestis*. Glossa *in leg. prima. in verbo. quæ ita sunt. C. de act. & obligat.* Bartolus *in leg. nominibus. ff. eodem titulo*.

128 Quippe quod subtilitas hęc videatur superuacua, vbi conceptio formularum non obseruatur. *leg. qua ratione. §. sed non vt littera. ff. de acquir. rerum domin.*

Cum non sit curandum, quomodo huiusmodi actiones vocẽtur, sed quomodo proponantur, vnde colligi possit, ius, & actionem competere. Glossa *in extrauag. suscepti. verb. vendicabunt, de sede vacant.*

129 Nihilominus necessarium est, effectum istarum actionum non ignorare, licet de earum nomine non curetur, iuxta illud. non curamus de nomine ex quo habemus effectum. *leg. quoties. ff. de famil. ercisc.* cum actio directa, & vtilis sub suis nominibus non concurrant in eadem persona. Bald. *in l. si res tuas. C. de exhib.*

130 Directa igitur actio est illud, quod oritur è suis principijs; vtilis vero est illa, quę competit aliunde, & exponitur vtilis, idest efficax. Bald *in leg. cum mota. num. 13. C. de transact.*

Et an sit vtilis, vel directa actio, cognoscitur ex suis principijs, nã vbi adsunt earum propria principia, cõpetit directa, puta, rei vendicatio pro directo dominio, si vero non adsunt, puta, quia res, quam intendo vendicare, non extat, tunc competit vtilis. exemplum, volo à te vendicare equum meũ tu illum occidisti, & sic dolo possidere, desijsti; ecce quod actio directa, quæ mihi competebat ad vendicandum equum, eo interempto, effecta est vtilis, quia verum principium istius actionis deest, quia non possum esse dominus rei, quę non extat, & sic illud directum dominium meum super equo, factum est vtile, quod parit vtilem rei vendicationem, ideo possum petere, te condemnari, etiam ex eadem instantia ad æstimationem equi. quia licet sit mutatum principium causale, & formale directi dominii, nec super isto nouo iure sit contestata lis, tamen quia istud nouum ius est subrogatum loco iuris primęui, non requirit nouam instantiam, neque nouum iudicium propter solam qualitatem mutatam ex parte rei, meritò potest fieri condemnatio sine nouo processu. ita Bald. *in leg. curatoris. num. 9. vers. nunc venio. C. de negot. gest.* vide *supra sub num. 79. & 80*,

131 Ratio, quia mutata qualitate ex parte rei, non mutatur ius actoris. Rota Selecta per Farinac. *decis. 187. n. 3. & decis. 241. num. 3. par. pri. tom. pri.* & dix *supra in præcedenti præparatorio, sub num. 37.*

132 Nam actor in iudicijs realibus videtur omne ius suum, & omne iudicium deduxisse. *leg. si mater. §. eandem. ff. de excep. rei iudic.*

133 Et iudicium metimur ex persona actoris, non ex persona rei. Greorius XV. *decis. 470. num. 6.*

134 Sicut ad cognoscendum ipsam naturam iudicii, debemus inspicere personam actoris, non autem rei. Honded. *cons. 20. num. 13. lib. primo.*

135 Hinc iudicium dicitur esse inter personas Ecclesiasticas, etiam si solus actor sit persona Ecclesiastica. Gregor. XV. *decis. 335. in fine*.

Idem si actor sit laicus, & ei successit Clericus. Felin, *in c. quia. n. 5. de iudic.*

Intel-

Intellige prædicta, si libellus bene concludat, quia si omnino careat conclusione, nedum incertus est, sed nullus, quia constat quomodo concludat, qui nil concludit, & qui posset multiformiter concludere, secundum Bald. *in d. l. edita num. 56.*

Nam conclusio solum attenditur, non modus narrandi. Bald. *in l. oleum. §. merito. num. 2. ff. de dol. mal.* vbi quod in conclusione tota ius libelli consistit. Seraphin. *decis. 335. num. 4.* Alex. *cons. 44. num. 3. lib. 7.* & *cons. 58. num. 7. lib. 5.*

Et conclusionem esse primam, ac maximam regulam in materia libellorum dicit Bald. *cons. 383. in hac materia. num. 1. lib. 4.* Rota. *decis. 1. alias. 5. si post conclusionem. in additione num. 4. de testib. in nouis.*

Quę nam sit actio præscriptis verbis

136 Huc etiam pertinet inuestigatio, quæ nam sit actio præscriptis verbis. & hanc esse dicimus actionem, quę solum competit pro contractibus innominatis, qui sunt quatriplicis generis. videlicet Do, vt des, facio, vt des, do, vt facias, & facio, vt facias. *l. naturalis. ff. de præscript.*

137 Ad effectum autem, vt hęc actio competat, tria potissimum requiruntur. primo quod agatur ex contractu innominato reciproco, vel expresso, vel per tacitam relationem.

Secundo quod hæc actio non potest nasci ex eodem contractu cum alia actione.

138 Tertio; quod agens ex parte sua prius impleat, & obseruet contractum, quia modus appositus in contractu innominato & nondum impletus impedit semper actionem nasci. ita Bald. *in l. petens. col. 4. vers. modo venio ad opposita. C. de pactis.* & dixi latius *supra in præparatorio septimo. num. 58. parte. prima.*

139 Ideo exceptio non adimplementi tunc habet locum, quando oritur ex eodem contractu, de cuius executione agitur. *l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt.* & *l. cum proponas la seconda. C. de pact.*

140 Secus, vbi agitur ex eodem contractu in capitulis tamen separatis. Alex. *in d. l. cum proponas. num. 2.* Dec. *num. 6.* Brun. *cons. 48. num. 5. & 6.* Put. *decis. 214. lib. 3.*

Et opposita in præparatorijs impedit executionē obligationis, etiam cameralis. Galles. *de obligat. camer. par. 4. quęst. 1. nu. 7.* Mantic. *in romana affictus. seu damnorum. 2. Aprilis 1598.*

Intellige, si exceptio sit clara, & euidens, secus si esset ambigua, quæ non retardat executionem obligationis cameralis. Mantica *in d. Romana affictus.*

Item intellige, si adimplementum adhibita possibili diligentia pręstari potest, alias soluendo interesse liberatur

141 obligatus. Dec. *cons. 2. num. 8.* Paris. *cons. 110. num. 24. lib. 1.*

142 Etiam stante iuramento, quod licet operetur, quod obligatio facti non possit adimpleri per ęquipollens. Couar. *in cap. quamius parte prima. §. 4. num. 6. de pact. in 6.*

Id tamen procedit, quando factum est possibile, & quando, qui promisit potest facere, alias liberatur præstando interesse. vbi illud intrat. idem Couar. *vbi supra.* Aym. *cons. 12. num. 1.* Gabriel. *conclus. 8. in fine de iureiur.* Rota *coram Mantica. vbi supra.*

143 Ratio, quia impossibilitas excusat a periurio, vt dixi supra in præparatorio septimo. *num. 49. parte. prima.* nec illud incurritur sine dolo. Alex. *cons. 92. num. 13. lib. 1.*

Item exceptio non adimplementi aperit viam, vt vtraq; pars possit pęnitere. Bld. *in l. quamuis. num. 2. C. de transact.*

Etiam vbi impletio fuerit secuta pro parte tantum, cum talis exceptio requirat plenum, & perfectum implementum. *l. 1. in fine. de rer. permut.* Bald. *in l. si fratres. in fine. C. comm. vtriusq. iudic.*

Ita vt pęnitentia non excludatur per simplicem oblationem de implendo. Bald. *in l. quamuis. nu. 3. C. de transact.*

De

De actione hypotecaria

144 Accedit alia inuestigatio actionis hypotecarię, quæ est actio realis, nam competit in rem, extra vero rem non datur. *l. pignoris.* vbi Bart. *& alij. ff. de pignor. l. si cum credit. ff. de euict.* Fabr. Aret. Ias. & alij. *in §. item seruiana. Instit. de act.*

145 Hoc est in rem hypotecatam, non autem in re aliena, in qua hypoteca consistere non potest. *l. 1. §. 1. ff. de pignor.* Neguſ. de *pignor. in 3. membro 2. part. num. 56. & seqq.*

146 Et datur contra tertium, contra quem debet agens concludere, vt condemnetur ad tradendam possessionem, quam detinet rei hypotecatę detinendam in causam pignoris, & hypotecæ, donce, & quousq; sit sibi satisfactum

147 de tali quantitate. vt docet Bart. *in l. 2. in fine. C. si vnus ex plurib. hæredib.* & non tollitur nisi solutione. late Capyc. *decis. 46. num. 7.* vbi, quod si feci capere debitorem meum, possum, eo existente carceribus, cumulare petitionem missionis in possessionem bonorum.

148 Sed in hac actione hypotecaria melius, & vtilius est, vt agatur potius saluiano interdicto, in quo non oportet probare de dominio directo, vel vtili debitoris, vt in actione hypotecaria, quod est valde difficile, sed sufficit tantum probare, quod tempore obligationis debitor tenebat, & possidebat illam rem, quam obligauit, item est alia vti-

149 litas, quia a sententia lata in saluiano interdicto non potest appellari, sicut potest a sententia lata in actione hypo-

150 tecaria. ita docet Iacobinus de sancto Georgio. *in l. ante omnia. num. 8. ff. de probat.* sed requiritur, quod sententia iustificetur ex eisdem actis, alias non

151 potest esse locus Ægidianæ Constitutioni. Rota *coram Mantica in ciuitatis castello census. 10. Maij. 1595.*

Adde tu, quod saluianum interdictum differt ab actione hypotecaria in natura, & in modo probandi. in natura, quia actio hypotecaria est petitorium iudicium, saluianum vero interdictum est possessorium. in modo pro-

152 bandi, quia actor in hypotecaria tenetur probare rem sibi esse obligatam, sed in saluiano fuisse tantum possessam ab eo, qui obligauerat, & modo ab aduersario possideri. ita Bart. *in l. 1. num. 2. C. de precar. & saluian. interdicto.* quibus probatis, est concedenda immissio re-

153 iectis exceptionibus altiorem indaginem requirentibus. Paleott. *decis. 322. incip. in hac causa satis antiqua.*

154 Item actio hypotecaria est realis ad rem, saluianum vero interdictum est personale ad possessionem. vt declarat Glossa. *l. pignoris. C. de pignorib.* quod datur contra tertium possessorem, etiam extincta possessione hypotecaria. Put. *decis. 207. incip. eadem dic. 29. Nouembris. parte prima.*

155 Aduerte, quod in hoc iudicio debet exprimi certum creditum, & de eo constare debet in specie, non autem in genere, tum, vt possit euitari hoc iudicium per oblationem eiusdem crediti, cum non possit creditor, qui rem deti-

156 net ratione suę hypotecæ, amoueri a sua possessione, nisi per ius offerendi. vt late per Neguſ. *5. parte membro. 3.* quem refert, & sequitur Rota *in Romana le-*

157 *gatorum. Veneris. 3. Decembris 1599. coram Corduba.* intellige de possessione valida. Rota *coram Comitulo. in Fauenti-*

158 *na bonorum. 26. Martij 1590.*

Tum etiam, vt sciatur pro qua summa, & pro quo tempore possit per creditorem retineri possessio. Rol. *cons. 14*

159 *num. 13. lib. 1.* & fuit dictum in Maceraten. domus extra Rotam *Lunę 17. Iunij 160. coram Millino. & in Rauennaten. saluiani interdicti coram* Gregorio. XV.

160 Cum creditor anterior sicut venit preferendus in hypotecaria, ita & in saluiano interdicto preferri debeat. *l. 2. ff. qui pot. in pign. hab.* Ripa *in l. priuilegia. n. 5. ff. de priuileg. credit.* ideo hoc interdictum non datur contra habentem anteriorem hypotecam. Rota coram Seraphino *in Romana census. 14 Iunij.*

Iuny.1591.nec contra eum, qui habet iura cessa ab anterioribus creditoribus. Seraph. *vbi sup*.

161 Etiamsi ageret pro legatis, pro quibus cōpetit etiā vtile Saluianū interdic-
162 tum, probatis tamen extremis necessarijs, de quibus *supra*. Gabr. *cons*. 46. *num*. 19. *lib. primo*. Franc. Viu. *decis*. 395. *num*. 1. qui de magis communi testatur. Magon. *decis. Lucens*. 99. *in additione. littera A*. & fuit resolutum in allegata Romana legatorum coram Corduba, vbi connumerantur contrarium tenentes, & ibi etiam ratio assignatur, quia pro legato competit hypothecaria. *l. prima. C. comm. de legat*.
163 & vbi datur hypotecaria, etiam Saluianum interdictum conceditur. Aret. *in §. item seruiana. Instit. de act*. Negus. *in 3. memb. 8. part. num*. 19.& fuit dictum in causa *Romana fructuum*. 4. *Marty* 1577. *coram de Rubeis*. Sicut etiam hoc
164 interdictum conceditur pro re donata. Rota *in allegata Fauentina bonorum. coram Comitulo*.
165 Prout etiam competit pro quacunq; hypoteca, etiam generali. Rota *in Romana domus de Moronibus. Lun*. 18. *Aprilis* 1580. *coram Millino*.
166 Etiam pro recuperanda ciuili possessione. Zan. *decis*. 110. etiam in bonis mobilibus alienatis, in quibus cadit hypoteca, si tempore alienationis debitor male vtebatur substantia sua, & incipiebat esse non soluendo, & de hoc constet saltem per famam. Rota co-
167 ram Gyptio *in Romana pecuniaria*. 26. 26. *Iuny* 1596. probata tamen identitate. Rota coram Orano *in Romana grani*. 27. *February* 1565. nisi fuerit prꝫscripta hypoteca, quæ spatio decem
168 annorum præscribitur. *leg. prima. C. si aduers. credit. prescrip. oppon*. Rota *in Romana Saluiani interdicti*. *Veneris* 10. *Marty*. 1600. *coram Millino*. vbi fuit etiam dictum, quod in lapsu decennij, tertius possessor non potest vti tempo-
169 re principalis debitoris. Sed tertius possessor per decem annos possederit, erit tutus præscriptione longi temporis contra agentē Saluiano interdicto. Rota coram Orano. *in Romana Saluiani interdicti*. 6. *Nouembris* 1598.

170 Vnde cautus debet esse cōuētus hoc interdicto, vt exceptionē prꝫscriptionis opponat in præparatorijs, quæ incōtinēti probata impedit litis ingressū. Felin. *in cap. dilecti fily. n*. 8. *in fine de libell. oblat*. quia, vt dixi per eam tollitur hypoteca, sine qua hoc interdictum non
171 competit. *l. prima. C. de saluiano interdict. l*. 1. *&* 2. *ff. eodem titulo. l*. 2. *§. saluianum. ff. de interdict*. Negus. *parte* 8. *membr*. 1. *num*. 6. Item quod ipse possidet vti creditor, & pro modica summa, quo casu saluianum non intrat, nisi prius eidem satisfacto, etiam quod esset heres debitoris, quia non censentur confusæ actiones ad hunc effectum. ita
172 Seraphin. *in fauentina de Vannellis*. 9. *Marty*. 1592.
173 Item contra hoc interdictum potest opponi exceptio proprietatis, & dominij, dūmodo in continenti probetur. Seraphin. *in Viterbien. bonorum* 17. *Nouembris* 1586.
174 Nam exceptio notoria etiam peremptoria per quā concluditur ius agendi ipso iure non competere, potest opponi etiā in præparatorijs. Felin. *in d. cap. dilecti fily. nu*. 9. *de libell. oblat*. vbi quod potest probari, etiam per instrumentum.

De confessoria, & negatoria actione.

175 Confert hic vt aliqualem inuestigationem prꝫparemus. est ergo confessoria quædam actio in rem, quæ intentatur pro seruitute constituta conseruanda, vel custodienda. Veluti si quis contra alium agendo, probet se habere ius, puta altius tollendi domum suam, quod quidem ius dicitur seruitus actiua. Negatoria vero est, quæ competit
176 domino aduersario suo, negando ius esse seruitutis, veluti cum quis e contra neget illum habere talem seruitutem actiuam altius tollendi, ex quo officiatur lumini suæ domus.

Duo autem sunt consideranda, circa

E quæ

quę verſatur hęc actio. alterum ſcilicet corporale,& alterum incorporale,corporale dicitur eſſe domus,prędium,&c. in quibus eſt aliqua ſeruitus; incorporale eſt ius illud ſeruitutis,in quo ſimul cum re corporali eſt actio, & quia de ſeruitute actiua eſt ſupra facta mentio, aduertendum eſt ſeruitutem actiuam illum habere,qui habet ius faciendi aliquid in re alterius, veluti tranſeundi per agrum alterius,vel ſeruitutem vię,itineris, actus, ius lauandi pannos, & ſimiles. & huiuſmodi ſeruitus dicitur diſcontinua, quia ad eius vſum

177 requiritur factum hominis. vel habet ius aquam ducendi, vel trahendi per agrum alienum: & iſta dicitur ſeruitus continua,quia ad eius vſum non requiritur factum hominis ſucceſſiuum, & continuum,niſi a principiò. vt declarat Eugen. *conſ.* 40. *num.* 5. *lib.* 1.ille vero, qui rem huiuſmodi ſeruitutibus ſubijcit,dicitur habere ſeruitutem paſsiuam.

178 Hæ autem ſeruitutes aliquando ſunt reales, vt aquęductus, qui conceditur ex vno prędio,ad aliud cauſa irrigandi illud. Cepoll. *de ſeruit. vrban. prędior. cap.* 2. *num.* 5. Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed.* 6. *num.* 28. ſed ceſſante ſeruitute duci non poteſt. Bald. *in l. aquam. C. de ſeruit. & aqua.* aliquando ſunt perſonales, vt ſeruitutem habens itineris,& vię alicuius domus, vel hauriendi aquam ex puteo vicini, dicitur habere ſeruitutem vſus perſonalis, & non poteſt vti,niſi pro ſe,& eius familia

179 etiam aucta. Cepoll. *d. cap.* 2.Cephal. *conſ.* 273. *lib.* 2. Borgnin. *deciſ.* 15. *num.* 21. *parte prima.*

Aliquando ſunt mixtę,vt varijs exemplis, quæ habes *in §. aque ſi agat. Inſtit. de action.*

180 Rurſus de natura ſeruitutis realis eſt, vt res ſeruiens maneat apud dominum. Gabriel. *conſ.* 154. *num. xi. lib.* 2.& hęc

181 tranſit etiam in ſingularem ſucceſſorem. Surd. *conſ.* 17. *num.* 10. *& 32. in fine. lib.* 1.& declarat Menoch. *d. remed.* 6. *num.* 30.

182 Perſonalis vero ſeruitus manet apud dominum ſeruitutis. Gabriel. *loco ſupra citato.* & hæc licet tranſeat in vniuerſalem ſucceſſorem. *l. venditor. in princ. ff. comen. prædior.* non tamen in ſingu-

183 larem. Roman. *ſingular.* 69. Bertazzol. *de clauſul. clauſ.* 23. *gloſſa* 3. *n.* 1. *in fin. & clauſ.* 25. *gloſſ.* 1. *num.* 3. vbi declarat.

184 Sed eſt iterum aduertendum, quod ad hoc,vt ſeruitus conſtituta dicatur, nullum debet eſſe prædium intermedium. *l. qui ſella.* §. 1. vbi Bart. & alij. *ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* Bertazzol. *d. clauſul.* 23. *gloſſa* 2. *num.* 1.

185 Vbi autem ſit conſtituta,non poteſt mutari, ſiue impediri per dominum prædij ſeruientis, ſiue mutando illius formam. Aym. *conſ.* 4. *num.* 6. late Surd. *conſ.* 65. *num.* 4. *cum ſeqq. lib.* 1. ſiue ædificando. *l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrban. præd.* Surd. *conſ.* 27. *num. xi. lib.* 1. & contra mutantem libellus concludere debet, quod in priſtinum ſtatum reducatur, & intereſſe interim emergens refundatur. ita Bald. *in l.* 2. *num.* 1. *C. ad l. aquil.*

186 Extinguitur tamen ſeruitus, quando venditores retroemunt poſſeſsionem ſeruitutem debentem, & alteri vendunt, niſi illam reſeruent. Bertazz. *d. clauſul.* 23. *gloſſ.* 3. *num.* 4. vbi declarat. vel niſi alius conſors ſit eiuſdem ſeruitutis, in cuius pręiudicium non potuit extingui,cum ſeruitus ſit indiuiſibilis. Bald. *in l.* 1. *C. ſi vna, eademq; cauſa reſt. poſt.*

187 Quomodo autem ſit præparandus libellus in materia ſeruitutis perſonalis, poteris aliqualiter informari ex infraſcripto exemplo,videlicet ego.B. dico. C. habere prædium, in quo habeo ius, ſiue ſeruitutem vtendi,fruendi &c. vnde propono confeſſoriam actionem contra dictum.C. & peto dictam ſeruitutem mihi adiudicari, & ipſum C. vt patiatur me vti,frui, &c. condemnari, & ſi tantum vſum haberes,ſufficit dicere,tantum vti,prætermiſſo frui. Quod ſi C. excipiat in prędaratorijs,Con. B. dicens,eum non habere ſeruitutem vtendi, agere debet C. actione negatoria.oſtendens B.non habere huiuſmodi ſeruitutem.

Sed

188 Sed qui dicit seruitutem habere, debet illam probare, cum in dubio res quęlibet libera præsumatur. *l. altius. ff. de seruit. & aqua.* Dec. *cons.* 560. *num.* 4. Alciat. *regul.* 2. *præsumpt.* 1. *num.* 2. Surd. *d. cons.* 17. *num.* 2. *lib.* 1.

Et prędicta sic cumulata sufficiant ad inuestigandas generaliter actiones, tanquam substantialia libellorum pręparatoria, prætermissis non necessarijs, cum plura libellorum exempla in om-
189 ni fere actione cumulet Vdofredus. *in suo tract. de libellis.* & Speculat. *in titul. de libelli conception.* §. *nunc videamus. lib.* 4. *parte* 2. qui hanc libellorum materiam adeo diffuse tractauit, vt de illorum forma nihil omiserit. vt testatur Bald. *cons.* 85. *incip. an in libello. in fine. lib.* 4. ad quos te remitto, cum non intendam esse transcriptor, sed aut inuentor, aut declarator.

PRAEPARATORIV TERTIVM

Num contra procuratorem valeat iudicium inchoari, eiq; libellus validè præsentari?

SVMMARIVM.

CONTRA reum principalem, non contra procuratorem debet incipere iudiciũ, & libelli præsentatio. 1.

Libellus debet fundari cum persona legittima. 2.

Inhabilitas personæ inficit libellum, & totum processum. 3.

Principio substantiali processus deficiente, reliquus processus valere non potest. 4.

Persona inhabilis non potest facere, neq; contractum, neq; distractum, neq; actus iudiciales, neq; extraiudiciales. 5.

Libellus debet incipi sic. peto contra talem, & omnem personam pro eo legittimè comparentem. 6.

Libellus, & citatio debet incipere a principali, vbi agitur de priuatione. 7.

Vbi agitur de priuatione, debet præcedere trina citatio. 8.

Idem vbi agitur de censuris. 9.

Excommunicatio non infligitur ab homine sine contumacia. 10.

Dominus non incurrit excommunicationem ex contumacia procuratoris. 11.

Causa, in qua sententia non potest exequi contra procuratorem, an ab eo possit inchoari. 12.

Procurator citatus in casu, in quo non potest, non tenetur comparere. ibidem.

Nemo cogitur comparere personaliter, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, vt hic. 13.

Procurator non est ante acceptationem mandati. 14.

Iudex quando ex officio possit compellere procuratorem ad ostendendum mandatum. 15.

Iudicium contra procuratorem falsum valet, sed non contra dominum. 16

Citatio valet contra procuratorem, absente domino principali. 17.

Contra absentem non potest procedi, nisi dato ei curatore ad litem. 18.

Absens non dicitur, qui procuratorem dimisit. 19.

Prouisio hominis tollit prouisionem legis. 20.

Cautela, vt detur curator ille, qui dimissus est procurator. 21.

Procuratori datur dilatio ad consulendum dominum. 22.

Etiam responsuro positionibus. 23.

Præparatoria iudiciorum possunt inchoari contra procuratorem. 24.

In præparatorijs contumacia procuratoris nocet domino. 25.

Delictum procuratoris post litem contestatam, quando noceat domino. 26.

Dominus quando possit appellare a sententia ob contumaciam procuratoris. 27.

Citatus domi, dicitur fictus contumax. 28.

Quid, quando sententia lata fuerit intimata domi dimissa copia, quando appellandum. 29.

1 DICIT notanter, Bald. *in auth. sed hodie. in princ. C. de Episcop. & Cleric.* quod sapientes dictant libellum contra principalem potius, quam contra procuratorem, quia si procurator non esset legittimus, libellus esset nullus. & hanc esse tutiorem praticam dicit Bald. *in l. meminerint. num. 5. C. vnde vi.*

2 Cum libellus non possit esse legittimus, qui non est cum legittima persona fundatus. *l. licet. C. de procurat. l. si vt proponis. C. quomod. & quando index.* Bart. *in l. inter quos. §. alieno. num. 3. ff. de damn. infect.* Bald. *in l. ingenuum. num. 3. ff. de stat. homin.* & *in l. apud antiquor. num. 1. C. de furt.* vbi recitat vulgatum illud, distingue personas, & concordabis paragraphos. Neuiz. *cons. 16. num. 1.*

3 Adeo vt inhabilitas personę inficiat non solum libellum, sed etiam totum processum. glossa. *in l. si procuratorem. in verb. mutata voluntate. ff. de procurat.*

4 Nam vbi deficiunt substantialia, quæ requiruntur in principio processus, reliquus processus valere non potest. Bald. *in l. vnica. in fin. C. qui pro sua iurisdict.*

5 Quinimmo dicit idem Bald. *in l. tutor §. prodigus. ff. de iuretur.* quod, quicquid fit inhabili persona, nil valet, siue sit iudicium, siue contractus, siue distractus. idem Bald. *in cons. 225. incip. visa sententia. lib. 4.*

6 Idcirco practici addunt in libello. peto contra talem, & omnem personam pro eo legittime comparentem. ad euitandum, ne, si reus minor est, vel mulier, possint allegare se non legittime citatos, vel in ius vocatos sine persona legittima, vel vt si reus per procuratorem compareat, possit contra eum formari sententia, quandocunq; compareat, licet idem sit, etiam vbi hoc non esset specificatū in libello, cum semper feratur sententia in procuratorem, etiamsi constitutus sit ad vnum articulum. Bald. *in l. vinum col. 4. ff. si cert. pet.*

7 Ampliatur primo hęc conclusio, vt tanto magis procedat, vbi agitur ad priuationem, quia tunc libellus, & citatio debet incipere ab ipso principali, non autem a procuratore. Put. *decis. 373. in vna Burgen. lib. 1.*

8 Subamplia. vt non solum vnica, sed etiam trina citatio requiratur, vbi agitur ad priuationem beneficij, vel priuilegij. *cap. ex tua. de cler. non resid.* Felin. *in cap. cum non ab homine. num. 21. de iudicijs.* licet sub dubio forte.

9 Ampliatur secundo. etiam vbi agitur de censuris. quia ad illas incurrendum requiritur citatio personalis. Cassador. *decis. 120 in fine de rescript.*

10 Ratio, quia non citatus personaliter non constituitur in contumacia, sine qua excommunicatio non infligitur ab homine. Abb. *in cap. 1. num. 10. de iudic.* Rota coram Marcomontio *in Alexandrin. suspensionis. Lunę. 20. Februarij. 1606.*

11 Sicut neq; ad hunc effectum sufficit contumacia procuratoris. Felin. *in cap. 1. num. 16. vt lite non contest.*

12 Ampliatur tertio, vbi agitur de causa in qua sententia non posset exequi contra procuratorem. Felin. *in cap. causam. num. 4. de iudicijs.* sed vide infra in prima limitatione.

Ampliatur quarto, vt in casibus, in quibus non potest citari procurator, si citetur, non teneatur comparere, nec exinde possit reputari contumax, nec haberi pro confesso. Bald. *in l. generaliter. num. 1. in fine. C. de Episcop. & Cleric.*

13 Limitatur primo conclusio prædicta, vbi constant de procuratoris mandato, quia tunc sufficit citatio procuratoris, cum nemo cogatur comparere personaliter, proposito facto, tam in ciuilibus quam in criminalibus, in quibus non est opus indicijs. Felin. *in cap. pastoralis. num. 4. de iudic.*

14 Intelligas, si procurator acceptauerit mandatum, & de hoc constet, secus si non acceptauerit, quia tunc citatio procuratoris non esset facta de persona legittima, quia nondum est procurator. Bald. *in l. cum quęras. nu. 1. C. de procurat.*

Sicut

Sicut non recipit procurator potestatem, antequam sciat de mandato. Bald. *in l. 1. num. 6. C. de satisdand.*

Sed dices tu, quomodo constare potest de acceptatione mandati, si iudex, qui citat, non potest etiam ex officio compellere procuratorem citatum ad ostendendum, vtrum habeat mandatum, nam licet possit iudex ex officio,
15 etiam parte inuita, & contradicente mandare, vt producatur mandatum. vt probaui supra *in præparatorio tertio. nu. 14. parte 2.* hoc tamen procedit in procuratore agente, secus in procuratore conuento; vel dicas, quod illud procedit tantum in certis casibus, puta, si dominus fuerit absens, vel agatur de causa spirituali, vt est causa electionis, vel vbi sententia non posset exequi contra procuratorem. vt declarat Felin. *in d. cap. causam. il primo. num. 2. 3. & 4. de iudic.* vbi dicit glossam *in cap. 1. in verb. absentia. de electione in 6.* dicentem, posse iudicem compellere procuratorem ad docendum de mandato, ne laboret in vanum. esse communiter reprobatam, & solũ posse saluari in prędictis tribus casibus.

16 Quia respondeo, negando quod contra procuratorem falsum iudicium sit simpliciter, & absolute nullum, & elusorium; quia licet sit nullum respectu principalis, non est tamen nullum respectu procuratoris citati. ita per plura respondet idem Felin. *in d. cap. causam. loco citato.*

Intellige, vbi falsitas ignoratur a iudice, & a partibus. secus si scitur, quia huiusmodi scientia reddit processum nullum. Bald. *in d. l. 1. num. 7. C. de satisdand.*

17 Limitatur secundo. vbi dominus principalis esset absens a prouincia, & procuratorem dimiserit, nam valet citatio contra procuratorem. Bart. *in d. l. meminerint. num. 5.* Felin. *vbi supra.*

18 Non obstat, quod contra absentem non possit procedi. nisi prius dato ei curatore ad litem.

19 Nam respondetur, quod non dicitur absens ad hunc effectum, qui procuratorem dimisit. Bart. *in l. 1. num. 5. ff. de diuers. & tempor. præscript.* vbi quod absens voluntaria ex causa potest cogi dimittere procuratorem. Neuiz. *cons. 70. nũ. 36.* Sforz. *Odd. de restit. in integr. quæst. 29. num. 10.*

20 Ratio quia prouisio hominis tollit prouisionem legis. *l. fin. C. de pact. conuent.* in proposito Marius Giurba. *obseruat. 101. num. 4.*

21 Sed ad tollendam omnem disputationis ansam cautius est, vt si instet creditor, idem procurator detur absenti curator ad litem. ita Marius Giurba *d. obseruat. 101. num. 4.* vbi etiam subdit, quod iste procurator datus curator,
22 cum forte sit inscius iurium sui principalis, potest petere terminum ad consulendum principalem, quem iudex tenetur competentem concedere.

23 Hæc tamen dilatio dari non debet procuratori responsuro positionibus, nisi in quattuor casibus, quos ponit Felin. *in d. cap. pastoralis. num. 6. de iudic.* & vide, quæ dixi *in præparatorio 12. nu. 50. & 51. parte prima.*

24 Limitatur tertio, vt valeat citatio procuratoris, quoad pręparatoria iudiciorum, nam quoad ea, contumacia procuratoris nocet domino, vt dixi supra *in pręparatorio 12. num. 50. & seq. parte prima.*

25 Ita vt a contumacia procuratoris commissa in pręparatorijs, non possit dominus appellare, nec etiam petere restitutionem in integrum. ita Felin. *in d. cap. 1. num. 16. vt lite non contest.*

26 Intellige, quod nocet contumacia in pręparatorijs, quoad missionem ex primo decreto, non autem ex secundo, nisi dominus participet eandem contumaciam, sciens moram, & non purgans. Bald. *in l. cum quęres. n. 6. C. de procurat.*

Secus in contumacia commissa post litem contestatam, quę nocet domino, Bald. *vbi supra* in casibus tamen expressis in iure. Felin. *in d. cap. 1. num. 21.*

Ratio, quia procurator per litis contestationem est factus dominus litis, nimirum si eius contumacia nocet, vt per Bald. *loco supra citato.*

Hinc

27 Hinc est, quod dominus potest appellare a sententia lata in contumaciam procuratoris infra decennium a die sententiæ prolatę. vt dicit Felin. *vbi supra*.

28 Intellige, si fuerit dominus, vel procurator citatus personaliter ad sententiam, secus si fuerit citatus domi dimissa copia, quia cum tunc reputetur ficte, non vere contumax, poterit appellare infra decennium, a tempore scientiæ sententiæ prolatę. iuxta stylum Rotę. vt *in decis. 46. alias. 500. incip. nota si feratur sententia. num. 1. de appellat. in antiq. & decis. 16. de dolo, & contumac. in nouis.* & pro hoc facit Afflict. *decis. 344. num. 3.*

29 Quod tamen fallit, quando sententia esset intimata ad domum, vel ad locum vbi fuit dimissa citatio ad sententiam, quia tunc decennium currit ab hora intimationis. secundum Bald. *in l. scire oportet. §. 1. ad fin. ff. de excusat. tut.* & Angel. *in auth. hodie. C. de appellat.*

Et vt vbi appellatur a die notitię, debet appellans iurare, quod nuper, & maxime ab octo diebus citra habuit notitiam dictæ sententiæ, a qua cum possit aliquo modo lædi, appellat hanc cautelam, notat Felin. *in cap. cum super num. 5. de sent. & re iudic.*

PRAEPARATORIVM IV.

An confessio facta in libello valeat in præparatorijs reuocari?

SVMMARIVM

CONFESSIO facta in libello parti intimato non potest reuocari, etiam in præparatorijs. 1.

Actor non potest replicando esse contrarius suo libello. 2.

Confessio hæc semper præiudicat, etiam facta absente parte. 3.

Præsertim de iure canonico. 4.

Ac etiam facta in libello alias nullo. 5.

Confessio valida insurgit ex verbis in contractu inutili prolatis. 6.

Intellige de confessione expressa, secus in tacita. 7.

Confessio facta in die feriata non valet. 8.

Confessio facta in libello respiciens decisionem causæ, non potest reuocari in præparatorijs. 9.

Quod de confessione facta in rescripto principis. ibidem.

Confessio facta in libello negato, potest reuocari. 10.

In libello negato nemo se fundat. 11.

Libellus potest corrigi in præparatorijs. 12.

Etiamsi esset criminalis libellus. 13.

A libello criminali accusatorio, quando quis possit impune desistere, etiam in præparatorijs. 14.

Desistens a libello, vel illum corrigens semper tenetur ad expensas, etiam officio iudicis tam ordinarij, quam delegati. 15.

Actor debet venire paratus. 16.

Libellus non potest corrigi post litem contestatam, nisi in casibus vt hic. 17.

Confessio erronea facta in libello potest reuocari probato errore, nisi sibi obstet exceptio de confessione facta ex certa scientia. 18.

Assertioni factæ in libello in dubio standum. 19.

Assertio libellantis transfert onus in eum probandi negatiuam. 20.

Sententia lata super libello erroneo non valet, nec etiam sententia appellationis illam confirmans. 21.

Offerens libellum iudici, & non parti potest ante citationem pœnitere. 22.

REgula est generalis, quod confessio facta in libello iudici oblata, ac parti, & per eam acceptato non
1 potest per libellantem etiam in præparatorijs reuocari, ea ratione, quia non potest actor replicando esse contrarius suo libello. vt latè deduxi *in præparatorio 13. num. 85. & seq. parte prima.*

Cum regula sit, quod etim replicando quis

2 quis non auditur allegando, turpitudinem suam contra eum, qui tractat de damno vitando. Alex. *cons. 59. num. 16. lib. 1.*

3 Amplia primo, vt huiusmodi confessio semper præiudicet, etiam facta absente parte. Bart. *in l. certum. §. si quis absente. ff. de confess.*

Ratio, quia de iure confessio in præparatorijs valet quoad præparatoria, etiam parte absente. Gabriel. *conclus. 1. num. 9. de confess. vbi declarat.*

4 Tanto magis de iure canonico, Felin. *in cap. si cautio. de fid. instrum.* quam opionionem Rota semper seruauit, vt testatur Put. *decis. xi. die 27. Aprilis. nu. 3. lib. 2.*

5 Amplia secundo, etiamsi libellus alias esset nullus. Innoc. *in cap. qualiter. il 2. de accusat.* vbi quod confessio ad sui validitatem non exigit telam iudicij. Felin. *in cap. cum dilecta. num. 74. de rescript.* & vide supra *in preparatorio 13. num. 8. parte prima.*

6 Et proinde valida insurgit confessio ex verbis, etiam in contractu inutili prolatis. *l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus.* vbi Bart. *ff. de verb. obligat.* Alex. *in l. sciredebemus. §. si a iure. num. 5. ff. eod. titulo.* Rota *in Romana pecudum. Lunæ 14. Maij 1590. coram Penia.* sicut etiam valida est confessio, quę ex processu etiam nullo resultat. Afflict. *decis. 372. num. 7.*

7 Intellige de confessione expressa, in qua nullus ordo iudicij requiritur. *cap. Pisanis. de restit. spoliat.*

Secus de tacita, quę non validat libellum, seu processum alias nullum, ex defectu ordinis iudiciarij non seruati. Bald. *in l. 1. col. penult. vers. item dicit. C. de confess.*

8 Item intelligas de confessione facta in libello oblato, & intimato in die iuridica, secus forte in die feriata ad honorem Dei, quia hęc, cum non sit iudicialiter facta, non præiudicat, & poterit reuocari. Felin. *in d. cap. dilecta. num. 75. vers. vnde si processum esset in die feriata.*

9 Amplia tertio, vt tanto minus reuocari possit confessio facta in libello, si ea respiciat nedum præparatoria, sed etiam decisoria: vt si confiteretur reum dominum, vel se fateatur obligatum, quia hæc non potest a modo reuocari in pręiudicium aduersarij, cui est ius quæsitum. Bald. *in l. is qui se obtulit. in additione. vers. secus si ad decisionem. ff. de rei vendicat.*

Amplia quarto, vt post litem contestatam sit locus reuocationi, confessionis factę in libello conuentionali. Capyc. *decis. 71. num. 4.* vbi secus dicit in rescripto etiam reprobato, & surreptitio pronunciato, quod probat contra supplicantem, quamuis super eo lis contestata non sit.

10 Fallit primo regula pręditcta, si libellus fuerit negatus, quia tunc confessio in eo facta, potest per libellantem reuocari, cum in libello negato nemo se

11 fundare possit. Felin. *in cap. examinata. num. 6. de iudic.* & *in cap. capitulum. nu. 9 de rescript.* vbi quod ex confessione debitoris, quam semel creditor impugnauit, non potest se amplius iuuare.

12 Et sic in isto casu intrat regula, quod in præparatorijs potest libellans corrigere, & emendare libellum etiam erroneum. vt probaui *in præparatorio 6. num. 8. parte prima.* ita quod non est necesse, de nouo solui sportulas. Bald. *in l. edita. num. 44. C. de edend. in 2. lectura.*

13 Quæ regula procedit etiam in libello criminali, quem accusans non solum potest in pręparatorijs corrigere, sed ab eo etiam desistere, etiam inuito reo, vt dixi *in præparatorio 30. num. 4. parte prima.*

14 Intellige tamen de libello continente aliquod vitium, puta ineptitudinis, vel similę, secus de vitio, puta, si non contineat veritatem in aliqua particula, vel in aliqua qualitate, nam quoad hoc, licet emendari possit in præparatorijs, non tamen impune, sicut potest in ciuili, in quo potest impunè emendari, non tamen ab expensis, quę semper sunt reficiendę, siue emendatio fiat detra-

detrahendo, siue addendo etiam ex
15 officio iudicis tam ordinarij, quam delegati. Bald. *in d. l. edita. num. 53. in l. sancimus. num.* 14. *C. de iudicijs.*

16 Ratio, quia debuit actor venire præparatus, & ante oblationem libellli cum aduocatis sæpius habere consilium, & a notarijs habere scripturas. Bald. *in d. l. edita. num.* 51.

Etiamsi fuerit Respublica, vel pupillus. Bald. *in l. qui solidum. §. etiam Respublica. ff. de legat.* 2.

Et non solum expensę refundi debent, sed etiã damna, & interesse, quæ extra iudicium passus sit reus. glossa *in cap. finem. in verb. expensas. de dol. & contum.*

Fallit, vbi extet statutum permittens variationem libelli in præparatorijs, absq; refectione expensarum, vt Genuę *lib.* 2. *cap.* 13.

17 Post vero litem contestatam cessat emendatio, seu correctio libelli tam ciuilis, quam criminalis, nisi super his, quę non sunt de fundamentis, nec de esse libelli, quia in his potest emendari vsq; ad conclusionem in causa. ita notat Bald. *in d. l. edita nu.* 43. *in* 2. *lectura.*

Intellige prædicta in eadem instantia, secus autem in diuersa, quia eo casu petere possum id, quod in prima instantia non deduxi. Gram. *decis.* 68. *num.* 6.

Sicut nec potest reuocari confessio, etiam facta non libello conformis. Afflict. *decis.* 372. *num.* 7.

Nec etiam confessio procuratoris si fuerit facta solemniter, & in figura iudicij, quia tunc tanquam respiciens decisoria causę præiudicat domino, nisi confessio concerneret errorem contra dominum, quia tunc non pręiudicat nec in pręparatorijs, neq; in decisorijs, nisi interueniat speciale mandatum, vel ratificatio. Bald. *in l. non solum. num.* 3. *ff. de procurat.* vbi dicit hanc esse pulchram doctrinam, & notandam.

Fallit secundo in cõfessione erronea, quę potest reuocari pręsertim in præparatorijs. Glossa. *in l.* 1. *in primo notab. C. de err. calcul.* Bart. *in l. de ætate §. qui iusto. ff. de interrogat. act.* & vide *in praparatorio* 13. *num.* 30. *parte prima.*

Ratio, quia vera confessio non cadit in errante. Bald. *in l. si certis annis. nu.* 8. *C. de pactis.*

Et proprie non est consensus, vbi error. *l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud.*

18 Nisi contra reuocantem obst et exceptio, seu replicatio aduersarij dicentis, confessionem esse factam ex certa scientia, quę obstat confitenti prætextu erroris, quia tunc non ab alio, quam a se ipso deceptus dici potest. Bald. *in l. in confessionibus. vers. & si aduersarius. ff. de interrogat. act.*

19 Tu dic, quod in dubio standum est assertioni libellantis, vel supplicantis, nisi probet veritatem esse in contrarium, quia assertio transfert in eum onus probandi negatiuam. qua probata talis assertio non præiudicat sibi. ita Bald. *in l. errores. num.* 3. *C. de error. aduocat.*

Intelligas de assertione dispositiua, non autem enunciatiua propter aliud quę non probat. Capyc. *d. decis.* 71. *num.* 2.

21 Quinimo si super libello erroneo feratur sententia, non solum est nulla, sed etiam sententia appellationis, quæ referatur ad illam, quia videtur eundem errorem repetere. Bald. *in l.* 1. *num.* 2. *C. de error. calcul.*

Amplia hanc secundam fallentiam, vt confessio erronea possit etiam reuocari in causa appellationis. Anton. Capyc. *decis.* 28. *num.* 5.

22 Fallit tertio in libello iudici tantum oblato, sed non parti, quia tunc ante citationem semper est licitum ei qui obtulit libellum recipere, & rehabere libellum suum. Bald. *in rubric. C. de in ius vocand.*

PRAE-

PRAEPARATORIVM. V.

Libellus negatiue conceptùs quomodo, & quando procedat?

SVMMARIVM.

LIBELLVS in mera negatiua fundari non potest, & imputatur libellanti. 1.
Negatiua est probanda per illum qui se fundat in ea, etiamsi sit improbalis. 2.
Est probanda concludenter, nec sufficit, si præsumptiuè probetur. 3.
Siue agendo, siue excipiendo. 4.
Negatiua indefinita est improbabilis. 5.
Negatiua est non ens, quod non potest subiacere sensui, secundum philosophos. 6.
Fallit in negatiua coarctata, 7.
Item in querela de non numerata pecunia. 8.
Item in excussione facienda. 9.
Item in negatiua probabili per aspectum. 10.
Probatio per aspectum præfertur omni alij generi probationis. 11.
Negatiua virtualiter inclusa in affirmatiua est probabilis, sicut affirmatiua. 12.

1 ALIA quoq; est attendenda libelli præparatio, ne scilicet in mera negatiua fundetur, quæ probari non potest; quia id imputatur libellanti, secundum Innoc. *in cap. super his. de accusat.* quem refert Bald. *in l. qui accusare. num.* 5. *C. de edend.*

2 Cum negatiua sit probanda per illum, qui in ea se fundat, quamuis sit improbabilis, late Gabriel. *de probat. conclus.* 6. *num.* 1. *&* 6. Put. *decis.* 390. *in causa hispalen. num.* 2. *lib.* 2.

3 Et quidem concludenter per manifestam probationem negatiue, non autem præsumptiuè, idest per iuris præsumptionem resultantem ex eo quod contrarium non probatur. Bald. *in l. errores. num.* 6. *C. de err. aduocat.*

4 Quod procedit siue agendo, siue excipiendo. *l. prætor edixit. in princ. ff. de iniur. l. item exigit. ff. de dolo.*

5 Et tamen negatiua indefinita regulariter est improbabilis. late Lanfr. de Orian. *in cap. quoniam contra. num.* 9. *de probat.*

Ita vt testis qui super ea deponit reddatur suspectus de falso. late Farinac. *de testib. quæst.* 65. *num.* 207.

6 Ratio, quia negatiua est non ens, quod non potest directe subiacere sensui. quia entium sunt sensus, non autem non entium, secundum philosophum, quem refert. Bald. *in d. l. errores in fine.* vbi quod ita apud artistas, & philosophos obseruatur

Et propterea positio negatiua non dicitur positio, nec ei tenetur aduersarius respondere tanquam positioni. vt dixi *in præparatorio.* 12. *num.* 35. *parte prima.*

7 Fallit primo hęc regula in negatiua coarctata ad certam scripturam, locum, & tempus, quia tunc si sit ita euidens, quod subiaceat visui, & directæ probationi potest probari per scripturam, vel per testes. & ita debet tenere legista. vt dicit Bald. *in d. l. errores. in fine* Lanfranc. *in d. cap. quoniam contra. num.* 8. *& in vers. testium depositiones. num.* 190 Farinac. *d. tract. de testib. d. quæst.* 65. *num.* 222.

Coarctatur autem negatiua, si testis dicat non potuisse aliter esse, quin ipse vidisset. Gramat. *decis.* 56. *num.* 4.

Vel si ostendatur scriptura, in qua nō appareat id, de quo queritur, quia sic probatur negatiua per scripturā. Afflict. *decis.* 324. *num.* 13. Ias. *in l.* 4. §. *condemnatum. num.* 8. *ff. de re iud.* vbi quod citationem non fuisse factam probatur ex actis, in quibus de illa non constat. Bart. *in l. si qui ad ciuilia. num.* 4. *C. de appellat.*

8 Fallit secundo in libello, seu querela de non numerata pecunia, quia talis libellus est magis defensio, quam negatio, vel impugnatio. Bald. *in d. l. qui accusare. in fine.*

9 Fallit tertio in excussione facienda,

nam testes in ea admittuntur etiam extruentes meram negatiuam. Bald. *in l. si ego decem col.4. in fine. ff. si cert. pet.*

10 Fallit quarto in negatiua probabili per inspectionem oculorum, quia talis probatio nunquam intelligitur exclusa. Alex. *cons. 96. num. 2. lib. 1.*

11 Amplia vt probatio per aspectum preferatur cuicunq; alij generi probationis, & debeat admitti etiam vbi statutum mandet non admitti. Bald. *in l. contra negantem. in fine. C. ad l. aquiliam.* vbi ponit de accusato de damno dato, quia potest dicere iudici, eatis ad videndum, quia ex aspectu apparet, quod nullum damnum est. nec potest dicere iudex, ego non possum recedere a statuto; sed debet inspicere, & illud, quod apparet per aspectum debet pronuntiare non obstante statuto. vide supra *in preparatorio. 17. num. 9. parte prima.*

Et ista vocatur probatio per euidentiam facti, eo quia subijcitur oculis ipsius met iudicis. *l. si irruptione, ff. fin. regund.*

12 Fallit quando in negatiua virtualiter inclusa, in affirmatiua, & quæ medium affirmatiuæ venit, quia ista est probabilis sicut simplex affirmatiua, vt exemplis, quę ponit Farinac. *de testib d. quest.* 65. 215. vbi huiusmodi negatiuam vocat negatiuam facti pręgnantem, vel secundum alios, negatiuam duplicem.

PRAEPARATORIVM SEXTVM.

An actionum, quæ electione tolluntur, vna electa, per solam libelli oblationem, censeatur alteri renunciatum?

SVMMARIVM.

ACTIONIS electio facta in libello non potest mutari. 1.

Actio in libello proposita, & reo intimata operatur, vt dicatur facta quæsi litis contestatio ex parte actoris, qui propterea variari non potest. 2.

Actionis electio tunc demum praiudicat, si litis contestatio sequatur. 3.

Actionis electio praiudicat post latam sententiam. 4.

In preparatorijs est licita variatio actionis proposita in libello, quia tunc res est integra. 5.

In preparatorijs est locus penitentia. 6.

In preparatorijs iudex non dicitur incipere cognoscere de causa, sed per litis contestationem. 7.

Exceptio, quod actio electa sit de his, quę electione tolluntur, est dilatoria opponenda in preparatorijs. 8.

Reus sicut potest in preparatorijs variare excipiendo, ita actor eligendo. 9.

Actio semel electa in libello statim praiudicat. 10.

Litis contestatio dicitur exordium litis, & fundamentum iudicij. 11.

Litis contestatio fit adinstar stipulationis per interrogationem, & responsionem. 12.

Protestatio preseruat ius protestantis, vbi pendet ab eius potestate. 13.

Actionis electio non praiudicat, vbi eius incertitudo prouenit ex facto aduersarij. 14.

Contra non respondentem qualiter possideat, dantur duo interdicta. 15.

Actionis electio non pręiudicat intendentibus ad diuersa. 16.

Actio ciuilis, & pęnalis, an tollantur electione. 17.

Quid in actione legis aquilia, quę est actio ciuilis, & criminalis oriens ex eodem facto. 18.

Actio ciuilis, & criminalis quomodo simul intentanda. 19.

Actiones contrarię non possunt in eodem libello cumulari, etiamsi sententia lata non noceat. 20.

Libellus continens contraria potest in prępaparatorijs emendari. 21.

In preparatorijs est licita panitentia etiam quoad euitandam pęnam. 22.

Error respiciens preparatoria causę potest emendari in pręparatorijs, secus si respiciat decisoria. 23.

In pręp-

In præparatorijs causa summaria potest libellus emendari. 24.

In alternatiua obligatione cuius electio est crediteris, debet creditor in libello vnam eligere, & illam petere. 25.

In alternatiua remediorum electio est habentis plura remedia, sed in alternatiua rerum respectu remedij electi, est electio promissoris. 26.

Remedij electio ex contractu alternatiuo competit obseruanti contractum, non autem illum impugnanti. 27.

Remedium electum in libello potest mutari in præparatorijs. 28.

Inter editionem actionis, & contestationem litis permultum interest. 29.

In alternatiua obligatione cuius electio sit debitoris, semper procedit libellus alternatiue conceptus. 30.

Alternatiua obligatio dicitur, si incipiat a conuentione, & finiat in conditione. 31.

In præparatorijs, quando non liceat variare, nec mutare libellum. 32.

Eligens scienter sibi pręiudicat, secus ignoranter. 33.

Ignorantia commissa in præparatorijs corrigitur. 34.

Ignorans nihil agnoscere, nec acceptare potest. 35.

Ignorantia iuris excusat rusticum, militem, & mulierem. 36.

Electio contra vnum facta non præiudicat quoad diuersos. 37.

Adiens iudicem in his quæ potest facere propria auctoritate, præiudicat sibi, nisi protestetur. 38.

Electio vt præiudicet requiritur, quod eligens se restringat expresse ad vnam viam. 39.

Fallit in libello accusatorio, in quo quis ad vnam viam se restrinxit. 40.

LICET circa hoc pręparatorium varij sint Doctores. nam Speculat. *in titul. de instrum. edit. §. com-*
1 *pendiosè.. vers. & nota.* dicit quod per libelli oblationem censetur facta actionis electio, ita vt mutari non possit. & facit text. *in l. si fundus eleganter. ff. de lege commiss.*

Et hanc opinionem communiter approbari per Doctores, dicit Gabriel. *de action. conclus. 2. in fine.*

Ratio istorum est, quia statim quod est proposita actio in libello, & intimata, intelligitur lis quasi contestata ex parte actoris, ideo non potest mutari, sed debet in actione semel proposita
2 persistere, & non dicitur persistere, quia mutat, vel recedit. *vt in auth. qui semel. C. quomodo, & quando iud.*

Alij dicunt, quod imo per litis con-
3 testationem censetur facta talis electio ad effectum vt præiudicet, quos refert idem Gabriel. *loco citato.*

Tertij dicunt, quod tunc demũ actionis electio præiudicat, si secuta sit sententia, quia tunc videtur facta electio
4 effectualiter, alias secus. secundum Glossam. *in cap. 1. 13. q. 2.* & alios, quos etiam refert idem Gabriel. *vbi supra num. 23.*

Tu tamen inconcussè teneas, quod actionis electio facta in libello nunquã effectualiter pręiudicat, nisi sit secuta litis contestatio, ea potissimum ratione, quia in præparatorijs, & ante litis contestationẽ, eligens potest variare, & de nouo eligere, cum tunc res inte-
5 gra dicatur, glossa. *in l. 1. in verb. sati manus. C. de action. & obligat.* etiam si datus sit libellus glossa. *in l. ita demum. in verb. integra. C. de procurat.*

Et re integra est locus pœnitentię. ita tex. *in l. electio. §. neq; hered.* & ibi glos-
6 sa. *in verb. poterit ff. de noxal. action.* & per alias rationes, quas late deduxi in præparatorio quinto *num. 97. & seq. parte prima.* Item est ratio, quia Iudex non per libelli oblationem, sed
7 per litis contestationem incipit cognoscere, ideo in præparatorijs admittitur variatio. Bald. *in l. edita. num. 34. C. de edend.* item facta electione, tunc actoris conditio fit deterior per electionem, si litis contestatio sequatur. Natta *cons. 171. num. 12. lib. 1.*

Item exceptio, quod actio sit de his, quæ electione tolluntur, est dilatoria, quæ oponi tantum potest in pręparatorijs

F 2

8 torijs cum sit ordinis. glossa. *in l. vt debitum. in verb. præpostera. vers. vel quia electione. C. de hæredit. action.* & sicut reus in excipiendo potest in præparatorijs variare, ita & actor in eligendo. *in auth. habita in verb. opinione.*
9 *C. ne fil. pro patre.*

Item iudicia redduntur in inuitum, præparatoria non. Bald. *in auth. Sacramenta. num. 11. & 12. C. si aduersus venditionem.*

Non obstat tex. *in l. fin. C. de codicillis.* ibi in primis intentionis exordijs. per quæ verba dicit Baer. *decis. 33.*
10 *num. 15.* quod electio semel facta in libello statim præiudicat, nec potest variari.

Quia per intentionis exordium non
11 intelligitur libellus, sed litis contestatio. *l. vnica. C. de plus petit.* quæ tunc dicitur in dubio facta, statim quod partes non disputant de præparatorijs, idest de exceptionibus declinatorijs, vel dilatorijs, sed incipiũt disputare de facto principali, ponendo, vel excipiendo, vel replicando. Bald. *in l. pomponius. §. rati. ff. de procurat.* & hęc tacita, vel expressa litis contestatio proprie dicitur exordium, & fundamentum iudicij. vt late probaui *in præparatorio 2. num. 43. in fine parte prima.* ratio, quia per litis contestationem reus subijcitur iudici, & obligatur actori. Specul. *de lit. contest. §. 5. num. 7. & §. 6. in fine.*

Neq; obstat ratio de quasi contestatione litis ex parte actoris, de qua supra quia respondet Bald. *in d. l. edita. num. 47. vers. non obstat.* ratio istud esse quamdam truffam, cum contestatio, inquit, fiat in forma stipulationis per interrogationem, & responsionem, ergo sequitur, quod non potest fieri ex vna parte tantum. *vide in præparatorio 6. num. 14. parte prima.* etiam inter actorem, & reum fit contestatio litis, sed cum iudice non contestatur lis, sed cum reo principali, seruato iuris ordine. Bald. *in l. nec quicquam. §. 1. col. 6. vers. quoad quartum punctum. ff. de offic. prouin. & legat.* ideo inter absentes non fit litis contestatio, quia requirit partium presentiam. idem Bald. *in l. procuratorem num. 9. in fine. ff. de procurat.*

12 Amplia primo conclusionem supra firmatam, vt nec per litis contestationem electio præiudicet, vbi in libello fiat protestatio, quod per electionem vnius actoris alteri non intelligatur renuntiatum, quia tunc non dicitur
13 quis sibi præiudicasse, quando protestatur in contrarium. Bald. *in l. si ita scriptum sit. num. 3. vers. & circa hoc distingue ff. de legat. primo.*

Protestatio enim probat animum protestantis. *l. 1.* & ibi glossa *in verb. probatum. C. de repudiari, vel abstin. hæredit.* in his quæ ab eius potestate dependent. Bald. *in d. l. edita num. 59.* & sic probato verbo probatur animus in his, quæ in animo consistunt, quia voces sunt notæ earum quę sunt in anima passionum, idest voluntatum animæ, teste Boetio, & Labeone.

14 Amplia secundo, vt nec præiudicet electio, quando libellans sit incertus facto aduersarij, quam actionem ex pluribus sibi competentibus eligat, puta, si interrogatus aduersarius in præparatorijs qualiter possideret, noluit respondere, nec certificare, quia tunc in odium eius non nocet electio. ita glossa *in l. 3. §. fin. in verb. contentus. ff. nautæ caupon. & stabular. accep. restit.* vbi ampliat etiamsi super actione electa fuerit lata sententia & eius vigore facta exactio, quia non per hoc altera reuocatur in odium non certificantis,
15 contra quem dicit ideo dari duo interdicta; vt *in l. quod in herede. §. eligere. ff. de tribut. act.* & ibi Baldus etiam addit quod nec pręiudicat electio, vbi admittitur libellus alternatiuus, & conditionalis. Innoc. *in cap. constitutus de restit. in integr.*

Amplia Tertio, vt nec electio præiudicet vbi plures actiones non com-
16 petunt ad idem, sed ad diuersa, quia tunc sicut de necessitate non est facienda electio actionis, ita electa non nocet. Gabriel. *de act. conclus. 1. num. 25.*

Sublampia etiam idem esse in pluribus actionibus ad idem competentibus

bus

-bus, vna tamen earum sit rei persecu-
17 toria, altera vero pęnalis sui natura, & ab initio; quia natura per alteram tollitur, secus si ab initio non fuit pęnalis; quia vnam per alteram tollitur. vt declarat Glossa. *in d. l. 3. §. fin. in verb. contentus: in fine. ff. Nautæ Caupon. & Stabular.*

Vt in actione legis aquiliæ, quę est ciuilis, & criminalis actio oriens ex eo-
18 dem facto, & vnam non impeditur per alteram. *l. ex morte. C. de lege aquil.* Et potest vtraq; in eodem libello cumulari, vt peto talem puniri criminaliter, & imploro iudicis officium, vt cogat eum ad restitutionem, & sic cri-
19 minalis principaliter intentatur, ciuilis vero accessoriè: cum ciuilis non possit principaliter cumulari cum criminali, sed tantum accessoriè. vt notat Bald. *in l. 1. §. hoc edito. col. 2. ff. de vi bon. rapt.* ratio quia iudicium ciuile non includit in se criminale in pleno eius effectu, cum criminale maius sit, & maioris inquisitionis, e contra vero criminale includit ciuile, vt in furto, quod punitur criminaliter, nec punitus dimittitur, nisi prius satisfaciat parti. Bal. *in l. quod euitandi. in fine. C. de condit. furtiua.*

Nota tamen, quod vbi quis eligit vnā viam, potes petere in præparatorijs, quod eligens caueat se non acturum altera, alias protestari, quod non audiatur. *vt in l. si a domino. §. si possessor. ff. de petit. hæredit.* vbi Bald. dicit quod ista cautio operatur, quod si contraueniatur debentur expensæ iure actionis. vel potes in pręparatorijs petere, vt eligatur specialiter, ne tibi reo ius deliberandi auferatur, cum exceptio possit obstare in vna actione, & non in altera. ita Blad. *in l. 1. in fin. C. de nā. & obligat.* & diuersę qualitates factorum diuersas exigant formas, & cautiones. *l. redhibere. §. idem pomponius ff. de edilit. edict.*

Amplia Quarto vt nec præiudicet cumulatio in libello duarum actionum inter se adinuicem repugnantium. quia licet libellans, seu agens non pos-
sit in suo libello deducere contraria,
20 & repugnantia. *l. 1. C. de furt. l. 1. C. si seruus extero. cap. sollicitudinem. &c appellat.* ratio quia electione, vel contrarietate ipsa vnum absorbetur ab altero, ideo non admittitur cumulatio, etiam si sententia lata non noceat. Bal. *in d. l. edita. num. 77.* tamen bene potest libellum huiusmodi in pręparatorijs emendare, atq; corrigere, & ad congruam agendi formam reducere. *vt late probaui in præparatorio 6. num. 8. parte prima.*

Imo & pœnitere non solum ad contrarietatem euitandam, sed etiam pęnam, si quam forte incurrisset vocando ad tribunal vetitum. secūdum glos-
22 sam. *in d. auth. habita. in verb. tentauerit. C. ne fil. pro patr.* & de hoc vide latius. *in præparatorio nu. 6. 35. patre prima.*

23 Ratio, quia omnis error, siue omne id, quod deducitur in libello, per quod libellans potest in pęnam incidere, si tendit tantum ad præparatoria, non autem ad decisoria causę potest in pręparatorijs emendari. Bald. *in l. edita. num. 43. vers. sin autem ad præparatoria. C. de edend. in prima lectura.* & late dixi *in præparatorio 6. num. 8. parte prima.* sicut omne id, quod tendit ad pręparatoria petendorum libellum non exigi. idem Bald. *in l. nec quicquam. §. 1. col. 6. vers. quoad tertiu m punctum. ff. de offic. proconsf.* præsertim si sit error iuris, qui non nocet in præparatorijs, vt ibi dixi, & talis error potest in præparatorijs probari etiam per iuramentum. Bald. *in l. non exigimus. circa fin. ff. si quis caut.* sicut ignorantia probatur per iuramentum. *l. si cui. §. 1. ff. de accusat.* quinimo nec nocet post litem contestatam, si error probetur; & forte sufficit probatio per iuramentum, si prestatur a persona fide digna. secundum Bald. *in l. si contra. C. si quis ignorans rem minor.* item negatio, etiam per calumniā facta, quoad præparatoria facit rem dubiam. secus quoad decisoria. Bald. *post rem iudicatam. num. 4. C. de transact.*

24 Amplia quinto vt etiam procedat conclusio in libello intimato in causis summarijs, quia donec sit facta litis contestatio, quæ tunc fit cum statim pars contradicit, potest variari libellus. ita Bald. *in d. l. edita. num.* 48. *in prima lectura*.

Idem in executiuis, in quibus vnum remedium intentatum non excludit alia remedia. Bald. *in l. ignorare. in fin. C. de restit. milit.* Mandell. *cons.* 547. *num.* 28. concordat statutum Genuæ. *lib.* 3. *cap.* 6.

25 Amplia sexto in libello alternatiuo, in quo agatur de obligatione alternatiua, cuius electio sit creditoris, quia licet creditor teneatur eligere vnam, & illam in libello petere. Bart. *in l. vbi autem. §. qui illud, aut illud. ff. de verb. oblig.*

26 Ratio, quia in alternatiua remediorum electio est habentis plura remedia, in alternatiua vero rerum respectu eiusdem remedij electi, electio est promissoris. Bald. *in l. vbi pactum num.* 5. *C. de transact. & in l. fin. num.* 5. *C. de petit. hęredit. & in l. cum proponas. num.* 4. *vers. quia in alternatiua remediorum. C. de transact.*

27 Intellige nisi contractus alternatiuus impugnetur, quia illum impugnanti non datur electio, sed obseruanti. Bald. *in d. l. vbi pactum. num.* 5. nihilominus potest talis libellus in pręparatorijs emendari & corrigi per libellantem; quia remedium electum non potest dici esse cognitum reo per libelli obla-
28 tionem, sed solum per litis contestationem, vel quasi. vt declarat. glossa *in d. auth. qui semel. in verb. cognitis*.

29 Ratio, quia inter litem contestatam, & editam actionem permultum interest. *l.* 2. *C. de lit. contest.*

30 Iterum in obligatione alternatiua cuius electio est debitoris, semper procedit libellus alternatiuè conceptus. Bart. *in d. §. qui illud, aut illud* & dicitur obligatio alternatiua, si incipiat a conuentione, & finiat in conditione, alias non;
31 Bald. *in d. l. cum proponas. num.* 4. & sic nota, quod obligatio alternatiua requirit duo extrema, & vno destructo per pactum, vtrumq; destruitur, secus si destruatur per causam, puta, per mortem vnius vnde infertur, quod ex obligatione alternatiua non potest agi ad alterum tantum, nisi ex consensu vtriusq; partis, alias esset petitio inepta, si de ineptitudine opponatur in præparatorijs. Bald. *in l. si vnus. §. si cum mibi decem. ff. de pact.*

32 Declara tamen principalem conclusionem esse veram & procede re vbi tantum agitur de pręiudicio ipsius libellantis, quia tunc lex ei permittit in pręparatorijs mutare, vel variare libellum, secus vbi ageretur de interesse ipsius rei, cuius, puta, intersit non mutari libellum neq; suspendi, sed in proposita actione persisti, vt controuersia finiatur; tunc enim actionis electio facta in libello præiudicat, ita vt mutari, vel variari non possit, etiam in præparatorijs in damnum & deceptionem *rei & ita* procedit. *d. auth. qui semel. vt declarat.* Bald. *in d. l. edita. num.* 47. reliqua vide *in preparatorio sexto. num.* 7. & 71. *parte prima*.

33 Intellige, si libellans sciuit se vnius electione, alterius sibi aditum pręclusisse, secus si ignorans. vt a contrario sensu probat. *d. l. fin. ibi sciens se vnius electione. C. de codicillis. l. illud. ff. de acquir. heredit.*

Et proinde qui deliberatè respondet positionibus, non potest postea errorem allegare, quia pręsumitur ex certa scientia respondisse, nisi inopinatum quid emergat. Bald. *in l. quid ergo. §. quantum, in fine. ff. de his qui not. infam.*
34 quia tunc huiusmodi ignorantia potererit in præparatorijs emendari. vt supra dixi sub *num.* 23.

35 Nisi sit ignorantia affectata, idest improbabilis, & supina, quæ pro scientia reputatur. glossa *in l. ex maleficijs. §. longe minus. in verb. ignorans. ff. de act. & oblig.* Felin. *in cap. si duobus. in fin. de appellat.* ignorans enim nihil agnoscere, nec acceptare potest. *l. nec ignorans. ff. de donat.*

Sed dic magis quod eligens etiam ex certa

certa scientia, non præiudicat sibi in præparatorijs, cum possit variare. ita loquitur *tex. in d. l. fin. C. de codicill.* secundum Bald. *in l. mater decedens. circa fin. ff. de inoffic. testam.* & dixi *in præparatorio 6. num. 28 parte prima.* præ-
36 sertim rusticus, mulier, miles, & minor quos ignorantia iuris excusat regulariter. Bald. *in l. præscriptiones num. 3. C. de except. & præscript.* vbi admonet eum, qui defendit istos, vt sit cautus opponere in præparatorijs, quod litigarunt ignoranter, & subdit se multoties practicasse.

Cum tales personæ propter ignorantiam iuris dicantur miseratione dignæ. Idem Bald. *in l. 1. §. eis qui. ff. de edendo.*

37 Et prędicta intellige, quando contra eumdem eligit, quia contra diuersos nunquam electio facta præiudicat. *l. etiam tutoribus.* & ibi glossa *in verb. generando. C. si tut. vel curat. interuen.*

38 Et propterea adiens iudicem scienter in his, quę potest facere propria auctoritate, puta, vt immittatur in possessionem, quam potest capere sine licentia iudicis, videtur renunciasse tali facultati. Surd. *decis. 92. num. 13. & decis. 244. num. 1.* Rota *coram Platto in Cortonen. bonorum, Veneris 19. Decembris 1586.*

Nisi sibi talem facultatem reseruasset; Dec. *cons. 146. nu. 8. vers. tertio nonobstat.*

39 Quia qui non se restrinxit expresse ad certam viam procedendi, non dicitur sibi præiudicasse quoad aliam. Io: Maria Nouar. *tract. de elect. & variat. fori. sect. 1. quęst. 4. num. 10.* sed qui se astringit, imputet sibi. *l. circa eum. ff. de probat.* ideo moleuit praxis adijciendi clausulam in libello, & in articulis, non se astringens, &c.

40 Fallit in libello accusatorio, in quo si quis se restrinxit simpliciter ad vnam qualitatem delicti, forte non potest impune variare, etiam in pręparatorijs, & aliam intentare augentem, vel minuentem delictum, quia electione vnius alia tollitur. facit glossa. *in l. 1. §. 1. in verb. ob negotium. vers. sed an vna via. ff. de calumni.*

Ratio, quia omnia iudicia criminalia sunt ad vindictam, in quibus agitur de pręiudicio fisci, ergo in eius præiudicium non potest impune, etiam in præparatorijs desisti, vel variari. vt dixi *in pręparatorio 3. parte prima.* Hinc est, quod actor in criminali, si transegerit. punitur regulariter tanquam desistens, Bald. *in l. 1. in fin. ff. de calumniat.*

Sicut nec post sententiam condemnatoriam potest formari noua accusatio, ratione qualitatis omissę in primo iudicio, & in secundo adiunctæ. Bald. *in l. ex hoc edicto. §. nouissime. in fine. ff. nauta caup. & stabular.* vbi dicit, quod contra hoc fuit forte male allegatum per collegium Perusinum.

Amplia hanc fallentiam, vt nec instantię inquisitionis possit offensus renuntiare, cum illa non sit in facultate offensi, sed iudicis, nisi agatur de delicto totaliter remissibile. Bald. *in l. pacta conuenta. §. sed si paciscar. ff. de pactis.*

PRAEPARATORIVM VII.

Vno, eodemq; libello contra plures simul, & semel agere, & experiri quis, quando, & quomodo possit?

SVMMARIVM.

Correi plures possunt vno libello conueniri. 1.

Causa, vel actio vbi est communis, ibi admittitur simultaneus libellus, alias secus. 2.

Contra libellum oblatum contra plures datur exceptio, quod ciuilibet offeratur, non miscendo causam, & personam. 3.

Libellus oblatus contra plures procedit, quia eius conclusio videtur relata ad quemlibet ipsorum. 4.

Libellus procedit etiam contra plures insolidum obligatos. 5.

Libellus contra plures insolidum obligatos debet

bet fieri cum clausula, dumodo vnica solutio sufficiat. 6.

Vno ex pluribus debitoribus soluente cęteri liberantur. 7.

Obligationes plurium insolidum funguntur vna, respectu vnius debiti, licet respectu personarum, sint plures. 8.

Agendo quis contra plures in solidum vno libello, non pręiudicat sibi diuidendo eum in plures. 9.

Agens vno libello contra plures insolidum obligatos, quando dicatur sibi praiudicare diuidendo. 10.

Agens contra vnum ex pluribus obligatis non videtur diuidere, nisi sequatur sententia contra quemlibet pro parte. 11.

Plures insolidum obligati, si sunt praesentes & soluendo, debent singuli conueniri pro sua parte virili. 12.

Fallit si renunciauerint legibus dicentibus, quod vnusquisq; pro sua rata teneatur. 13.

Clausula, in solidum, apposita in parte executiua instrumenti, non auget dispositionem. 14.

Clausula apposita de consuetudine notarij, non dicitur apposita ex mente contrahentium. 15.

Plures insolidum obligati possunt in praeparatorijs opponere, quod non teneantur, nisi quilibet pro sua parte. 16.

Ordo iudicij ommissus circa praeparatoria, non vitiat processum. 17.

Vnus si conueniatur pro parte, cum sit obligatus pro toto, potest opponere, quod simul agatur pro toto. 18.

Debitor principalis, & fideiussor non possunt simul conueniri. 19.

Aliud est esse fideiussorem, aliud vero principalem debitorem. 20.

Libellus contra principalem, & contra fideiussorem simul procedit, si non opponatur 21.

Creditor potest agere diuersis libellis, vno contra principalem, & vno contra fideiussorem etiamsi pendeat appellatio contra alium. 22.

Fideiussor, qui renunciauit beneficio de fideiussoribus, potest conueniri simul cum principali. 23.

Fideiussor suscipiens iudicium pro principali debet in praeparatorijs protestari, quod facit animo repetendi. 24.

Fideiussor conuentus debet protestari, quod prius excutiatur principalis. 25.

Consortes plures eiusdem litis, possunt conueniri vno libello. 26.

Consors potest comparere pro alio consorte. cum vnus sit procurator alterius. 27.

Quilibet ex consortibus tenetur ad sumptus litis pro sua parte. 28.

Declara vt hic. 29.

Libellus procedit contra plures expromissores insolidum. 30.

Fallit vbi opponatur, quod quilibet teneatur pro sua virili. 31.

Plures non possunt agere vno libello, nisi vno, & eodem modo concludant. 32.

Vnus libellus, sicut vna essentia non debet diuerso iure censeri. 33.

Libellus potest continere capitula separata. 34.

Separatorum separata debet esse ratio, & de vno ad alterum non infertur. 35.

Exceptiones plures diuersa, quando possint opponi. 36.

Plures tutores possunt conueniri vno libello. 37.

Plures tutores conuenti possunt in praeparatorijs opponere, quod actio diuidatur. 38.

Tutor quilibet potest insolidum condemnari, & condemnari reseruatis sibi iuribus contra contutorem, qui non sit soluendo. 39.

Plures vbi includuntur in vno libello, quilibet pro parte videtur includi. 40.

1 PLVRES correos debendi vno contractu obligatos posse omnes vno, & eodem libello conueniri. est expressum *in l.* 1. & ibi Bald. *C. de fideiuss. tut. seu curat.* Dec. *in l. edita. num.* 71. *C. de edend.*

2 Ratio, quia causa, seu actio est communis: ideo simultaneum libellum admittit. idem Bald. *in l. edita. num.* 40. *C. de edend. in prima lectura.*

Secus si causa vel actio non sit communis, quia tunc contra plures simul vno libello agi non potest. *l.* 1. *C. si vna sent. plur. condemn. fu.*

Intel,

3 Intellige; si contra huiusmodi libel-
lum opponatur in præparatorijs, quod
cuilibet offeratur libellus non immi-
scendo causam, & personam, quod si
non opponatur, procedit libellus, quia
4 conclusio videtur relata ad quemlibet
ipsorum secundum naturam causę.
Bald. *in l. eo quod a multis. circa fin. C. si
cert. pet.*

5 Amplia primo hanc conclusionem,
vt etiam procedat in pluribus correis,
qui singuli sint etiam insolidum obli-
gati. nam omnes possunt vno, & eo-
dem libello conueniri. *d. l. 1. C. si plur.
vna sent. condemn. fuer.* cum textus *in
d. l. 1.* loquatur de correis, in solidum
obligatis, vel in simpliciter obligatis,
inter quos obligatio in viriles portio-
nes facta censetur. vt *in l. reos. §. fin. ff.
de duob. reis.*

6 Dumodo in libello adijciatur clausu-
la, quod vnica solutio sufficiat; quia
non debet esse intentionis agentis,
idem exigere a pluribus insolidum.
Bart. Bald. & alij *in d. l. 1. C. de fideiuss.
tut. seu curat.* quam clausulam esse sum-
ptam ex glossa *fin. d. l. 1.* dicit Vincent.
de Franchis. *decis.* 305. & quod rota
Ianuen. ad hoc allegat aliam glossam.
*in l. si mandato titij. §. Paulus respondit.
ff. de legat. primo.* adde Bart. *in l. si plu-
ribus. ff. de legat. primo.* Io. de imol. *in
l. ex duobus. num. 3. vers. quare autem.
ff. de duob. reis.*

7 Sed vno soluente cęteri liberantur. *l.
si cum exceptione. §. Iulianus.* & ibi Bald.
ff. quod met. caus.

8 Quia plurium obligationes fungun-
tur vna, respectu vnius debiti, licet res-
pectu personarum sint plures *l. in duo-
bus. in fin. ff. de duob. reis. cum simil.* late
Bald. *in l. si plures. ff. de pactis.* vbi quod
plures interpretantur vt vnus, quando
sub vnius nomine considerantur, &
vnius solutio liberat omnes. facit *l. si fa-
milia. ff. de iurisd. omn. iudic.* etiam vbi
ageretur ex quasi maleficio, quod plu-
ribus imputetur. Bald. *in l præses. num.
2. C. de condict. furtiua.*

9 Subamplia primam ampliationem, vt
agens vno libello contra plures insoli-
dum obligatos non videatur in dubio
sibi pręiudicasse, diuidendo eum in plu-
res, quem poterat contra vnum tan-
tum porrigere. iuxta *l. liberum. C. de
fideiussor.* quia non intelligitur diuidere
qui agit contra quemlibet insolidum,
vel petit tantum ab vno, licet petat par-
tem. Io. de imol. *in d. l. ex duobus. num.
3. vers. tu adde*, vbi dicit, male in hoc
dixisse Angel. qui ibi contrarium te-
nuit, quin postea agere possit contra
alium, vsq; ad integram satisfactionem.
l. fin. C. de fideiuss.

10 Nam qui simpliciter petit partem ab
vno insolidum, non dicitur diuidere,
sed eligere, quod in dubio non præiudi-
cat, nisi quando petatur ab vno pars, ex-
primendo quod petitur tanquam pars
sibi contingens, quia tunc dicitur sibi
pręiudicasse. Bald. *in l. si ita scriptum.
num. 3. vers. & circa hoc distingue. ff. de
legat. primo. & in l. si ego decem. col. 2.
vers. sed quid in dubio. ff. si cert. pet.* vbi
dicit, quod in dubio non videtur diui-
dere, qui contra quemlibet insolidum
11 agit, nisi sequatur sententia contra
quemlibet pro parte sua. per *tex in d.
l. 1. C. si plur. vna sent. condemn. fuer.*

12 Prout talis debet esse sententia, quæ
feratur inter insolidum obligatos con-
uentos, si omnes sint soluendo, & præ-
sentes. vt *in auth. de duobus reis in princ.
collat.* 8. nisi renunciauerint legibus di-
centibus, quod vnusquisq; pro sua rata
teneatur, quia tunc quilibet potest in-
solidum condemnari, si talis renuncia-
13 tio fuerit apposita in dispositione prin-
cipali, secus si in parte executiua, quæ
non auget principalem dispositionem.
14 Put. *decis.* 177. *quinq; mulieres. num.* 5.
lib. 1. Felin. *in cap. licet in corrigendis.
num. xi. de offic. iud. ordin.* nec fidem fa-
cit, cum sit apposita potius ex consue-
tudine notarij, quam ex mente contra-
hentium. Bald. *in l. iurisgentium. §. si
ob maleficium. num. 3. ff. de pact.*

15 Quo casu reus conuentus insolidum
potest in pręparatorijs opponere, quod
non nisi pro sua tantum virili portione
16 teneatur, & pro se allegare beneficium
Epistolę Diui Adriani, secundum glos-
G sam.

sum. *in l. si diuisa. in verb. auferri. C. de locat. & conduct.* & gloss. *in l. 3. in verb. insolidum. C. de duob. reis stipul.* quod si non opposuerit in pręparatorijs, tenebit iudicium pro toto. Bald. *in d. l. edita. num.* 40.

17 Ratio, quia ordo omissus circa pręparatoria non vitiat processum. *l. si mancipium.* §. 1. & ibi glossa *in verb. actum. ff. de euict.* & dixi latius *in præparatorio* 8. *num.* 1. *parte prima.*

18 Sicut e contra, si vnus conueniatur pro parte, cum teneatur pro toto, ne in plures lites distrahatur, potest in pręparatorijs opponere, quod simul agatur pro toto; alias valebit processus pro parte. Bald. *in l. quidam æstimauerunt. in fin. ff. si cert. pet.* & est communis conclusio. Alex. *in l. qui totam. in fine. ff. de acquir. hæredit*

19 Amplia secundo, vt licet principalis debitor, & fideiussor non possint simul vno libello conueniri. *d. l. p. C. de fideiuss. tutor. seu curat.* ratio, quia aliud est esse fideiussorem, aliud vero esse prin-
20 cipalem. *d. l. reos.* §. *fin.* tamen si conueniantur, & fideiussor non opponat in præparatorijs, quod prius conueniatur principalis, sustinebitur processus contra omnes. Bald. *in d. l. edita. num.* 40. vbi secus dicit, si opponatur, quia tunc non potest actor vti vno libello contra
21 omnes, sed bene, inquit, vti poterit diuersis libellis, vno contra principalem, alio contra fideiussorem, etiamsi pen-
22 deat appellatio contra alium, quod dicit esse notandum.

23 Fallit hæc ampliatio, vbi fideiussor renunciauerit beneficio nouę constitutionis de fideiussoribus; quia tunc possunt principalis, & fideiussor vno libello conueniri. Bald. *in d. l.* 1. *C. de fideiuss. tutor.*

24 Sed fideiussor, vbi suscipit iudicium, debet in præparatorijs protestari, quod facit animo repetendi hanc cautelam, docet Bald. *in l. solutionem in fine. ff. de solution.*

25 Item quod excutiatur prius principalis debitor ex eo, quia ipse fideiussor non renuntiauit expresse beneficio de fideiussoribus; de quo *in auth. presente C. de fideiuss.* cum ad hunc effectum non sufficiat, quod fideiussor, vt principalis, & principaliter sit obligatus. secundum Benedictum de plumbino, alias de Barzis *in tract. de discussionibus. num.* 4. nam adhuc dicitur accessorius, & non principalis, inter quos lex dat ordinem processui, & non potest simul agi cum effectu. Bald. *in d. l. edita. num.* 40.

26 Amplia tertio, vt etiam plures consortes eiusdem causæ possint vno libello conueniri, nisi in præparatorijs opponatur exceptio ordinis, vel excussionis. Io. de imol. *in l. in prouinciali.* §. *si plurium. num. xi. ff. de oper. noui nunciat.*

27 Quam quilibet ex consortibus potest opponere sine mandato, cum vnus sit procurator alterius. *l. 2. C. de consortib.*
28 *eiusdem litis.* & quilibet teneatur pro sua parte ad resarciendum sumptus factos. Bald. *in l. qui aliena.* §. *vno. ff. de negot. gest.*

29 Intellige in re indiuidua, secus in diuidua, in qua vnus pro alio comparere non potest in præparatorijs, secus post litem. vt dixi *in pręparatorio 3. num.* 24. *parte* 2.

30 Amplia quarto, vt etiam contra plures expromissores insolidum procedat libellus, & possint insolidum condemnari, hoc est, vt quod ab vno seruari non possit, ab alio suppleatur. iuxta terminos *d. l. prima. C. si plures vna sentent. condemn. fuer.*

31 Fallit ampliatio, nisi in præparatorijs opponatur, quod singuli pro sua tantum virili teneantur, iuxta *d. auth.* de duobus reis, idest, quod non fiat exactio, nisi pro virili, nisi in casibus absentiæ, vel quod alter non sit soluendo, quia tunc non debent condemnari, nisi quilibet pro parte sua. vt fuit resolutum *in Romana, seu calleguritana damnorum, & interesse. Veneris. 7. Nouembris* 1586. *coram de rubeis.*

Amplia quinto, vt etiam plures possint agere vno, eodemq; libello, dumodo omnes concludant vno, & eodem modo, quia si diuersimode concluderent,

rent, non processerit libellus in eadem instantia, pręsertim si hoc opponatur in pręparatorijs, ideo qui volunt agere di-
32 uersimode, debent agere seorsum, alias repellerentur, nisi concordent. Bald. *in l. huiusmodi legatum. §. si is cui. ff. de*
33 *legat. primo.* ratio, quia de natura plurium, quę deducuntur in vnum, est, vt constituantur in vnum simpliciter, & vno iure, & vniformiter censeantur, quia vna essentia non debet diuerso iure censeri. idem Bald. *in l. in rem actio. §. item quæcunq; in fine. ff. de rei vendicat.*
34 potest tamen vnus libellus continere plura capitula separata; & pro parte procedere, & pro parte non, nec propterea vitiatur in totum, quia videntur esse plures libelli separati. vt notat Bald. *in l. qui de inofficioso. circa finem. §. de inoff. testam.* quia ea, quę sunt adinuicem separata propriè non possunt
35 vniri. secundum Bald. *in d. §. item quæcunq;* & separatorum separata debet esse ratio, & de vno ad alterum non infertur. *l. si maritus. C. de donat. inter vir. & vxorem.*

36 An autem quis possit diuersas exceptiones proponere, vide Bald. *in l. si hominem. vers. cum quæritur. ff. de rei vendic.*

37 Amplia sexto, vt plures tutores, qui simul administrarunt, possint etiam vno, & eodem libello conueniri insolidum, cum causa, vel actio contra omnes sit communis insolidum, sed si opponant in pręparatorijs, quod actio di-
38 uidatur, & sint soluendo. quilibet pro sua virili debet condemnari, reseruatis sibi iuribus aduersus alios contutores,
39 qui soluendo non sint. *l. prima. §. nunc tractemus. ff. de tutel. & ration. distrahen.*
40 Ratio, quia quoties in eodem libello plures includuntur personæ, quilibet pro parte videtur includi. *d. l. reos. §. fin. ff. de duob. reis.*

PRAEPARATORIVM VIII.

Vtrum citatio dicatur iudicij præparatorium, etiam coram supremo principe non omittendum, & omissum semper vitiet?

SVMMARIVM.

Citatio partis est necessarium præparatorium iudicij, in quo lędi potest. 1.

Omissio citationis vitiat iudicium, & totum processum. 2.

Nuntius, qui citat, dicitur causam pręparans. 3.

Nuntius publicus citat verbaliter sine commissione iudicis. 4.

In citatione adhibenda requiritur causæ cognitio. 5.

Protestatio, per quam quis lędi potest, non afficit, nisi facta ei in personam, vel domi, vel coram iudice. 6.

Citatio necessaria etiam in extraiudicialibus. 7.

Arbitrator non potest procedere sine citatione. 8.

Arbitrator quomodo citat. 9.

Laudum latum sine citatione valet, si fuit in compromisso remissa. 10.

Laudum latum sine citatione valet, vbi extat statutum, quod debeat notificari. 11.

Laudi notificatio ex forma statuti non valet, si aliquid omittatur de tali forma. 12.

Citatio est de iure naturali, & diuino. 13.

Laudum latum in vltima die compromissi non indiget citatione. 14.

Arbitrarium dictum arbitrari intelligitur de bono, & regulato à iure. 15.

Arbitriū arbitratoris, etiam plenissimum censetur datum, vt parum lædat. 16.

Sine citatione procedere, est abuti arbitrio, non vti. 17.

Arbitrator dicitur bonus vir. 18.

Quæ requirunt disceptationem, requirunt citationem. 19.

Contra absentem nunquam iudicium inchoatum, nisi per citationem. 20.
Nullus citatus tenetur respondere, nisi oblato libello. 21.
Citatus ad recognoscendum manum suam, tenetur respondere, non oblato libello. 22.
Citatio non omittenda, etiam ubi constet absenti nullum ius competere. 23.
Citatio requiritur in notorijs. 24.
Notoria in lta dicuntur, quæ non sunt. 25.
Citatio non est omittenda coram Papa. 26.
Princeps de plenitudine potestatis potest procedere, omissa citatione. 27.
Papa ex causa legitima potest procedere sine citatione. 28.
Papa non procedit sine citatione, nisi fauore vniuersalis Ecclesiæ. 29.
Papa in die Iouis sancti excommunicat detinentes terras Ecclesiæ. 30.
Faciens se Regem Siciliæ sine auctoritate Papæ est reus criminis læsæ maiestatis. 31.
Papa vbi est, ibi ordo, cum in eo, & ex eo pendeat omnis ordo. 32.
Papæ non potest dici, cur ita facis. 33.
Imperator non condemnat non citatum. 34.
Nullus est in mundo, qui habeat maius arbitrium, quam Imperator, præter Papam. 35.
Imperator non potest procedere sine citatione, nisi contra subditum sibi. 36.
Imperator potest rescribere contra ius naturale. 37.
Regis sententia lata sine citatione est nulla. 38.
Princeps licet non teneatur obseruare iuris ordinem in procedendo, non tamen in condemnando. 39.
Statutum non potest tollere citationem. 40.
Statutum dicens, quod absens condemnetur, intelligitur præcedente citatione. 41.
Statuentes possunt facere statuta, quod inter ipsos procedatur sine citatione. 42.
Statuta non sunt leges publicorum iudiciorum, sed priuatorum. 43.
Lex municipalis, seu ciuilis, non potest tollere citationem. 44.
Statuta fiunt consensu ciuium, præuia magistratus interrogatione. 45.
Statuta debent inniti causæ probabili, alias non valent. 46.
Statutum vbi loquitur, serua statutum. 47.
Princeps in criminalibus non potest procedere sine citatione. 48.
Ordo idem esse debet tam in ciuilibus, quam in criminalibus, quoad citationem. 49.
Citatio prima est præparatorium iudicij. 50.
Citatio prima debet personaliter fieri. 51.
Citatio ad domum de iure communi valet. 52.
Scientia arguitur per citationem ad domum. 53.
Citatio ad domum constituit in vera contumacia. 54.
Qui est in carcere, potest citari ad domum. 55.
Prima citatio debet fieri personaliter, alias citatus non potest dici verus contumax. 56.
Non citatus personaliter auditur appellans. 57.
In præparatorijs non potest procedi ad diffinitiuam, nisi præcedente citatione facta personaliter. 58.
Citatus solemniter ad domum qui non sit absens, præsumitur sibi intimata citatio. 59.
Latitans fraudulenter præsumitur personaliter citatus. 60.
Citatio facta domi non constituit in contumacia, quæ appellationem excludat. 61.
Citatio facta domi valet, si præcesserint diligentiæ. 62.
De diligentijs dicitur constare per relationem nuncij attestantis de illis. 63.
Citatio ad domum fienda ad domum solitæ habitationis, etiam sit mutata. 64.
Idem etiamsi domus mutata non sit ea, quæ erat de tempore contractus. 65.
Statutum mandans citari personaliter, vel ad domum, adimpletur si fiat citatio ad domum, cum hæc sit alternatiua ordinis. 66.
Citatio facta domi valet, etiam factis diligentijs de reperiendo. 67.
In alternatiuis sufficit alteram partem esse veram. 68.
Citatus domi appellat a die notitiæ. 69.
Citatus personaliter debet appellare a die sententiæ, nec excusatur ex negligentia procuratoris. 70.

Prima

Prima citatio debet fieri contra principalem, non autem contra procuratorem. 71.
Fallit in procuratore agente pro actore, qui potest reconueniri. 72.
Citatio prima non potest fieri per edictum. 73.
Facultas citandi per edictum non datur, nisi constito de non tuto accessu. 74.
Citatio per edictum non fit, nisi in casibus permissis a iure, tam de iure canonico, quam ciuili. 75.
Arbitrium habens citandi, non potest eligere viam citandi per edictum. 76.
Citationi per edictum non est locus, vbi certus est aduersarius. 77.
Parochus absens ex causa necessaria, non potest citari per edictum ad parochialem. 78.
Citatio per edictum non fit contra possessorem, qui sit certus. 79.
Interpretatio statuti non fit, vt tollat citationem. 80.
Citatio relaxata per curiam ad partes, quomodo fieri debeat. 81.
Citationi per contradictas quando sit locus. 82.
Citatio in partibus debet presentari adhibitis testibus. 83.
Citatio debet exequi seruata forma in ea praescripta alias est nulla. 84.
Citari debet personaliter, qui excommunicatur. 85.
Excommunicatio non infligitur ab homine sine contumacia. 86.
Declaratoria lata, nisi infra 15. non ligat, nisi personaliter intimata. 87.
A declaratoria conditionaliter lata potest appellari ad effectum suspensiuum. 88.
Sententia censure debet iustificari ex eisdem actis. 89.
Iurisdictio sub conditione data nulla est, nisi post impletam conditionem. 90.
Notificatio sententiae latę ad domum, facit currere tempus ad appellandum. 91.
In declaratoria ferenda debent seruari soliti termini substantiales. 92.
Etiam vbi agitur de incursu excommunicationis a iure lata. 93.
Excommunicatio non infligitur sine trina monitione. 94.
Excommunicatio iniusta ligat. 95.
Citatio fienda per iudicem competentem alias non arctat. 96.
Statutum nunquam excludit defectum iurisdictionis. 97.
Citatio debet continere nomen, cognomen, & patriam citati. 98.
Plures vbi sunt eiusdem nominis, & vnus ex his citetur, quomodo valeat citatio. 99.
Vbi non apparet quis ex pluribus eiusdem nominis citatis, citans tanquam temerarius condemnatur in expensis. 100.
Identitas nominis in pluribus personis confundit intellectum. 101.
In offenso non attenditur obscuritas nominis. 102.
Citatio relaxata contra plures non sufficit, si fiat contra vnum. 103.
Citatio contra minorem, quomodo facienda. 104.
Sententia contra minorem indefensum nulla. 105.
Minor quando dicatur indefensus. 106.
In Renouatione capturę debet pars citari ibidem.
Citatio partis non requiritur, vbi est presens. 107.
Etiam in terminis statuti requirentis citationem. 108.
Citationis solemnitas adimpleri potest per suum ęquipollens. 109.
Citatio inuenta adhoc, vt citatus compareat. 110.
Citandus nemo, qui lędi non potest. 111.
In absolutione a iuramento non citatur pars. 112.
Citatio non requiritur in restitutione instrumenti rogati, nisi in casu, vt hic. 113.
Citatio facta ad vnum locum, si actus fiat in alio, non valet. 114.
Citatio ad hodie per totam, quomodo intelligitur. 115.
Citandus non est, nisi qui habet ius in causa principaliter. 116.
De iudice, ac teste non est facienda pars. 117.
Principalis dicitur in causa, in qua actus originem sumit. 118.
Citatio contra eum, qui non est principalis, debet fieri quatenus sua putauerit interesse. 119.
Clausula quatenus suam intersit, quid operetur. 120.

Qui

Qui sua non interest, non auditur. 121.
Etiam in beneficialibus. 122.
Tertius non auditur in causa, nisi docto de suo interesse. 123.
Dominus veniens ad defensionem sui procuratoris conuenti ex stipulatione de rato, non auditur inuito procuratore. 124.
Citatio non valet etiam contra subditum existentem in alieno territorio. 125.
Citatio valet contra non subditum, si sit in territorio. 126.
Vnus index non potest citare in territorio alterius. 127.
Citatio, an possit fieri in Ecclesia. 128.
Citatio iudicis laici contra clericum non valet. 129.
Clericus non potest citari per laicum etiam cum clausula, quatenus sua intersit. 130.
Iurisdictio iudicis incompetentis non prorogatur per contumaciam. 131.
Clericus actualiter degradatus, est sub potestate iudicis secularis, si degradatio non sit terminus pene, sed preparatorium alterius iudicij. 132.
Citatio cum precepto non valet, nisi habeat clausulam si senserit, &c. 133.
Clausula si senserit, &c. facit vt per comparitionem resoluatur preceptum in simplicem citationem. 134.
A citatione quando possit appellari. 135.
Citatio non requiritur, vbi agitur de reuocando factum sine citatione. 136.
Citatio non requiritur, vbi statutum prefigit terminum ad producendum, ad accusandum, & similia, quia sine citatione potest produci, & accusari. 137.
Accusatio facta, & recepta post terminum a statuto prefixum valet, si non opponatur. 138.
Opponens in casu predicto si non auditur, debet appellare. 139.
Contra suspectum de fuga proceditur sine citatione. 140.
Causa adeundi aliquem discutitur, non citato aduersario. 141.
Arbiter potest recipere testes sine citatione. 142.

1 QVod citatio partium sit potissimum, ac necessarium præparatorium iudicij, in quo lædi possunt, est iuris conclusio, quæ extrahitur ex *l. de vnoquoq; ff. de re iudicat. l. nam ita diuus. ff. de adopt. §. fin. instit. de perpet. & tempor. act. & clement. fin. vt lit. pendent.* Doctores tradunt communiter, & prelertim Ias. *in rubric. C. de edendo. num. 5.* Bald. *in l. cum fratre. num. 8. C. de his quib. vt indign.* vbi dicit, quod non est iudicium, vbi non interuenit citatio absentis, qui ledi possit, nec ibi est reus, nec contrahi potest heremodicium, nec ferri sententia. idem Bald. *in l. 1. num. 3. in fine. C. quor. appellat. non recip.* & *in cons. 21. incip. processus factus in princip. lib. 5.* Abb. *in cons. 68. incip. quamquam. num. 4. vers. preterea regulariter. parte 2.* & *in cap. ex questione. num. 10. de restit. spoliat.* Lucas de penna *in l. hac lege sancimus. col. 6. vers. ex his omnibus. C. de proxim. sacror. scrin. lib. 12.* Dec. *in l. postquam liti. num. 22. C. de pact.* Gabriel *de citat. conclus. 1. num. 1.* & dixi supra *in preparatorio 8. num. 28. parte prima*.

2 Quo preparatorio pretermisso vitiatur iudicium, & totus processus. Bald. *d. cons. 21. num. 2.* Bart. *in l. hac autem §. non defendi. num. 3. ff. ex quib. caus. in poss. eat.*

3 Hinc nuncius, qui citat, dicitur causam prępararans. vt *in auth. de iudicijs. §. his qui causam preparant.* & ibi glossa *in verb. exceptionibus, collat. 6.* Ias. *in §. tripli. vero. num. 4. Instit. de actionib.*

4 Etiamsi citet sine speciali commissione iudicis, si sit nuncius publicus, & agatur de citatione verbali, quæ non requirat causæ cognitionem, nec iudicis motum, alias secus. Bald. *in l. si quando. num. 12. C. de testib.* quia tunc in adhibenda citatione requiritur causæ cognitio. Menoch. *de arbitr. quæst. 9. num. 3. lib. 1.*

5 Amplia primo conclusionem procedere in quocunq; iudicio etiam priuilegiato, & summario, in quo de preiudicio alterius agatur. Felin. *in cap. 1. num.*

num. 52. *de constit.* Afflict. *decis.* 245. Decianus. *respons.* 18. *num.* 83. *vol. pr.*

6 Amplia secundo, vt etiam procedat in omni protestatione, seu interpellatione, per quam lędi quis possit, quia non afficit, nisi facta ei, de cuius præiudicio agitur vel in personam, vel domi, vel coram iudice. Bald. *in l. si intra num.* 1. *C. de non num. pecun.* sed tutius est, quod fiat in actis, & postea citetur pars ad dicendum contra protestationem, & mandari afficere, vt practicatur in Romana curia.

7 Amplia tertio, vt non solum in iudicialibus, sed etiam in extraiudicialibus nunquam sit prætermittenda citatio eius, qui lędi potest. Bald. *super feudis: in titulo de inuestitura in maritum fact. num.* 10. vbi dicit, quod arbitrator electus cum facultate procedendi, etiam non citatis partibus, non potest proce-

8 dere sine citatione, & subdit fuisse pronunciatum quoddam laudum nullum, eo quia fuit latum ex abrupto, parto non citata. idem Bald. *in eod. tract. super feudis: in cap. sancimus. num.* 5. *tit. quo tempor. mil inuest. pet. deb.* idem *in l. filius familias. in fin. ff. de donat.* vbi quod liberum arbitrium datum in compromisso intelligitur super modo procedendi sine litis contestatione, quia in hoc non lęditur pars; sed non sine citatione. Ludouic. Rom. *in singul.* 269. *incip. compromissum*, vbi dicit, se ita practicasse. cum alijs per Gabriel. *de cit. & conclus.* 1. *num.* 49.

9 Et secundum opinionem pręđictam, nota, quod arbitrer ex forma statuti electus potest citare partem, sed cum arbitrator a partibus electus hoc non possit, debet pars, si arbitrator vult citare partem, adire iudicem ordinarium, & petere, vt mandetur aduersario, quod compareat coram tali arbitratore. ita Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de arbitr.* ratio est quia arbitrator non est redactus ad instar iudicis, ideo eius citatio non interrumpit pręscriptionem. idem Bald. *in l. cum autem. num.* 11. *C. de arbitris.*

10 In contrarium, quod laudum latum sine partis citatione non sit nullum, si citatio fuerit in compromisso á partibus remissa. est text. *in l. diem proferre. §. si quis litigatorum. ff. de recept. arbitr.* Caccialup. *de arbitr. lib.* 9. *cap.* 4. Blanchus. *de compromisso. quæst.* 9. *num.* 5. quos secuta est Rota *in Florentina nullitatis sententię, seu laudi. Veneris.* 28. *Nouembris* 1597. *coram Corduba.*

11 Præsertim vbi extet statutum, prout in Corsica, quod laudum latum in absentia, debeat personaliter notificari, alias non valeat, quia tunc latum sine citatione valet. Gabriel. *d. conclus.* 1. *num.* 53. dummodo notificetur seruata

12 forma statuti, alias si quid in tali notificatione omittatur, in aliquo non valebit notificatio. Bald. *in l.* 1. *§. edere. in princip. ff. de edend.*

13 Sed prima opinio est tutior. tum quia citatio videtur esse nedum de iure naturali, sed etiam de iure diuino ad hoc, vt reus se defendat. Rebuff. *in tract. de citatione in pręfat. num.* 23. *&* 30.

14 Nisi arbiter, seu arbitrator sententiam seu laudum ferat in vltima die compromissi, quia illa vltima dies habet vim citationis. Alex. *in l. si quis arbitratu. col.* 4. *ff. de verb. obligat.* Ias. *in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconf.*

15 Tum etiam quia liberum arbitrium datum procedendi citatis, vel non citatis partibus, intelligitur de bono, & ęquo, & regulato a iure. Bald. *in l.* 1. *in princ. ff. de solut.* & *in l. quod ephasi. §. interdum in fin. ff. de eo quod cert. loco.* Paris. de Put. *de sindicat. in verb. arbitrium.* Cesar. de Grass. *decis.* 7. *num.* 7. & *decis. seq. num.* 2. *de re iudic.* ita quod etiam vigore arbitrij, quamuis plenissimi non videtur arbitratori permissum,

16 nisi vt parum lædat. Bald. *in l.* 1. *num.* 2. *C. de arbitr.* & istud parum secundum quosdam intelligitur de sexta parte.

17 Sed procedere sine citatione, est potius abuti, quam vti libero arbitrio, de cuius natura est, vt voluntatis rectitudo seruetur, idest recte vtendi, non abutendi. Bald. *in l. si procurator. col.* 3. *vers. vnde beatus. Anselmus. ff. de condit. indebit.* quia arbitrator dicitur bonus vir,

nus vir, de cuius natura est vti ratione
18 liberi arbitrij. alterum non lædat. Bald. *in l. cum antea. num. 3. C. de arbitr.* cum secundum Theologos de electione boni ob[l]igatus ad duo teneatur, præferre magis bonum, quia in eo est maior ratio præstationis, vt Deo magis, quam proximo, & patriæ magis, quam singulari personæ, sed vbi duo sunt, ad neutrum tenetur, & potest præferre minus bonum maiori bono. hæc sunt verba Baldi. *in l. 2. nu. 40. C. de seruit. & aqua.*
19 Pręsertim in his, quę requirunt disceptationem, quia semper requirunt citationem. idem Bald *in l. quinquaginta. ff. de excusat. tutor.*
20 Tum & tertio, quia nullum iudicium de mundo potest dici præparatum, nec inchoatum contra absentem. nisi per citationem. Bald. *in d. rubr. C. de in ius vocand. in fine.*
21 Intellige, oblato tamen libello; sine quo nullus citatus tenetur regulariter respondere, secundum glossam. *in l. ratio iuris. in verb. suo ordine. C. de hared. vel action. vendit. quam approbat.* Bald.
22 *ibi in fine.* fallit in citato ad recognoscendum manum suam, qui tenetur respondere non oblato libello. idem Bald. *in auth. contra qui. num. 11. C. de non. num. pecun.*
23 Amplia quarto, vt neq; in his, in quibus iudici notoriè constet, non posse absenti ius competere, possit vnquam omitti citatio. Bald. *in l. presbiteri. l. prima. vers. secundo quæro. C. de Episc. & Cleric* Felin. *in cap. cum sit Romana. num. 3. de appellat.* & *in cap. non solum. col. 9. num. 12. de re iudicat.* Alex. *in l. si sic nu. 18. in fine. ff. de legat. primo.* Dec. *in l. fin. nu. 33. C. de edict. diui Adrian. toll.*
24 Cum etiam in notorijs citatio requiratur. Abb. *in cap. cum olim. num. 26. de sent. & re iudic.* Ripa. *in l. 15. cui bonis. num. 28. ff. de verb. obligat.* late Gabriel. *d. conclus. 1. num. 2. de citat.* quia mul-
25 ta dicuntur notoria, quę non sunt. Dec. *in cap. olim. num. 15. de exception.*
26 Amplia quinto, vt nec etiam coram Papa sit omittenda citatio. Clem. pastoralis. vbi Abb. *de re iudic. cap. primo. de cauf. possess. & propriet.* Rebuff. *d. tract. de citatione in præfat. num. 28.* late Gabriel. *de citat. d. conclus. 1. nu. 9.*

Subamplia, vt nec Papa de plenitudine potestatis possit supplere defectum citationis. Rebuff. *loco citato num. 31.* Felin. *in cap. dilectis. num. 10. de except.* Hipol. marsil. *cons. crem. 46. num. 26. & cons. 8. num. 28.* & *29. parte prima.* late Gabriel. *d. conclus. 1. num. 24. vers. contra hanc superiorem.* quamuis *sub. num. 25.* dicat, magis communem esse, quod princeps de plenitudine potesta-
27 tis procedendo possit omittere citationem, quia licet Papa ex causa legittima, quę euidenter appareat, possit procedere absq; citatione, vt dicit Alex. *cons. 2.*
28 *in fine. lib. primo.* & *in d. l. de vnoquoq; num. 12.*
29 Hoc tamen non facit, nisi fauore vniuersalis Ecclesiæ, & de plenitudine potestatis. vt dicit Gabriel. cum congestis per eum. *d. conclus. 1. num. 31. de citat.* Felin. *in proemio super feudis. num. 35.* & *in cap. cum dilecti. num. 20. de accusat.* vbi refert de Clemente 4. qui publicè tulit in palatio suo Viterbij sententiam depositionis contra decem Episcopos, qui interfuerunt coronationi Manfredi principis Tarentini, qui Regnum Siciliæ ad Romanam Ecclesiam pertinens propria auctoritate occupauerat, & prout alias fecit Vrbanus Papa contra Spoletanos, qui de facto occupauerant certam terram S. Romanæ Ecclesiæ. & sicut hodie faciunt moderni summi Pontifices, qui quo-
30 tannis in die Iouis sancto excommunicatione anathemate horrendo omnes inuadentes terras Ecclesiæ, nec non Insulas Corsicæ & Sardinię. vt patet in Bulla Cęnæ Domini iuxta annalem Curię processum & testatur Felin. *in cap. cum olim. num. 49. de re iudic.* & *in cap. cum non liceat. num. 19. de præscript.*
31 & propterea dicit Bart. *in l. 3. ff. ad l. Iuliam maiest.* quod facientes se reges Siciliæ, sine auctoritate summi Pontificis, damnantur ab Ecclesia, tanquam rei criminis læsę maiestatis.

Nam quę sunt de patrimonio beati Petri.

Petri. id est Romanæ Ecclesiæ, ad quam principaliter spectat quicquid est de patrimonio beati Petri. secundum Bal. *in auth. quas actiones. num. 14. C. de Episc. & Cleric.* sine auctoritate summi Pontificis inuadi non possunt, & inuadentes tyranni dicuntur, ita vt non solum sine citatione, tanquam rei terminis læsę maiestatis condemnari possint, vt dicit Afflict. *decis. 77. num. 2.* sed etiam de facto. Gabriel. *d. conclus. 1. num. 32. de citation.*

32 Tu vero teneas indistinctè, quod Papa, cum habeat liberam administrationem a Christo domino, cuius est Vicarius, & procurator ex absoluta potestate, omnia potest, nec vlli astringitur iuris ordini, quia vbi Papa, ibi ordo, cum in eo, & ex eo pendeat omnis ordo, & ordo non possit in ordinantem,
33 sed ordinarius in ordinem, cum causa possit in effectum, non effectus in causam. vt de Papa dicit Bald. *in repetitione l. iusiurandum. col. 35. vers. super. in quæstione. ff. de iureiur.* Ripa. *in cap. decernimus. num. 104. extr. de iudic.* vbi quod Papa potest æquare quadrata rotundis, nec ei dici potest, cur ita facis. gloss. *in cap. quanto. de translat. prælat.* late Bald. *in l. rescripta. num. 7. C. de precib. imper. offer.*

34 Amplia sexto, vt nec Imperator possit condemnare non citatum. secundum Bald. *in l. filiusfamilias. in fine. ff. de donat.* vbi dicit, quod nullus est in mundo, qui habeat maius arbitrium, quam Imperator, excepto Papa. idem Bald. *in l. fin. num. 2. C. de legib.* & ta-
35 men non potest procedere omissa citatione. Rebuff. *de citat. in præfat. num. 30.*

36 Nisi fortè contra subditum sibi immediatè subiectum, & de plenitudine potestatis, secus quoad alios. vt per Gabriel. *d. conclus. 1. num. 16. de citat.*
37 cum possit Imperator etiam contra ius naturale, & eius effectum rescribere. vt dicit Bald. *in l. rescripta. num. 8. C. de precib. imper. offer.*

38 Amplia septimo, vt etiam Regis sententia nulla sit ex defectu citationis. Gram. *decis. 19. num. 15.* quia licet Princeps non teneatur obseruare ordi-
39 nem iudiciorum in procedendo, in condemnando tamen debet pars citari, alias non valet sententia Principis, & potest opponi de nullitate, tum propter ablatam defensionem, quæ, cum sit de iure gentium, vel naturali, non potest auferri, tum propter non ventilatam veritatem, quę etiam coram Principe inquirenda est citata parte. quia pertinet ad naturalem ęquitatem. ita Bald. *in l. si imperialis. num. 1. C. de legib.* a qua non est solutus Princeps, cum sit animal rationale, mortale, legi naturali, vel dictamini rectæ rationis, vel legis æternæ subiectum. idem Bald. *in l. 2. num. 40. C. de seruit. & aqua.*

40 Amplia octauo, vt nec statutum posit tollere citationem. Rebuff. *d. tract. de citat. in præfat. num. 32.* Gabriel. *d. conclus. 1. num. 43. de citationib.* quinimo
41 vbi statutum dicat, quod absens condemnari posit, intelligitur præcedente citatione. Gabr. *vbi supra num. 48.* & *num. 57.* vbi quod semper est facienda interpretatio, ne per statutum tollatur citatio. & *num. 214.*

42 Non obstat, quod statuentes possunt in ipsorum preiudicium facere statuta, quod in certis causis sine citatione procedatur, & tale statutũ valet inter eos, sicut valeret pactũ super aliqua re familiari. Ripa *in l. obligatione. num. 29. ff. de pignorib. & hypotec.*

43 Cum statuta non sint leges publicorum iudiciorum, sed priuatorum in suo populo tantum. Bald. *in rubr. C. de his qui accusar. non poss. col. vltima. vers. quia statuta.*

Quia licet statutum sit consensus ciuium, & valeat vt pactum inter ipsos, hoc tamen est per similitudinem, & non propriè, nec dicitur consensus simplex, sed munitus lege municipali, seu ciuili, quę non potest tollere, nec auferre citationem, quam nec Princeps
44 etiam de plenitudine potestatis tollere potest. Rebuff. *vbi supra. num. 28. & 31.* Decian. *respons. 35. num. 47. lib. 1.*
45 Fiunt enim statuta non solo consensu

H ciuium

ciuium, sed interrogatione magistratus pręcedente, & populi responsione subsequente; idcirco sunt similia stipulationibus, & strictè interpretantur. Bald. *in l.* 1. *col.* 5. *vers. nam statuta. ff. si cert. pet.*

46 Et debent inniti, non in omni causa motiua, sed tantum in causa probabili, & condigna, alias non valent. idem Bald. *in l. rescripta. num.* 9. *in fine. C. de precib. imper. offer.*

47 Hodie tamen iudices nostri temporis passim seruant indifferenter statuta sequentes illud vulgatum. vbi loquitur statutum, serua statutum. vt *in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.*

48 Amplia nono, vt tanto magis conclusio procedat in criminalibus, in quibus nec princeps, etiam de plenitudine potestatis, potest procedere parte non citata; nec ei defensionem auferre. Gabriel. *d. conclus.* 1. *num.* 29. *de citat.*

49 Cum quoad citationem idem debeat esse ordo, tam in ciuilibus, quam in criminalibus. Bald. *in l.* 1. *num.* 4. *vers. nam quantum ad citationem. C. de requir. reis.*

Sed an in criminalibus sufficiat citatio ad domum, vide Specul. *in tit. de accusat. §. qualiter. vers. sed nunquid sufficit.* & Archidiac. 26. *distinct.*

50 Amplia decimo, vt conclusio nostra, tanto magis procedat in prima citatione, quę vere dicitur esse pręparatorium iudicij. Ias. *in d. rubric. C. de edend. num.* 5.

51 Vnde ad hoc, vt recte iudicium pręparet, non solum non potest omitti, sed debet etiam personaliter pręsentari, ita vt non sufficiat facta per diligentias, & ad valuas. Rota *coram Manzanedo. penes Paulum Rubeum. decis.* 547. *num.* 4. *tom.* 3.

52 Non obstat, quod de iure communi citatio facta ad domum sufficit. Crescent. *decis.* 9. *alias* 32. *de dolo contumac.*

53 Cum per citationem ad domum arguatur scientia. Bald. *in l. si tutor petitus. num.* 1. *C. de pericul. tutor.*

54 Ideo citatio ad domum constituit in vera contumacia, secundum gloss. *in l. inter minores. in verb. appellare. in fine. ff. de restit. in integrum.*

55 In tantum, quod etiam is, qui sit in carcere potest citari ad domũ solitę habitationis. & processus sustinetur, siue sit iudicis, intellige in causa ciuili, secus vbi est necessaria persona ipsius carcerati, quia tunc citatio non arctat eum: idem Bald. *in d. l. inter minores. in addit.* siue arbitri. Bald. *in l.* 2. *C. quib. ex caus. maior. rest. in integr.* quia hoc fallit in prima citatione, per quam si reus non citetur personaliter, non potest esse

56 conscius futurę litis, nec potest dici verus contumax, nisi se fraudulenter absentet, ne ad eum perueniat citatio, & adsit manifesta latitatio. Bald. *in Auth. sed, & si quis ab aliquo. num.* 7. *C. de testib.*

57 Et quamuis citatus ad domum dicatur legittime citatus, tamen auditur appellans. Bald. *in d. l. inter minores. nu.* 5.

58 Hinc etiam est, quod vbi proceditur in pręparatorijs ad diffinitiuam sententiam contra iuris regulas, non valet citatio, nisi fiat personaliter. vt singulariter dicit Innoc. *in cap. si aduersarius. extr. de eo qui mittit in possess. causa rei seruand.* nisi reus latitet manifeste. Lanfran. de Orian. *in tract. de citat. num.* 16. puta, si est citatus solemniter ad do-

59 mum, & non est ita absens a longe, quod sit verisimile, quod ei non sit intimatum. Bald. *in l.* 2. *num.* 2. *C. de restit. milit.* quo casu habetur citatio pro per-

60 sonaliter executa. Put. *decis.* 86. *in vna valentina. num.* 3. *lib.* 2.

61 Cum citatio facta domi non constituat citatum in vera contumacia, quę appellationem excludat Andr. de Itern. *super feud. in tit. de milite vassallo, qui contumax est. in cap. dominus vocat militem. num.* 3. & 5. *vers. posset dici.* Seraphin. *decis.* 972. *num.* 12.

62 Nisi pręcesserint diligentię de reperiendo, quia tunc citatio ad domum est valida. idem Seraphin. *decis.* 1123. *num.* 1. Farinac. *in tit. de inquisit. quest.* xi. *num.* 41. *vers. & nihilominus aduerte.*

63 Et de huiusmodi diligentijs dicitur constare

constare, si nuncius referat se perquisiuisse, sed quia personaliter reperire non potuit, citauit ad domum. Io. de Imol. *in l. dies. num. 15. vers. & singulariter. ff. de damn. infecto.*

64 Intellige, si citauit ad domum solitæ habitationis, & si mutauit habitationem, ad domum in qua citatus inhabitat, alias non valebit citatio Bald. *in d. l. inter minores. in fine. ff. de restit. in integr.*

65 Quamuis domus, quam mutauit, sit ea quam habebat de tempore contractus, quia nihilominus citari debet ad illam domum, vbi nunc moratur. idem Bald. *in l. iuris ordinem. num. 2. C. de iurisd. omn. iudic.*

66 Verum vbi a lege, vel ab homine mandatur, quem citari personaliter, vel domi solitæ habitationis, cum hęc sit alternatiua ordinis, debet seruari prima pars, si factis diligentijs seruari potest, alias secunda. ita Abb. *in cap. causam. num. 5. extr. de dol. & contumac.*

67 Tu vero dic, quod quamuis non fiat a nuntio relatio de diligentijs factis de reperiendo personaliter, valet citatio simpliciter facta domi, vt per Bald. *in l. scire oportet. §. multa vero. vers. quid in dubio. ff. de excusat. tutor.* vbi dicit, quod ita seruat practica iudiciorum, & hoc propter officium facientis.

68 Item quia in alternatiuis sufficit alteram partem esse veram. Bald. *in rubrica. C. cominat. vel quęst. program. subscrip. num. 5.* Alex. *conf. 118. num. 3. lib. 4.*

69 Aduerte tamen, quod citatus domi, si feratur contra eum sententia, potest appellare a die notitię, citatus vero personaliter debet appellare a die sententiæ. Rota *decis. 46. alias 500. incip. nota si feratur sententia. num. 1. & decis. 74. de appellat. in nou.* Felin. *in cap. quod ad consultationem. num. 34. de re iudic.*

70 Ita quod in hoc casu non excusatur ex negligentia procuratoris, quia debuit diligentem eligere. Cassad. *decis. 5. de appell.*

71 Amplia vndecimo, vt etiam prima citatio non solum fieri debeat personaliter, sed etiam requiratur, quod fiat contra ipsummet principalem debitorem, ita vt non sufficiat de stylo Rotę eam fieri contra procuratorem generalem ad lites. Put. *decis. 373. incip. die 16. lib. 1.* Verall. *decis. 114. num. 1. parte prima.* Vant. *de nullit. ex defect. citationis. num. 83. & seq.*

72 Fallit in procuratore ad lites agente pro actore, quem reus potest citare, & eum reconuenire nomine eius, pro quo agit, & hoc in quacunq; lite. secundum glossam. *in l. vnica. in verb. lite. C. de satisdand.* Rota *coram Penia, in Placentina Decanatus, die Mercurij 26. Octobris 1594.*

73 Amplia Duodecimo, vt nec sufficiat, quod prima citatio fiat per edictum, nisi in casu, in quo tali citationi locus esse possit. Bart. *in extrauagan. ad reprimendum. in verb. per edictum. num. 2.* Vant. *de nullit. ex defect. citat. num. 125.*

74 Id circo quando Papa dat in commissione facultatem procedendi per edictum, solet apponi clausula, constito summariè de non tuto accessu. Soccin. *in tract. de citat. art. 23. num. 5.* Rebuff. *d. tract. de citat. in præfat. num 95.* Rota *coram Corduba in Lauden. prętensæ deuolutionis. 23. Martij 1594.*

75 Quod procedit tam de iure canonico, quam de iure ciuili, cum iudex, cui

76 committitur arbitrium citandi, non debeat eligere viam citandi per edictum extra casus prædictos. Io. de Imol. *in l. qui ante. num. 4. ff. de verb. obligat.*

77 Sicut neq; citationi per edictum locus esse potest, vbi certus est aduersarius, sed requiritur citatio specialis, & certa, nec sufficit generalis. Bald. *in l. quinquaginta. ff. de excusat. tutor.* Rota *coram Penia, in Perusina reintegrationis, seu fideicomissi die octaua Iunij 1590.* & *in Cesaraugustina coram Manzan.* vnde infertur, quod Parochus absens ex causa

78 necessaria, puta ex causa litis, non potest citari per edictum ad parochialem sed est citandus, vbi est, alias non diceretur legittime citatus. Seraphin. *decis. 1446. num. 6.*

78 Ratio, quia contra possessorem, qui est certus, non sufficit citatio per edictũ

etiam vbi statutum tolleret citationem possidentis. Gratian. *disceptat.* 339. *num.* 26. & 27. vbi quod nulla in-
80 terpretatio statuti etiam plene loquentis tollit citationem possidentis, etiam de facto.

81 Amplia Decimo tertio, vt vbi fit citatio in curia contra existentem in partibus, debeat etiam adijci, quod compareat ad causam singulis diebus, & horis ad omnes actus expediendos vsq; ad sententiam inclusiue, alias debebit citari in omni actu per præconem in locis publicis, iste, qui fuit citatus per citationem generalem. Io. de Imol. *in d. l. qui ante. num.* 5. *ff. de verb. oblig at.* vbi dicit, quod propter hoc practicatur in curia citatio per contradictas, quando
82 in prima citatione fuit quis personaliter citatus. AEgid. *decis.* 310. Put. *decis.* 381. *num.* 4. *lib.* 2.

83 Et debet huiusmodi citatio exequi, & presentari cum appositione testium, alias esset nulliter executa. Seraphin. *decis.* 1087. *num.* 1. idem si non fuerit executa seruata forma in citatione prescripta. idem Seraphin. *decis.* 972.
84 *num.* 6. Cartar. *de capto bannito. cap. fin. num.* 156. vbi quod propter huiusmodi nullitatem corruit totus processus.

85 Amplia Decimoquarto, vt ad effectum, vt quis declaretur excommunicatus, non sufficiat, quod citetur ad domum, sed debeat citari personaliter. Cassad. *decis.* 12. *in fine. de rescript.* Rom. *cons.* 48. *num.* 6. *ad fin.* Felin. *in cap. cum sit Romana. num.* 8. *de appellat.* & *num.* 24. vbi quod nec sufficit citatio per contradictas. idem Felin. *in cap. quod ad consultationem. num.* 33. *de sent. & re iudic.*

86 Ratio, quia non citatus personaliter non constituitur in contumacia, sine qua excommunicatio non infligitur ab homine. Abb. *in cap. primo. num.* 10. *de iudic.*

87 Idem per omnia dicendum est in declaratoria lata cum conditione, puta, nisi infra quindecim, &c. quia si personaliter non intimetur, quicquid fiat sine tali intimatione, est attentatum, cum declaratoria ante intimationem, & implementũ conditionis nõ afficiat, adeo vt tempus appellãdi nõ currat, nisi post intimationem, licet secus sit in alijs sententijs. Bald. *in cap. pastoralis. num.* 10. *de offic. delegat.* Marches. *de commiss. in causa camer. obligat. num.* 2. vbi quod post latam declaratoriam conditionaliter, vt supra, potest ab ea appellari infra decem dies, & appellatio suspendit
88 cum in hoc casu excommunicatio non dicatur vinculum iniecisse, quinimo subdit, quod etiamsi conditio fuisset impleta, non etiam ligasset propter appellationem interpositam ante impletam conditionem, cum in sententijs censurarum non retrotrahatur conditio. Io. Andr. *in cap. is cui. de sentent. excom. in* 6. *cap. allegat.* 73. *num.* 4. sed huiusmodi sententię sunt iustificandæ
89 ex eisdem actis, non autem ex nouiter deductis. Rota *in Alessandrina suspensionis. Luna* 20. *Februarij* 1606. *coram Marco Montio.* sicut iurisdictio sub con-
90 ditione data, puta pareto iudicato, nulla est ante impletam cõditionẽ, nec retrotrahitur. Put. *decis.* 429. *vers. fuit resolutum. lib.* 1. aliæ vero sententiæ, etiam domi notificatę faciunt currere tem-
91 pus ad appellandum Bald. *in l.* 1. *num.* 1. *C. quib. ex caus. maior. rest. in integr.*

92 Rursus sententia declaratoria est nulla, si fuerit lata non seruatis solitis terminis in declaratione, videlicet ad docendum se paruisse litteris Apostolicis, & monitorialibus, primo pro prima, &c. vt *in allegata Alessandrina suspensionis coram Marcomontio.*

93 Quod procedit etiam in excommunicatione a iure lata. Felin. *in cap. Rodulphus. num.* 76. *de rescript.*

94 Cum de iure excommunicatio inflicta per iudicem sine trina canonica monitione, iuxta terminos *cap. sacro de sent. excomm.* nulla sit, vt notat Victor. *in trad. de excom. num.* 6. quem refert Suarez. *de censuris. disput.* 3. *sect.* 13. *num.* 3. secus dicit, si trina monitio
95 præcessit, quia etiam iniusta ligat, dummodo sit lata per iudicem, qui sit iurisdictione suffultus. Cum

96 Cum omnis citatio fieri debeat per iudicem competentem, alias non valet, etiam non obstante statuto, quod om-
97 nem iudiciarij ordinis defectum excludat. glossa. *in clem. 1. in verb. non obstante. de sequestr. possess. & fruct.* Bart. *in l. vbi cœptum, num. 3. ff. de iudic.*

98 Amplia Decimo quinto, vt etiam prima citatio ad hoc, vt recte iudicium præparet, continere debeat nomen, cognomen, & patriam illius, qui citatur, quia ambiguitas in nomine citati, puta, si citatur Petrus Martini, & in eodem loco sint plures eiusdem nominis, & cognominis, facit ambiguam citationem, ita quod non arctat citatum, si de
99 hac nominum pluralitate doceatur. Bald. *consil. 66. cum appareat, num. 2. lib. 4.* idem Bald. *in l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de condit. & demonstrat.* vbi quod accusatio de rubaria facta in villa sancti Marci, non expresso nomine ciuitatis, non valet. Alex. *in l. hac consultissima. num. xi. C. qui testam. fac. poss.* Io. de Imol. *in l. prætor. in fin. ff. de verb. obligat.* vbi quod si quis accusatur de delicto commisso in castro S. Ioannis comitatus Bononiæ, non specificato loco certo, cum ibi sint duo castra eiusdem nominis, S. Ioannis, talis ambiguitas facit corruere citationem, & processum, ita quod validari non potest, licet citatus fateretur, quod sit ille, de quo in processu, nisi etiam confiteatur se illud maleficium commisisse, quia tunc virtute talis confessionis potest fieri executio propter certam demonstrationem personæ. idem Io. de Imol. *in l. inter stipulantem. §. si stichum, num. 9. ff. de verb. obligat.* & idem Bald. *in l. si quis ex filiis. §. si quis plures. ff. de lib. & post. prim.* vbi dicit, quod vbi plures sunt eiusdem nominis, & vnus citatur, nec apparet de quo, quod talis citatio est incerta, & si non sit sententiale compa-
100 rere, citans debet in expensis statim condemnari. idem Bald. *in l. fuerimus. num. 3. C. de iudic.* ratio, quia identitas nominis in pluribus personis confundit intellectum, quia non significat per
101 modum determinatæ apprehensionis, Bald. *in proem. ff. num. 13.* in offenso tamen non attenditur obscuritas nominis ad commodum offendentis, quia non per hoc euadit pœnam, & sufficit
102 quod sit homo. Bald *in l. in actionibus. §. plane. col. 1. in princ. ff. de in litem iurando.*

103 Sicut si citatio fuerit relaxta contra plures, non sufficit, si contra vnum tantum exequatur. Seraphin. *decis. 415. num. 1.*

104 Amplia Decimo sexto, vt prima citatio contra minorem fieri debeat cum clausula, vt legittimè compareat, alias ad videndum sibi dari curatorem ad litem, secundum stylum rotæ vt per Cresc. *decis. x. alias 182. de dol. & contumac.*

Intellige de minore, qui sit maior ann. 14. qui potest comparere per procuratorem, quem potest constituere. idem Crescent. *decis. xi. alias. 211. de sent. & re iudicat.*

105 Caue tamen, quod minor, & si citetur, vt supra, si tamen non defendatur, vel ei curator non detur, qui eum defendat, sententia contra eum indefensum lata, erit nulla. idem Crescen. *decis. 9. alias. 206. de sent. & re iudic.*

106 Et dicitur indefensus, si in litis contestatione non interfuit curator, vel procurator, licet postea in omni actu interfuerit, cum iudicium non fuerit fundatum cum persona legittima. Bal. *in l. eum & minores, num. 8. C. si aduersus rem iudicat.*

Amplia Decimo septimo, vt in renouatione mandati, seu licentiæ de capiendo concessæ per iudicem antecessorem facienda per successorem debeat pars citari, cum sit nouus iudex. Bald. *in l. edictum. C. de iudic.*

107 Limita primo principalem conclusionem, vt non requiratur citatio partis, vbi adest eiusdem partis præsentia, quæ citationem supplet. Alex. *in d. l. de vnoquoq; in princ. ff. de re iudic.*

108 Etiam in terminis statuti requirentis citationem partis, quia huiusmodi statuto dicitur satisfactum per solam partis præsentiam, & comparitionem in iu-

in iudicio. Cresc. *decis. 14. alias 221. de dol. & contumac.* Rota *coram Coccino penes Paulum rubeum. decis. 706. num. 12. tom 3.* Callador. *decis. 2. de iudic.* vbi
109 quod solemnitas citationis relaxari, & per suum æquipollens adimpleri potest.

110 Cum comparere in iudicio æquipolleat citationi, quia ad hunc finem citatio inuenta est. Vant. *de nullit. quibus mod. sentent. null. defect. poss. num. 116. vers. quod etiam procedit.* adde Bald. *cons. 17. factum sic proponitur vacante plebe. num. 7. lib. 5.*

111 Limita secundo, vt vbi absenti non potest in aliquo præiudicari, nemo sit citandus, secundum glossam *in l. 3. §. penult. ff. de bon. possess.* quam esse notandam dicit Bald. *in l. non dubium. num. 13. in fine. C. de legib.*

112 Limita tertio, vt in absolutione obtinenda a iuramento ad effectum agendi nulla requiratur partis citatio. Oldrad. *cons. 120.* Couar. *var. resolut. lib. 1. cap. 4. num. 6.* Rota *coram Penia in Vlixbonen. legittimæ 5. Februarij 1591.*

113 Limita quarto, vt in restitutione instrumenti rogati per notarium non requiratur citatio partis. Bald. *in l. quędam. §. nihil interest. in fine. ff. de edend.*

Cum notarius non possit opponere petenti instrumentum, tua non interest, quia instrumentum est nullum; quia est exceptio de iure tertij, potest tamen implorare, quod pars, quæ sua editione lęderetur, citetur, & secundum Bald. *in l. & quæ a diuo. num. 17. C. de edendo.*

114 Limita quinto, vt non valeat, nec sit competens citatio, si fiat ad vnum locum, vel ad vnum tempus, & postea fiat alius actus, vel alio loco, vel alio tempore. Felin. *in cap. 1. num. 34. de iudic.* vbi quod si iudex citauit in vna hora ad sententiam, & eam ferat in alia, vel ante, vel post, non valet sententia.

115 Sed si citatio fiat ad hodie, per totam non arguit sententiam ferri non posse, nisi in extrema hora diei, sed intelligitur pro hora audientię, quæ in referendarijs solet esse hora campanellarum de mane, licet liberum sit iudici sententiam ferre in quacunq; hora illius diei. Seraphin. *in Romana Domus sancti Stephani 1595.*

116 Limita sexto, vt non sit citandus, nisi is, qui ius habet in causa principaliter, & contra quem dirigitur petitio, non autem si sua tantum intersit, vti iudex,
117 vel vti testis in causa, quia de istis non est facienda pars per citationem. Bald. *in rubric. C. de success. edict. in fine.*

118 Dicitur autem principalis in hac materia, in qua actus originem sumit. idem Bald. *in l. Veteris num. 2. C. de contrah. & committi. stipulat.*

Si quis tamen vellet pro extensione præiudicij citare eum, qui non sit pars, nec habeat ius impediendi processum,
119 debet dicere, quatenus sua putauerit interesse, & non alias. Bald. *in l. ab eo. num. 20. vers. extra quæro. C. quomod. & quando iudex.*

120 Quia clausula prædicta operatur, vt per talem citationem non censeatur citatus habilitatus pro contradictore legittimo, nisi prius de iure suo, & interesse doceat. Menoch. *de adipisc. possess. d. remed. 4. num. 616.*

121 Nam qui sua non interest, non debet audiri. *cap. veniens. de testib.*

122 Etiam in beneficialibus. Staphil. *de litteris. grat. & instit. fol. 163.* Aym. *cons. 45. num. 7.*

123 Nisi prius summariè doceat de suo interesse. Menoch. *d. remed. 4. num. 613.* cum talis cognitio sit modici præiudicij. Mascard. *de probat. conclus. 929. num. 9.* dumodo per hoc non extinguatur interesse tertij, quia tunc iste veniens ad causam non debet audiri inui-
124 to reo, vt si dominus veniat ad defensionem sui procuratoris conuenti ex stipulatione de rato, quia non debet audiri inuito procuratore. Bald. *in auth. nunc si heres. num. 5. C. de litigios.*

125 Limita septimo, vt neq; valeat citatio facta, etiam contra subditum existentem tamen in alieno territorio diuersi Principis. Io. de Imol. *in l. in tempus. num. 4. ff. de heredib. instit.*

E con-

126 E contra vero iudex potest in territorio suo citare etiam non subditum si sit ordinarius, secus si delegatus. Bald. *in l. si quis ex aliena. num. 1. & 2. ff. de iudic.* cum vnus iudex non possit citare in territorio alterius iudicis, quantumuis minoris, quia iudex etiam minor, in suo territorio est maior. Bald. *in l. fin. num. 1. ff. de iurisd. omn. iud. & heres*
127 *absens. §. si quis ritelam. num. 2. ff. de iudic.*

128 Potest tamen iudex secularis citare in Ecclesia Bald. *in l. nemo apostolorum. num. 4. C. de sacrosc. eccles.*

Nisi tamen Episcopus diœcesanus prohibeat: idem Bald. *in l. omnes qui. §. verum si apparitio. num. 3. vers. ego aliter dico. C. de Episc. & cleric.*

129 Limita octauo, vt citatio facta per iudicem laicum contra clericum non solum nulla sit ipso iure, sed nec etiam arctet clericum ad comparendum, neq; ad allegandum priuilegium clericale. glossa *in cap. nullus Episcopus. in verb. vel exhibeatur. xi. quæst prima.* Felin. *in cap. prudentiam. num. xi. de offic. delegat.* Seraphin. *decis. 957. num. 5. vers. neq; opus est.*

130 Amplia, vt nec valeat citatio contra clericum etiam cum clausula, quatenus sua putauerit interesse. Felin. *in cap. si instrumenti. num. 6. de fide instrum.*

131 Item amplia, vt clericus citatus, & si patiatur se poni in banno per iudicem secularem, non tamen per hoc intelligatur iurisdictionem prorogasse, quia per contumaciam nunquam fit prorogatio ipso iure in iudicem incompetentem. Bald. *in l. si qui ex consensu. num. 7. C. de Episc. & cleric.*

132 Cum iudex secularis sit penitus incompetens contra clericum, nisi in casu quod clericus fuerit actualiter degradatus, quia tunc si talis degradatio sit non terminus pœnę, sed vt quoddam præparatorium alterius iudicij, potest iudex laicus contra eum procedere. Bald. *in l. officiales. num. 1. & 2. C. de Episc. & cleric.*

133 Limita nono, vt nec citatio fieri possit cum præcepto, cum iudicium incipere debeat a citatione, non autem ex pręcepto, nisi fiat cum clausula. si sen seris te grauatum, &c. quę operatur, vt reo comparente, resoluatur pręceptum in simplicem citationem. Bald. *in l. de*
134 *pupillo. §. meminisse. ff. de oper. nou. nunciat.* & *in l. si clericus. num. 6. & 7. C. de episcop. aud.* Lanfran. de Orian. *in tract. de citat. quæst. 17. num. 6.* Quintilian. Mandos. *in tract. de monitorijs. quęst. 2. num. 1.* & *in quæst. 7. num 3.* vbi dicit, quod Romana curia, ideo vtitur huiusmodi præceptis, seu monitorijs, vt lites breuiores reddantur, vbi vero pręceptum fit sine causa, est nullum, etiam factum cum dicta clausula, ex quo continet grauamen notorium, cum non possit iudex incipere ab executione. *d. §. meminisse.* Bald. *in l. heres absens. in additione. ff. de iudicijs.*

Item dicta clausula non iustificat pręceptum, si citatio sit ipso iurę nulla. Bald. *in l. ad peremptorium. in fin. ff. de iudic.* sed si præceptum fiat, vel citatio ad locum non tutum, vel incutiat timo-
135 rem futuri grauaminis propter cominationes quas forte contineat, potest citatus ab huiusmodi cominationibus coram honestis personis appellare, licet cominationes nullæ sint. secundum Bald. *in d. l. si clericus. num. 7.* tanto magis si terminus ad comparendum sit nimis breuis, vt ibi subdit idem Bald.

136 Limita decimo, vt neq; requiratur citatio in reuocando factum sine citatione; vt si iudex dedit tenutam, vel aliquem fecit capi personaliter, vel excommunicauit, non citata parte, debet reuocare sine partis alterius citatione. ita Bald. *in l. si pacto quo. num. 2. C. de pact.* vbi secus dicit, si ad alterius petitionem, & rite processisset, quia tunc est necessaria citatio aduersarij. adde Bald. *in l. si aquam. num. 45. C. de seruit. & aqua.* vbi dicit, quod si iudex, absq; ordine iudiciario, vel ex impetu fecit pręceptum, quod alicui solueretur, vel nō; debet illud reuocare, ex quo est notorium iuris, quod debet reuocari, & hoc sine partis citatione, quia quæ non rite fiunt, non rite reuocari possint; hæc sunt verba sua.

Limita

137 Limita vndecimo, vt vbi statutum dat terminum ad producendum, sufficiat sola productio in termino, absq; partis citatione, & vbi in criminalibus statutum præfigit terminum ad accusandum, vel inquirendum sine aliquo processu, sufficiat sola productio accusationis, vel formatio inquisitionis sine vlla citatione. Bald. *in l. 1. num. 3. C. quando libell. Principi datus, &c.*

138 Verum si post terminum recipiatur accusatio, vel fiat inquisitio, si in præparatorijs pars non opponat, quod non recipiatur, tenet processus secundum Bart. *in l. absentem. ff. de pœnis.* Baldus vero *in l. non dubium. in fine. C. de legib.* dicit, quod processus est nullus, si iudici constat de tempore impediente, secus, si non constat, quia tunc, inquit, imputet sibi, qui non opposuit. ego dico quod recipere accusationem, vel formare inquisitionem transacto termino statuti, est contra ius partis, ergo si pars hoc non opposuit, valet processus. *l. 1. §. biduum. ff. quand. appell. sit.* si autem opposuit, & non auditur, tunc debet
139 appellare, quia grauatur in litibus, & sumptibus, & etiam quia forte oportet ipsum stare in carcere, quod grauamen non potest reparari. Bald. *in d. l. si Clericus. num. 10. C. de Episcop. audient.*

140 Limita Duodecimo, vt contra suspectum de fuga non requiratur citatio verbalis, ne ad fugam instruatur, sed contra eum proceditur ad capturam. late Ias. *Instit. de act. §. superest, num. 82.* Marant. *in praxi. parte 6. in §. recte concipiatur citatio. num. 59.* adde Bald. *in l. cunctos populos. num. 25. in fin. C. de summ. Trin. & fide Cath.* vbi quod propter suspicionem de recessu valet statutum, quod quis possit citari per cedulam affixam in columna plateæ, nec est necesse, quod perueniat ad notitiam citati.

Verum ille, qui allegat debitorem suspectum, debet probare de suspicione. Bald. *in l. si suspecta. post princ. ff. de inoff. testam.*

141 Limita Decimo tertio, vt causa adeundi aliquem, discuti possit aduersario non citato. vt notat. Bald. *in l. tale pactum. §. qui prouocauit. num. 11. vers.* adde. dicit Innoc. *ff. de pact.*

142 Limita Decimo quarto, vt testes possint recipi, & examinari per arbitrum electum, & valebit eorum testimonium. Bald. *in l. sed interpellatur. ff. de recept. arbitr.* licet ibi dicat cautius esse, si testes expectent se citari, ne videantur se ingerere; citatio tamen non potest fieri per arbitrum, quia quoad testes arbiter non est arbiter, sed debent citari per iudicem ordinarium, cuius brachium potest in hoc arbiter implorare, cum sua intersit suo fungi officio, ita Bald.

Intelligas, prędicta esse vera in arbitris electis a partibus, secus in electis ex forma statuti, quia coram istis fiunt probationes. idem Bald. *in l. non distinguimus. §. de liberali causa. ff. de recept. arbitr.*

PRAEPARATORIVM VIIII.

Vtrum primum decretum sit necessarium præparatorium secundi decreti; quando, quomodo, contra quas personas, in quibus causis & per quos iudices valeat interponi?

SVMMARIVM.

ACTOR mittitur in possessionem ex primo decreto, reo citato non comparente. 1.

Sententia diffinitiua non fertur contra absentem in præparatorijs. 2.

Fallit in causis, in quibus non potest cadere missio. 3.

Iudex non potest cogere reum ad litem contestandam. 4.

De iure canonico, & in foro Ecclesiastico an possit deueniri ad diffinitiuam in præparatorijs. 15.

Primum decretum est præparatorium secundi. 6.

Primum

Primum decretum est ordo deueniendi ad secundum. 7.
Primum decretum dicitur, quia aliud non habet ante se. 8.
Primum decretum potest interponi in omnibus causis. 9.
Primum decretum non potest interponi, nisi seruato iuris ordine, secundum fori consuetudinem. 10.
Primum decretum non potest interponi, vbi nihil est petitum, vel inepte petitum. 11.
Citatio est preparatorium necessarium ad interponendum primum decretum. 12.
Primum decretum requirit trinam citationem, vel vnam peremptoriam pro tribus. 13.
Item requirit citationem personalem. 14.
Modus citandi per edictum reum latitantem. 15.
Propinquus comparens pro absente non admittitur sine mandato. 16.
Citatio per edictum affigitur domibus. 17.
Citatio debet fieri secundum stylum fori. 18.
Idest secundum formam statuti. 19.
Citatio debet reproduci cum relatione nuntij. 20.
Citatio, cum reproducitur, debet accusari contumacia citati. 21.
Fallit vbi extet statutum, quod non comparens in termino habeatur pro confesso. 22.
Missio ex primo decreto debet peti summarie, prauio aliquali libello. 23.
Omnis petitio regulariter fieri debet per libellum. 24.
Primum decretum non interponitur, nisi constito de contumacia citati. 25.
Etiamsi iudex vere sciat citatum esse contumacem. 26.
Iudex si festinat dare missionem, antequam sibi constet de contumacia, processus est ipso iure nullus. 27.
Primum decretum potest interponi etiam preuia probatione, etiam per iuramentum petentis, considerata illius qualitate. 28.
Vniuersitas contumax patitur primum decretum. 29.
Vniuersitas quomodo debeat citari. 30.
Forma missionis in possessionem ex primo decreto. 31.
Missio debet fieri corporaliter per ministrum. 32.
Missio fit causa custodie. 33.
Quid, si missus est suspectus de fuga, & res, de qua agitur, sit mobilis. 34.
Missio quomodo fiat, quando agitur de nomine debitoris. 35.
Missio in actione personali quomodo facienda. 36.
Missio fit per interlocutoriam. 37.
Missio ex primo decreto operatur nudam tantum detentionem. 38.
Missus ex primo decreto dicitur tenere rem cum ipso domino. 39.
Missus non facit fructus suos. 40.
Missus, vbi non est admissus ad detentionem rei, sequestrantur fructus. 41.
Missus ex primo decreto potest rem detentam locare. 42.
Possessio non perditur per primum decretum, sed per secundum sic. 43.
Resistens misso ex primo decreto, non incidit in pœnam. 44.
Iudex est fatuus, qui ex primo decreto assignat actori rem in solutum. 45.
Adiudicatio non fit, nisi per secundum decretum. 46.
Secundum decretum non potest interponi, nisi post annum a die primi decreti. 47.
Fallit, vbi est periculum in mora. 48.
Secundum decretum non fit, nisi liquidato prius debito. 49.
In actione Hypotecaria reali fit missio in omnibus bonis petitis. 50.
Primum decretum esset modicæ vtilitatis, nisi sequatur secundum. 51.
Forma interponendi secundum decretum. 52.
Secundum decretum tribuit possessionem sine noua apprehensione 53.
Secundum decretum non est necesse, quod conformetur cum primo. 54.
Canonicus intrusus si obtinet canonicatum eumdē, non habet necesse denuo apprehendere nouam possessionem. 55.
Papa non presumitur velle tolerare, intrusum. 56.
In beneficialibus non datur vitiosus ingressus. 57.
In actionibus realibus non habet locum secundum decretum. 58.
Fallit vt hic. ibidem.
Secundum decretum debet interponi in eadem

instantia, in qua fuit factum primum, & quomodo. 59.
Præparatoria iudiciorum non habent instantiam triennalem. 60.
In præparatorijs instantia est perpetua. ibidem.
Secundum decretum non est diffinitiua sententia. 61.
Secundum decretum latum ex falsa causa valet. 62.
Passus missionem ex primo decreto habet annum ad recuperandam tenutam. 63.
Post vero annum non auditur. 64.
Etiamsi voluerit soluere debitum. 65.
Declara vt hic. 66.
Passus missionem ex primo decreto debet satisdare, alias non auditur. 67.
Etiamsi immobilia possideret. 68.
Fallit in terris Ecclesiæ. 69.
Procurator admittitur ad purgandam contumaciam. 70.
Iudex non potest reputare contumacem, qui misit procuratorem. 71.
Comparitum dicitur legitime, vbi comparet procurator. 72.
Constitutus procurator ad aliquid, dicitur constitutus ad omnia, quæ dependent ab illo. 73.
Dominus ex contumacia procuratoris in præparatorijs patitur primum decretum. 74.
Primum decretum non potest interponi, nisi per iudicem ordinarium, non autem per delegatum. 75.
Primum decretum, vel secundum non excludit alia remedia. 76.
Contra contumacem actorem in præparatorijs quomodo procedendum ad instantiam rei. 77.
Missio in possessionem ex primo decreto obtenta ab vno ex pluribus creditoribus, quando prosit alijs. 78.
Cautio de reddendo alijs creditoribus potioribus, quando per debitorem soluentem peti possit. 79.
Creditorum conditio, quando: unq; agentium, æqualis esse debet. 80.
Latitatio requiritur ad effectum interponendi secundum decretum. 81.
Secundum decretum interpositum contra absentem, non deputato ei curatore, est ipso iure nullum. 82.
Absens dicitur, qui non est in ciuitate, vel territorio. 83.
Appellatio datur a primo decreto. 84.
A secundo decreto non datur appellatio, vbi internenit vera latitatio propter veram contumaciam, secus vbi non internenit vera latitatio. 85.
A secundo decreto habente vim diffinitiuæ, cuius grauamen non possit aliter reparari, admittitur appellatio. 86.
Secundum decretum non est proprie diffinitiua sententia. 87.
In causa appellationis non est locus primo, & secundo decreto, cum iudex ad quem habeat priuilegium diffinitiuè pronunciandi lite non contestata. 88.
Quæ sint præparatoria necessaria ad fundandum iudicium appellatorium. 89.
Ecclesia, & minor patiuntur primum, & secundum decretum. 90.
Missio ex primo decreto non dicitur executio, si fiat in præparatorijs iudiciorum. 91.

1 POST citationem legitime præsentatam, & in actis cum relatione nuncij reproductam, de qua supra, proceditur contra citatum non comparentem ad missionem actoris in possessionem ex primo decreto iuxta terminos *l. cum proponas. C. de bon. auctor. iudic. possid.*

2 Non autem ad diffinitiuam sententiam, quæ non potest ferri ante litem contestatam contra reum absentem de iure ciuili. *l. fin. §. illud. C. de temp. appell.* gloss. *in l. 1. §. tutores. in verb. computandum est. C. de appellat. recip.*

3 Nisi in causis, in quibus non cadit missio in possessionem, quia tunc potest deueniri ad diffinituam lite non contestata, prout in causa status, & in causis libertatis, & similibus. Bald. *in auth. si omnes. num. 10. C. si vt se ab hæred. abstin.* Felin. *in cap. cum olim. num. 16. de testib.* intellige, vbi ex natura eius, quod deuenit in iudicio, non potest esse consultum actori, secus si ex aliquo accidente, quia tunc non potest ferri diffinitiua, lite non contestata. secundum Bald. *in l. ait prætor. §. deinde. ff. quib. ex caus. maior.*

Ratio

4 Ratio,quia iudex non poteſt cogere reum ad litem conteſtandam, ideo lex prouidet actori de remedio miſſionis in poſſeſſionem ex primo decreto, vt ſupra.Bart. *in auth.qui ſemel.C.quomod. & quand. iudex.ſent.profer.*

5 De iure vero canonico,& in foro Eccleſiaſtico, licet non poſſit prouideri parti per remedium miſſionis in poſſeſſionem, non tamen poteſt deueniri ad diffinituam ante litem conteſtatam,ſed vtendum eſt alijs remedijs aggrauatiuis,hoc eſt, cenſuris, mulctis,& ſimilia, vt *in cap. tua. vt lite non conteſt. & ibi canoniſtę*.

6 Cum autem iſtud primum decretum ſit pręparatorium ſecundi decreti, ad quod,tanquam ad ſuum finem ordinatur. Bart. *in l. ſi finita. num. 35. in fine. ff. de damn. infect.*

7 Cum ad ſecundum decretum non poſſit procedi, niſi præcedente primo valide interpoſito, quia ſecundum decretum non eſt nouus, aut ſeparatus proceſſus a primo,ſed totum eſt vnum; & primum decretum eſt ordo perueniendi ad ſecundum,tanquam ad ſuum finem,quod dicitur adiudicatio in ſolutum. Alex. *conſ. 53. quæritur an ſtante. num. 5. & 6. lib. 5.*

8 Et dicitur primum decretum, quia aliud ante ſe non habet, & interponitur propter contumaciam nolentis comparere,non ſolum in cauſa damni infecti, & in cauſa noxali, ſed etiam in omnibus actionibus,tam realibus,quam perſonalibus,ſecundum omnes Doctores.vt dicit Rofredus Beneuentanus *in ſuo tract.ordinis iudiciarij. in rubrica, in*
9 *quibus actionibus primum, & ſecundum decretum interponatur. in princ.* & *num.* 3. Odofredus Bononienſis *in tract. de primo & ſecundo decreto. in principio. & num.* 4. & dicitur decretum a decerno, ideſt ſtatuo,& ordino ſecundum Bald. *in auth. & qui iurat. num. 47. in fine. C. de bon. auct. iud. poſſid.*

Id circo de hoc iudicij præparatorio nonnulla huic noſtræ pręparatoriæ practicæ ex ordine congruit applicari. quæ non alibi forſitan ſic præparata reperies.

10 Primo igitur notandum eſt,quod primum decretum non poteſt interponi, niſi ſeruato ordine iudiciario ſeruari ſolito ſecundum fori conſuetudinem. vt docet gloſſa. *in d. l. cum proponas. in verb. rationem. C. de bon. auct. iudic. poſſidend.* Bald. *in l. ſi pacto quo. num. 2. C. de pact.*

11 Hoc eſt, oblato libello, eoq; legittimè concepto,quia vbi nihil ſit petitum vel inepte petitum, non poteſt interponi primum decretum. Bald. *in d. l. ſi finita. §. non autem.in princ.* Mattheſil. *ſingular. 9. incip. nota regulam.*

Et dicitur ineptus libellus, quando non habet eſſe, nec formam eſſe, ideſt, quia continet vitium patens, ſeu non concludit. iſta ſunt verba Baldi in alia materia. *in l. filius a patre.in fine ff. de pet. heredit.*

Intellige tamen, quod libellus etiam ineptus non vitiatur in cauſis,in quibus non requiritur libellus. Alex. *in l. vinum. num. 20. ff. ſi cert. pet.*

12 Secundo ad effectum interponendi primum decretum requiritur, quod præmittatur citatio, quæ dicitur præparatorium primi decreti. vt dicunt. Iacob. de bel. & Giudo de ſuzzar. *in tract. de primo & 2. decreto. in princ.* ſi fiat a iudice competenti,quia incompetens citare non poteſt, quæ quidem iudicis incompetentia vitiat non ſolum citationem, ſed etiam totum proceſſum. Bald. *in l. ea quidem. num. 1. C. si mancip. ita fuer. alienat. ne manum.*

13 Et non ſufficit vnica citatio,ſed requiritur trina, vel vna peremptoria pro omnibus. *l. ad peremptorium. ff. de iudic.* Bald. *in l. nam ita diuus. num. 13. verſ. in citatione iudicis. ff. de adopt.* Alex *in l. 1. §. is videtur. num. 3. ff. si quis iuſdic. non ob ſemper.* Felin. *in cap. quoniam contra. num. 24. de probat.* niſi cauſa ſit talis, quod requiratur peremptorium in diffinitiua. Bald. *in auth. & qui iurat. num. 14. C. de bon. auc. ind. poſſid.*

Item quod citatio fiat de commiſſione iudicis ad petitionem creditoris; Bald. *in l. cum Clericus. num. 3. C. de Epiſc. & Cleric.*

Item quod commissio de citando fiat causa cognita, in die iuridica, & iudice sedente pro tribunali. Bald. *in l. in minorum. num. 5. C. si vi omiss. hered.*

14 Item, quod præsentetur personaliter, si reus potest personaliter inueniri, & habeat domum solitę habitationis, sin minus, debet actor instare, ac petere, vt reus citetur per edictum, idest, quod committatur nuncio, vel pręconi, vt ad

15 instantiam actoris vadat ad contratam, seu vicum, in quo reus citatus morari soleiat, & ibi citet, & proclamet, si sit aliquis, qui velit comparere, vel defendere, compareat coram iudice tali, tale iuri pariturus, & responsurus, alias elapso termino ad cognitionem, & pronunciationem, sua contumacia non obstante, procedetur iustitia mediante, vt docent Bart. & Bald. *in d. l. si finita, §. Iulianus. in §. non autem per illum textum.*

Quia vbi quis non habet domum solitæ habitationis, debet per proclama citari per pręconem. idem Bald. *in l. inter minores. in fi. in prima lectura. ff. de in integr. restit. & in l. si accusatoribus. num. 15. C. de accusat.*

16 Sed cautius est, si propinqui, & amici citarentur, sed propinquus, vel amicus comparens non debet admitti sine mandato. Alex. *in d. l. si finita. §. Iulianus* reprobata glossa *in l. 3. C. de procurat.*

17 Item debet talis citatio per edictum affigi domibus, & affixa relinqui. Bald. *cons. 172. incip. Dignum. lib.* idest in albo pretoris, vel in foribus palatij communitatis, vel si est iudex Ecclesiasticus in foribus Ecclesię cathedralis. vt in *Clement. causam de electionibus*

18 Item quod fiat secundum consuetum stylum citandi in illo foro. Felin. *in cap. quoniam contra num. 22. de probat.*

19 Intellige secundum formam statuti. Bald. *in l. in pecuniarijs. num. 2. C. de procurat.*

20 Item quod reproducatur in actis cum relatione nuncij. Bald. *in l. eum qui res. num. 7. C. de procurat.* quia hoc est de substantia ordinis iudiciarij, & processus. Bald. *cons. 259. vito punito. lib. 3.*

21 in termino, & accusetur contumacia citati, quia si non reproduceretur in termino cum accusatione contumaciæ non poterit citatus reputari contumax, etiamsi in illo termino non comparuerit. Alex. *in d. §. Iulianus. num. 24.*

22 Fallit in criminalibus, vbi adsit statutum, quod ille, qui nō comparet in termino, habeatur pro confesso, quia cum talis confessio procedat ex dispositione legali, non requiritur, quod accusetur contumacia citati, neq; præsentia aduersarij instantis. Bald. *in l. si tutore num. 1. C. de interdic. matrim. inter tutor. & pupil. & liber. eorum.*

Cum de iure communi nunquam contumax habeatur pro confesso in causa criminali. *l. diuus. de custod. reor.*

23 Item quod relatione facta compareat actor, & præuio aliquali libello, in quo narretur contumacia, summarie petat missionem in possessionem. *Bald. in d. l. eum qui res. num. 7. C. de procurat.*

24 Quia vbi oportet prius debitum peti, vel per viam interlocutoriæ, vel per viam diffinitiuæ, vterq; casus intelligitur per libellum. idem Bald. *in l. cum apud veteres. num. 6. vers. item nota. C. de bon. auct. iud. possid.*

Tertio requiritur, quod iudex, antequam interponat primum decretum, summarie cognoscat, si verè, & realiter sibi constet de contumacia citati, videndo citationem presentatam cum relatione nuncij, quam, si iudex non viderit, non potest deliberare missionem.

25 Rofred. *d. tract. ordinis iudiciarij. in d. rubric. in quibus actionibus primum, & secundum decretum interpon. num. 2.* Bald. *in d. l. eum qui res. num. 7.*

26 Etiamsi vere sciat reum esse contumacem, de hoc tamen non constet ex actis. Felin. *in d. cap. quoniam contra. num. 28.* late Baiard. ad Clarum. *in §. fin. quæst. 31. num. 62.* vbi dicit, quod si post actum relatio fieret, nihilominus actus præcedens non conualesceret.

27 Et vbi iudex, non expectata relatione nuncij, festinat dare missionem, processus

cessus est ipso iure nullus. Bald. *in l. 2. num. 5. C. de sportulis.* immo si citatus in vesperis comparuit in hora vesperarum, sed iudex in primis vesperis pronunciauit, at nō dicitur contumax, & potest appellare, quia non debuit credere iudicem ita festinatum. Bald. *in l. diuus Antoninus, in 2. lectura, ff. de in integr. restit.* licet in hoc summaria tan-
28 tum probatio sufficiat, & aliquando per iuramentum petentis. Bald. *in l. si quis alterius, num. 2. C. vbi in rem. actio.*

Considerata qualitate personæ iurantis arbitrio iudicis, Gloss. *in d. l. eum qui res in verb. deliberabit. l. 1. C. quor. appell. not. recip.* & sufficit ad hoc, quod appareat ipsum esse citatum ad domum, vel personaliter. Alex. *in l. 1. §. hoc iudicium num. 13. ff. si quis iusd. non obtemper.* & creditur nuntio referenti de citatione, etiamsi non constet de commissione iudicis, quando est nuncius generalis. Bald. *in l. eadem ratione in additione in princ. ff. de ser.* fallit in criminali, quia tunc constare debet de commissione aliter quam per relationem nuncij. Bald. *in l. neminem num. 3. C. de exhibend. reis.*

29 Prædicta de citatione quoad primum, & secundum decretum procedunt, etiam vbi agatur contra ciuitatem, vel vniuersitatem, quæ ad prædictum effectum debet citari eodem modo, sicut contra singularem personam, hoc est personaliter, vbi sit congregata in Ec-
30 clesia, capitulo, vel arengo. quia tunc dicitur personaliter citari, vbi vero cedula citatoria affigitur ianuis, vel locis publicis, tunc dicitur citari ad domum, vnde ad hoc, vt vniuersitas, vel ciuitas primum, & secundum decretum patiatur, debet citari congregata vt supra, alias non potest constitui in contumacia secundum Bald. *in l. 1. §. quod si nemo in princ. ff. quod cuiusq; vniuers. nomin.*

Non obstat, quod Ecclesia sit locus exemptus, in quo non potest quis citari, quia hoc verum in citatione reali, quę non potest fieri in Ecclesia, secus in citatione verbali, quæ potest ibi fieri, vt per Bald. *in l. etiam. num. 24. C. de execut. rei ind.* dicitur autem citatio realis ipsa captura personę, vel rei. idem Bald. *in l. senatus in fine. C. de ijs qui accus. non poss.* tandem debet iudex, cui constat de contumacia citati, pronunciare sibi liquere de contumacia, hoc modo, videlicet, attenta contumacia rei citati, ac legittime moniti, prout in actis mandauit actorem esse possessorem talis rei, causę, custodiæ, & quod actualiter ponatur in corporalem pos-
31 sessionem per ministrum Curiæ. vt per Abb. *in cap. 1. num. 9. de eo qui mitt. in possess. caus. rei ser.* Hypolitit. Marsil. *caus. crimin. § 2. num. 21.* & hoc in reali, in qua non sufficit dicere, volumus
32 te in possessionem ire, sed debet mandare, esse corporaliter immittendum. Bald. *in auth. & qui iurat. num. 17. C. de bon. aut. iud. poss.*
33 Sed si res de qua agitur sit mobilis, debet actori assignari causa, custodię, nisi actor sit persona suspecta de fuga, quia
34 tunc potest iudex illam retinere pęnes se loco pignoris prætorij, ad hoc vt coerceat contumaciam ad veniendum ad iudicium. *l. 1. §. quid ergo. ff. de vent. inspic.* Alex. *in l. 1. §. is videtur in princ. ff. si quis insd. non ob tempor.*
35 Si vero agatur de re incorporali, puta de nomine debitoris, tunc iudex debet interloqui, hoc modo. videlicet, mandauit nomen talis debitoris esse loco pignoris, & hoc solum verbum iudicis habetur loco missionis in possessionem. Bald. *in l. 1. num. 1. C. de prætor. stipula.*

Caue tamen, quod antequam fiat missio in nomine debitoris, requiritur condemnatio principalis debitoris, & excusio bonorum mobilium, & immobilium illius, demum in subsidium peruenitur ad debitorem debitoris confessum, vel conuictum de debito per instrumentum, alias non valet missio tanquam per saltum, & inordinate facta. idem Bald. *in l. 2. num. 4. C. quando fisc. vel priuat. debitor.* quę excusio fieri non potest nisi citatis possessoribus in processui. idem Bald. *in l. 1. in fin. C. de iur.*

de iur. & fact. ignor. nec sufficit citatio per proclama. idem Bald. *in Auth. hoc ita debitor. num. 2. C. de pignorib.* in actione vero personali non potest fieri missio in possessionem bonorum, nisi iux-
36 ta mensuram debiti declarati, primo mobilium, si extant, alias immobilium. vt *in l. consentaneum. C. quomod. & quand. iudex. cap. quoniam frequenter. extr. vt lite non contest.*

37 Intellige per sententiam interlocutoriam. glossa *in l. meminerint. in verb. sententiam. C. vnde vi.* Bald. *in l. fin. num. 6. C. de bon. auct. iud. poss.* Io. de Imol. *in d. l. si finita. §. non autem. num. 42.* Felin. *in cap. querelam. num. 9. de simon.*

38 Quarto ista missio operatur nudam tantum rei detentionem, nec dat titulum, nec vllam fructuum acquisitionem. *l. in possessionem. C. de bon. auct. iud. possid.* Bald. *cons. 53 ad hoc vt missio. lib. 4.* nisi fiat missio ex re iudicata, vt not. idem Bald. *in l. consentaneum. num. 34. C. quomod. & quand. iudex.* pręsertim in actione personali, in qua missus nullam possessionem acquirit. nec vllum titulum, vnde nec vllo tempore pręscribit. Bald. *in d. auth. & qui iurat. num. 19.*

39 Cum talis missus non dicatur possidere, sed tenere rem cum ipso domino, & eum sequatur, velut canis leporem; nec aliud tribuat, quam ius custodiendi, Rota coram Motmanno *penes Paul. Rub. decis. 257. num. 10. & seq. tomo 2. parte 6.*

Ratio, quia in personali constituitur pignus prętorium, quod satis est actori, ad differentiam realis actionis, quia in re propria non cadit pignus. vt notat. Bald. *in l. consentaneum. num. 37. C. quomod. & quand. iudex.*

40 Ideo missus in personali, si fructus percipiat, illos restituere teneatur, cum non possideat, neq; ciuiliter, neq; naturaliter, nisi causa custodię. Giudo Pap. *in tract. de primo & 2. decreto n. 21.* Simon Vicentinus. *eodem tract. nu. 14. & 15.*

In tantum quod si missionem passus compareat quandocunq; ante secundum decretum recuperat non solum tenutam, sed etiam, si res vendita fuerit auctoritate iudicis, prętium rei venditę. etiam vsq; ad 30. annos. secundum Simon. Vicentin. *in suo tract. de iudiciali missione. num. 16.* prodest tamen talis detentio, quia si aduersarius voluerit de facto insistere in possessione, potest missus petere, & instare, quod
41 sequestrentur fructus, ne inter se veniantur ad arma. Bald. *in l. si is qui. §. si antiphiena. in fin. C. de pignor. & hypotec.* vbi dicit, quod ita se habet practica iudiciorum.

42 Vel potest missus ex primo decreto locare rem detentam. si fuerit immissus vigore contractus debiti liquidi. Vincent. Caroc. *tract. de locat. & conduct. parte 2. quæst. 5. num. 3. & seqq.* non autem ad longum tempus. Bald. *in auth. & qui iurat. num. 40. C. de bon. auct. iudic. possid.*

Ratio, quia primum decretum in pręparatorijs non aufert possessionem, si de facto aduersarius possessor insisteret ei, & multo minus aufert dominium;
43 cum illud non perdatur, nisi per secundum decretum. Bald. *in d. l. consentaneum num. 10. & 34.* Seraphin. *decis. 1107. num. 2.* & proinde passus missionem ex primo decreto lato in pręparatorijs, si non admittit missum, sed ei re-
44 sistit, non incidit pęnam. *ff. ne ius fiat ei. vt per* Bald. *in l. omnium. §. vbi decretum. num. 5. ff. de offic. proconsul.* nisi fiat missio ex vltima voluntate, propter speciale priuilegium specialiter concessum. vt *in l. postquam §. Imperator. vt legat. nom. caueat* & notat. Bald. *in d. l. consentaneum num. 35.*

45 Vnde fatuus esset iudex, qui ex primo decreto daret rem in solutum. Rofred. Beneuentanus *d. tract. ordinis iudic. in d. rubric. in quibus act. primum & secundum decretum interp. num. 1.*

46 Cum talis datio insolutum non possit fieri, nisi per secundum decretum per adiudicationem bonorum, emptore non inuento. Alex. *cons. 53. nu. 5. lib. 5.*

47 Quæ tamen adiudicatio fieri non potest, nisi expectato reo per annum, vel pro eo tempore, quod pręscribatur a statuto.

ſtatuto. Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *C. ſi propter publ. penſitat.* niſi eſſet periculum in
48 mora, quia tunc poteſt accellerari ſecundum decretum. Bald. *in l. vbi ad huc. in fin. C. de iure dot.*

49 Et non niſi prius probato, & liquidato debito, & iuxta illius menſuram. *auth. de exhib. reis. §. ſi vero ſemel.* Bald. *in l. cum archimedoram. in fin. C. vt in poſſeſſ. legat.* & *in conſ.* 283. *miſsionem paſſus. lib.* 5. Alex. *in d. l. eum qui res. num.* 14. *C. de procurat.* vbi exemplificat in hypotecaria perſonali, in qua non poteſt fieri miſsio, niſi pro rata, & menſura debita, & pro expenſis, ſecus in reali, in qua, ſi petantur quædam bona, vel omnia, tanquam hypotecata, fit
50 in omnibus petitis miſsio. Bald. *in d. l. eum qui res. num.* 9. vbi tamen dicit, quod in hypotecaria ſemper fit miſsio adinſtar realis, non perſonalis actionis, & licet prima miſsio, ſeu primum decretum poſsit vniuerſaliter interponi in omnibus bonis, tamen ſecundum decretum debet ſemper cadere ſuper re certa. Bald. *in l.* 1. *C. de iure dominij impetrand.*

Cum hodie non poſsit fieri miſsio, niſi pro menſura debiti, & ſi fieret in plus, diceretur executor excedere modum, quod non licet. Bald. *in d. auth. & qui iurat num.* 6. non tamen vitiatur ſecundum decretum, licet res plus valeat, ſed illud plus debet reddi debitori. idem Bald. *in l. vetuſtiſsimam. num.* 4. *C. de iure domin. impet.*

Sed ſi contra primum, & ſecundum decretum opponatur exceptio ſolutionis, proceſſus eſſet ipſo iure nullus. Bald. *in d. l. cum proponas. num.* 2.

51 Quinto notandum eſt, quod primum decretum modicę eſſet vtilitatis, niſi ſequatur ſecundum, ideo miſſus ex primo decreto debet inſtare, vt per ſecundum decretum fiat poſſeſſor, accuſando contumaciam rei, adhuc comparere, vel reſpondere nolentis. cum ſecundum decretum ſit ſecunda iudicis aggrauatio punitiua comtumacię. Rom. *ſingul.* 589. *incip. in hoc conſului.*

52 Quo caſu iudex debet procedere ad ſecundum decretum, hoc modo videlicet, quia talis vocatus legittime non curauit, neq; curat venire, ſed in contumacia perſeuerat, neq; ab aliquo defenditur, & quia de debito legittime conſtat, ne de malitia ſua videatur commodum reportare, pronunciamus actorem mittendum eſſe in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, ſicut nos mitti mandamus, inſtante eodem actore. ſecundum Giud. Pap. *in d. tract. de primo, & ſecundo decreto. num.* 31. quod ſecundum decretum propter plenum præiudicium, licet habeat vim diffinitiuę, tamen eſt interlocutoria, quia non agitur principaliter ad hoc. Bald. *in l. ſi Clericus. num.* 16. *C. de Epiſcop. audient.*

53 Et ſic per iſtud ſecundum decretum nanciſcitur actor veram poſſeſſionem, & dominium. *l. qui vniuerſas. §. item cum prętor. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Etiam ſine noua inueſtitura, ſeu apprehenſione corporalis poſſeſsionis, vigore ſecundi decreti, ſed ſufficit ſecunda miſsio verbalis, quæ operatur, vt poſſeſsio apprehenſa, vigore primi decreti, tranſeat in veram poſſeſsionem vigore ſecundi decreti, quod propterea non eſt neceſſe, quod conformetur
54 cum primo decreto, cum ſit illius continuatiuum. Bald. *in d. auth. & qui iurat. num.* 46. *C. de bon. auth. iudic. poſsid.* & *in d. l. ſi finita. §. non autem in princ.* ita vt poſt ſecundum decretum neq; aliquis tertius veniens contradictor admitti poſsit, eo quia venit poſt ius quęſitum miſſo in re. idem Bald. *in l. is a quo in additione. ff. de rei vendicat.* niſi res, in qua eſt facta miſsio, ſit alterius, vel quoad proprietatem, vel quoad poſſeſsionem; idem Bald. *in l. ob maritorum. in prin. C. ne vxor pro marit.* vnde miſsio facta contra colonum non præiudicat domino non citato. Bald. *in l.* 2. *num.* 14. *C. vbi in rem actio.*

Hinc eſt, quod ſi canonicus aliquis, qui diu ſtetit in choro, & capitulo, vt Canonicus, ſed non erat, ſed poſtea Papa diſpenſauit ſecum, & contulit ei eundem canonicatum, non habet neceſſe denuo apprehendere corporalem poſſeſ-

55 possessionem, nec nouam installationem, cum prima sufficiat ex quadam conuersione, seu mutatione, quæ fit ipso iure ex causa superuenienti. secundum Bald. *in l. si aquam. num. 57. C. de seruit, & aqua.*

56 Quod tamen intelligas, si Papa fuit certificatus de intrusione in dicto Canonicatu, alias secus, quia in dubio non præsumitur Papa voluisse tollerare in possessione ille, qui erat intrusus. Innoc, *in cap. qualiter, & quando. de accusat.*

57 Præsertim si possessio talis canonicatus peruenit ad eum cum vitio, cum in beneficijs non tolleretur vitiosus ingressus, sed omnis possessio debet habere causam, & esse cum titulo, alias dicitur vitiosa. *cap. ad sedem. de restit. spoliat.* ideo in beneficialibus non habet locum ista missio. Bald. *in l. extat. num. 4. ff. quod met. caus.*

Et proinde quando duo petunt possessionem vnius beneficij vacantis, oportet quod discutiatur ius alterius contradictoris. Innoc. *in c. veniens. de testib.*

58 Intellige prædicta procedere in actionibus personalibus, secus in realibus, in quibus non habet locum secundum decretum, cũ missus ex primo decreto in realibus vere possideat. secundum Rofredum. *vbi supra. num. 12.* vbi *sub. num. 3.* dicit, quod nunquam meminit se legisse, vel audiuisse, quod secundum decretum esset necessarium in realibus, & quomodo interponatur secundum decretum in realibus. vide Bald. *in auth. & qui iurat. num. 43. C. de bon. aut. iud. poss.*

Fallit in vsufructuario, contra quem proceditur ad secũdum decretũ, in hac forma, videlicet, quod sibi denegatur persecutio vsusfructus, & transfertur in actorem commoditas percipiendi vsumfructum, sed non ius vsusfructus, quia illud est personale, & non potest separari a persona vsusfructuarij. *l. si cum vsufructuario,* & ibi Alex. *ff. si ex noxal. action.*

Sexto nota etiam, quod secundum decretum debet fieri in eadem instantia, in qua factum fuit primum decretum, quia si post primum expirasset instantia triennalis, non poterit deueniri ad secundum decretũ, nisi inchoato nouo processu per nouum libellum,

59 intelligas tamen, si primum decretum fuit latum post litem contestatam, secus si in præparatorijs, quia tunc missio non habet instantiam, sicut instantiam

60 non habent præparatoria iudicij. Bald. *in d. l. consentaneum. in fine.* Mathesil. *singular. 31. nota quod processus ad secundum decretum.*

Cum in præparatorijs iudiciorum instantia sit perpetua, sed in iudicijs sit triennalis a die litis contestatæ. *l. properandum. §. 1. C. de iudic.* quia a die litis contestatæ incipit esse iudicium, idest discussio iurium, nam iudicium dicitur dum discutitur, iustitia, dum deciditur. Bald. *in l. si cum ea. nu. 3. C. de dot. promiss.*

Idcirco primum decretum, tanquam latum in præparatorijs non habet instantiam triennalem. Bald. *in l. consentaneum. in fin. C. quomodo & quand. iudex.*

61 Sicut nec secundum decretum est propriè diffinitiua sentẽtia. Alex. *in l. iubere cauere. num. 17. ff. de iurisd. omn. iudic.* præsertim vbi sit latum in præparatorijs, secus si post litem contestatam,

62 quia tunc etiam latum ex falsa causa valet, & tenet. Bald. *in l. sunt & alia. in fin. ff. de publician. in rem act.*

63 Septimo notandum, quod passus missionem ex primo decreto habet de iure communi annum, intra quem potest comparere, & purgare contumaciam, & recuperare tenutam. vt supra dixi, & probatur *ex l. si quis emptionis. §. penult. C. de præscript. 30. ann.* quem textum licet Menoch. *de arbitr. cas. 6. lib. 2.* dicat nihil ad rem facere, cum secundum eum loquatur in præscriptione, & sic in materia penitus diuersa, tamen Baldus, & alij doctores dicunt illum loqui de missione ex primo decreto facta in præparatorijs, vt infra dicam *sub num. 66.*

64 Post vero annum non debet audiri, nisi super proprietate, & tunc fit de possessore petitor. Bart. *in l. inficiando.*

§. *infans*

§. infans. num. 2. ff. de furt. Simon Vincentinus *d. tract. num.* 4. Giudo Pap. *d. tract. de primo, & secundo decreto. nu.* 25.

Sed si missio facta fuerit in re ipsa, quę pro se ipsa, non autem pro pecunia debita, petita fuerit, tunc non auditur missionem passus.

65 Etiamsi voluerit soluere debitum cum expensis, iuxta magis communem, de qua per Alex. *in d. l. si finita. §. Iulianus.* & *in d. l. properandum. §. sin autem reus. num.* 9. & ibi etiam Bald. *num.* 3.

Declara tamen prędictam opinionem procedere cum hac temporis distinctione, videlicet, aut missio fuerit facta ante litem contestatam, vel quasi, & potest recuperari tenuta, data cautione, & solutis expensis. aut post, & tunc nō potest recuperari, sed fit de reo actor. aut post latam diffinitiuam sententiam, & tunc, cum sit terminus instantiæ, nec speretur diffinitiuā, nec secundum decretum, omnis via proclusa est, tam in possessione, quā in proprietate. Bald. *in l. si quis alterius. num.* 23. *C. vbi in rem act.* & *in d. l. properandum. §. sin autem reus. in fine.* quia, inquit, si

66 restitueretur possessio, veniretur ad retractationem pronunciati, quod fieri non potest; secus si missio fuerit facta in præparatorijs, quia tunc recuperatur possessio infra annum. vt dixi. *per d. l. si quis emptionis. §. fin.* qui loquitur

67 de missione facta in prędaratorijs, secundum Bald. *vbi supra.* data prius satisdatione de iudicio sisti. *vt supra.* a qua non excusatur, etiam qui immobilia

68 possideret. Alex. *in l. sciendum. in princ. ff. qui satisd. cog.* & ibi etiam Ias *in* 2. *col.* quia annus ad comparendum, & recuperandum tenutam satisdando, non competit, nisi missionem passo in præparatorijs. vt *in d. l. si quis emptionis. §. penultimo.* sed post litem contestatam, vel quasi, nullum datur tempus, nec est aliud remedium, quam agere. Bald. *in d. auth. & qui iurat. num.* 23. *vers. nota quod pęna. C. de bon. auctor. iud. possid.* sed ad comparendum, & recuperandum soluendo debitum, potest vsq; ad 30. annos, & vsq; in infinitum, secundū Bald. *in d. authentica. num.* 18.

69 Sed in terris Ecclesiæ cautio prædicta non præstatur ab eo, qui immobilia possidet, contra quem de facili possit fieri executio. Mandol. *tract. de monitorijs. quęst.* 32. *num.* 1. *&* 2. & remittit se ad bullam Pij Quinti dantem nouam formam procedendi contra contumaces.

70 Ad huiusmodi autem contumaciam purgandam, admittitur etiam procurator ad lites, cum quilibet possit agere, & respondere tum per se, quam per procuratorem suum, vt per gloss. *in l. presenti lege. §. cum autem monitus. C. de his qui ad Eccles. confug.*

71 Et debet iudex siue velit, siue nolit illum admittere. Bald. *in l. seruum quoq; § publicè. in fine. ff. de procurat.* quia inquit, non potest reputare dominum contumacem, eum miserit procuratorem, cū nō possit iudex auferre domino ius comparendi per procuratorem, nisi ex iustissima causa, vel ratione, in omnibus iudicijs, etiam criminalibus, in quibus non est locus torturæ. hęc sunt verba sua, quia non potest dici contumax ille, pro quo alius legittime com-

72 paruit, & dicitur legittime comparitum, per procuratorem. Bald. *in l. si ideo in princ. ff. de euict.* immo, qui potuit dimittere procuratorem, & non dimisit, non est verus contumax, cum per hoc non dicatur esse in dolo, licet sit in culpa, quæ non repellit eum ab appellando. Bald. *in l. inter minores. in fin. ff. de in integr. rest.* eo enim ipso quod procurator est constitutus ad lites, vel ad ali-

73 quid, dicitur constitutus ad omnia, quę dependent ab illo. idem Bald. *in l. cum procurator. num.* 2. *ff. de oper. nou. nunc.*

Et citatus ad comparendum, videtur indistinctè citatus ad comparendum siue per se, siue per procuratorem. Alex *in l. non exigimus. §. si quis in iudicio. num.* 11. *ff. si quis caut.*

74 Cōprobatur, quia si dominus ex contumacia procuratoris ad lites patitur primum decretum in prędaratorijs. Bald. *in l. omnibus magistratibus. num.*

2. *ff. si quis iudic. non obtemper.* & *in l. prator att. §. quæsitum est. ff. de damn. infect.* vbi secus dicit in iudicijs, & facit Felin. *in cap. primo. num. 7. de litis contest.* vbi ponit quattuor casus, in quibus dominus patitur primũ decretum in iudicijs ex negligentia procuratoris. ratio, quia debuit procuratorem diligentem eligere. Ballamer. *decis. 685. col. fin.* fallit, si procurator fuerit impeditus per casum fortuitum. quia tunc excusatur dominus a contumacia. Bald. *in l. cum a matribus. C. qui pet. tutor.* consonum est, quod idem dominus possit per procuratorem suum comparere in præparatorijs, & purgare contumaciam, & euitare missionem ex primo decreto.

75 Octauo requiritur, quod iudex, qui vult interponere primum decretum in præparatorijs, sit iudex ordinarius, quia delegatus hoc non potest. glossa. *in d. l. cum proponas. in verb. competenti.* Odofred. *d. tract. de primo, & secundo decreto. num. 6.* vbi dicit, quod debet interponi a iudice ordinario, qui habeat sub sua iurisdictione actorem, & reum. late Bald. *in l. nec quicquam. §. 1. col. 7. vers. sed occurrit videre. ff. de offic. procons.*

Nono nota, quod missio in possessionem ex primo, & secundo decreto, cum sit remedium prætoris ad propulsandam contumaciam nolentis comparere in iudicio, non excludit alia remedia in præparatorijs, sed omnia possunt cumulari. Bald. *in l. sancimus. num. 12. C. de indic.*

76 Vnde licet debitor meus sit positus in carcere, adhuc tamen possum contra eum impetrare primum, & secundum, decretum. Bald. *in l. 1. §. non solum. col. 3. vers. illud nota. ff. si quis iudic. non obtemper.* & *in l. ignorare. in fine. ff. de restit. milit.* Dec. *cons. 562. viso puncto diligenter. num. 8. & 9.* ratio quia processus missionis in possessionem est extraordinarius, & vnum extraordinarium auxilium non tollit aliud. Bald. *in l. si is cuius. in additione. in fine. ff. quib. ex caus. maior.*

Decimo nota, quod si actor sit contumax in præparatorijs, consulitur reo, vt faciat eum vocari tribus edictis cum interuallo 30. dierum, qui, si non venerit, indulgetur ei annus, intra quem si venerit, auditur restitutis expensis, alias proceditur contra eum ad sententiam diffinitiuam. *auth. qui semel. C. quomod. & quando iudex.* Tancretus. *d. tract. de ordine iudiciario. in tit. de contumacibus fol. 50.* tu dic quid si actor est contumax

77 in procedendo, iudex assignato ei termino ad procedendum, potest absoluere reum ab obseruatione iudicij secundum Bald. *in l. properandum. §. & si quidem. num. 18. C. de iudicijs.*

78 Vndecimo nota, quod si missio ex primo decreto obtineatur ab vno ex creditoribus contra vnum ex pluribus idem debentibus, per eam non appropriat sibi ius debiti in præparatorijs, sed prodest etiam alijs, secus si secuta sit litis contestatio, quæ, cum non sit communis alteri correo credendi, non prodest ei, sed solum obtinenti. vt per Io: de Imol. *in l. ex duobus. num. 4. ff. de duob. reis.* vnde si plures fuerint creditores ex causa iudicati, vel ex instrumentis guarentigiæ, vno misso, cæteri non dicuntur missi, cum ille missus acquirat sibi possessionem sibi ipsi, quam non quærit citra eius propositum alijs creditoribus eiusdem tituli. ita dicit Bald. *in l. si decreto. in fine. C. qui potior. in pign. hab.*

79 Amplia, vt debitor, qui postea vult recuperare tenutam, & cogere creditorem ad recipiendas pecunias, non possit petere, vt per creditorem sibi caueatur de reddendo alijs creditoribus; cum debitori offerenti non reperiatur prouisum de alio remedio, quam vt creditor ei cedat actiones. *l. mulier. ff. qui pot. in pign. hab.*

Nisi in actione tributaria, & alijs casibus exceptis a iure, in alijs vero non exceptis, non est talis cautio præstanda, sed creditoribus primo venientibus est satisfaciendum, nulla præstita cautione, cum regulariter æqualis sit creditorum conditio, quandocunq; agentium. DD. & præsertim Alber. *in l. procuratoris. §. vltimo*

vltimo, & ibi etiam Angel. *num.* 2. & Fulgos. *ff. de tribut. act. cum aliis congestis in Romana vineę de Pannalinis 29. Octobris. 1599. coram Millino.* & propterea debitor carceratus ad instantiam vnius creditoris, non intelligitur carceratus ad instantiam aliorum creditorum paria credita habentium, ita quod non possit relaxari, nisi omnibus soluat. Bald. *in d. auth. & qui iurat. num.* 10. vbi dat cautelam debitori carcerato, vt faciat se relaxari die feriata, ne ad instantiam aliorum creditorum arestetur, quod non potest fieri in die feriata, & caueat, inquit, ne capiatur sub pretextu futuræ fugę.

81 Duodecimo nota, quod, ad effectum interponendi secundum decretum, requiritur vera latitatio debitoris, idest dolosa sui occultatio, alias si interponeretur contra absentem ex causa necessaria, seu probabili, non deputato ei cu-
82 ratore, decretum esset, ipso iure, nullum iuxta communem Doctorum opinionem, de qua per Bald. *in d. l. ignorare. C. de restit. milit.*

83 Dicitur autem absens, qui non est in ciuitate, siue territorio. idem Bald. *in auth. si omnes. num.* 8. *C. si vt se ab heredit. abstin.* & secundum prædicta nota, quod a primo decreto potest appel-
84 lari, quia per illud excluditur reus a processu, causæ, nisi caueat, & expensas reficiat, a quo grauamine potest appellari, sed a secundo decreto, vbi interuenit vera latitatio, non appellatur
85 propter veram contumaciam, secus vbi non interuenit latitatio. ita notat Bald. *in l. si Clericus. num.* 15. & 16. *C. de Episcop. audient.* quia tunc a secundo decreto, tanquam habente vim diffinitiuę, cuius grauamen non possit aliter
86 reparari, admitti debet appellatio. Bald. *in l. per hanc. num.* 29. *C. de tempor. appellat.*

Vt si iudex faciat cominationem, vel decretum de torquendo, vel aliud quod illatum non potest reparari. idem Bald. *in l. si quis prouocatione. C. de appellat.*

87 Licet secundum decretum proprie non sit diffinitiua sententia. Alex. *in l. iubere cauere. num.* 17. *vers. sed verior videtur. ff. de iurisd. omn. iud.* sed interlocutoria habens vim diffinitiuę, quæ transit in rem iudicatam, si non appelletur. Bald. *in d. auth. & qui iurat. nu.* 44.

Et sic concludas, quod a secundo decreto potest appellare fictus, vel præsumptus contumax; quia facta, vel pręsumpta contumacia non officit appellanti, verus autem contumax non, nisi prius contumaciam purget. idem Bald. *in d. auth. & qui iurat. num.* 44.

88 Decimo tertio nota, quod in causa appellationis, non est locus primo, nec secundo decreto in præparatorijs, cum iudex ad quem possit procedere ad diffinitiuam sententiam contra contumacem, vel reum, vel actorem, lite non contestata, cautius tamen est, quod appellans offerat libellum coram iudice ad quem, & faciat aduersarium citari, & si compareat fundet causam per litis
89 contestationem, si vero non compareat faciat ad cautelam eum pronunciari contumacem, & litem haberi pro contestata. & hæc esse necessaria præparatoria fundandum iudicium appellatorium, dicit Bald. *in l. cum anterioribus. num.* 1. *C. de tempor. appellat.*

90 Decimo quarto nota, quod etiam Ecclesia, & minor patiuntur primum, & secundum decretum, vel patiuntur venditionem pro suis debitis, si non defenduntur, alias creditor non posset ad suum peruenire, quod est absurdum. licet in Ecclesia melior via sit, quod prę latus, vel rector cogatur vendere secundum Bald. *in d. l. cum proponas. num.* 2. & *in d. auth. & qui iurat. num.* 44. *C. de bon. auct. iudic. possid.*

91 Decimo quinto nota, quod missio ex primo decreto facta in præparatorijs iudiciorum non dicitur proprie executio. ita notat Bald. *in d. l. consentaneum. num.* 49. vbi infert ad statutum, quod debitum sit præscriptum, si intra decem annos petitum & exactum non fuerit, & dicit quod licet fuerit petitum intra decem annos, & in contumacia rei

facta mißio in re ex primo decreto, non propterea dicatur facta executio ad formam dicti statuti.

PRAEPARATORIVM X.

Vtrum bannum ob contumaciam, in preparatorijs a iudice latum, possit absq; alia condemnatoria sententia executioni demandari?

SVMMARIVM.

BANNVM est duplex, vt hic. 1.
Bannum primum est adinstar primi decreti. 2.
Bannum quandò resoluitur in simplicem citationem. 3.
Bannum debet ferri pramissis tribus citationibus. 4.
Praparatoria iudicij criminalis requirunt trinam citationem. 5.
Bannum latum in preparatorijs est interlocutoria propter contumaciam 6.
Interlocutoria banni lati in praparatorijs differt a banno lato post litem contestatam, & illud confunditur per istud. 7.
Bannitus ex contumacia, non dicitur bannitus ex maleficio. 8.
Banni sententia non arguit, quem esse criminosum. 9.
Condemnatus per interlocutoriam primi banni, proprie non dicitur condemnatus. 10.
Interlocutoria fertur summarie, & extra ordinem, diffinitiua vero cum solemnitate. 11.
Ab interlocutoria primi banni datur appellatio. 12.
Bannitus incurrit infamiam facti, non iuris. 13.
Statutum, quod contumax habeatur pro confesso, inducit fictam confessionem. 14.
Verba, habeatur pro confesso, intelligunt ur per sententiam interlocutoriam. 15.
Ab interlocutoria inferente grauamen irreparabile datur appellatio. 16.
Bannitus per secundam bannum habet annum ad comparendum. 17.
Bannitus ex sola contumacia potest torqueri. 18.
Bannitus impeditus iusto impedimento, ne intra annum possit comparere, habet restitutionem in integrum ad comparendum. 19.
Bannum primum non est pœna, sed preparatorium pęnæ. 20.
Bannum primum non potest exequi, nisi sequatur secundum. 21.
Per preparatoria causa, quis non potest recipi inter reos. 22.
Bannum secundum est sententia diffinitiua. 23.
Absens in criminalibus condemnatur diffinitiuè, etiam lite non contestata. 24.
Primum bannum strictè intelligi debet. 25.
Statutum, quod contumax habeatur pro confesso, strictè intelligendum. 26.
Statutum, quod bannito non reddatur ius, intelligitur in agendo, secus in defendendo. 27.
Declara vt ibidem.
Executio facti fieri non potest, nisi pracedat liquidatio. 28.
Executio facta, non procedente liquidatione, est nulla. 29.
Bannum Imperiale, vel Regis habet executionem paratam. 30.
Rex in regno suo est Imperator regni sui. 31.
Bannum vigore statuti habet vim rei iudicata. 32.
Bannum nullum ex defectu iurisdictionis, semper potest opponi nullum. 33.
Bannum erroneum in tempore, siue termino habetur, ac si non esset latum. 34.
Bannum erroneum in termino suppletur a lege. 35.
Declara vt hic. 36.
Bannum latum in die feriata ad honorem Dei est nullum. 37.

Ad

1 AD euidentiam pręmitto in primis bannum, de quo agimus esse duplex, Primum videlicet, & secundum: primum est illa cominatio, quam facit iudex citando ad comparendum infra certum terminum sub pœna banni. secundum est, ipsa sententia condemnatoria cum impositione pęnæ ipsius banni. vt late declarat Biard. ad Clarum *in §. fin. quæst. 64. num. 40. & 42.*

2 Secundum, quod primum bannum est adinstar primi decreti, quia sicut in ciuili annullatur primum decretum per comparitionem ante secundum decretum, vt dixi *in præcedenti præparatorio. num. 40. & 63.* ita etiam in criminali primum bannum per comparitionem, ante secundum bannum, resol-
3 uitur in simplicem citationem, ita vt amplius non dicatur bannitus. Bald. *in l. prima. num. 3. C. de postuland.* Baiard. *loco supra citato.*

Criminaliter enim iudicia adinstar ciuilium rediguntur. *l. absentem. ff. de pœnis. cum simil.*

4 Tertio, quod non dicitur latum primum bannum, nisi pręmissis tribus citationibus, ita vt non sufficiat vna pro tribus propter magnum pręiudicium, quod inde sequitur. Bald. *in l. receptitia. num. xi. vers. sed pone statuto cauetur. C. de constitut. pecun.*

5 Pręsertim quoad pręparatoria iudicij criminalis, in quibus debet internenire trina citatio, nec sufficit vna, vbi maxime agitur de confiscatione bonorum. Bald. *in l. 1. num. 4. C. de requir. reis.*

6 Quarto, quod etiam primum bannum est quędam interlocutoria, quę fertur propter coutumacia in præparatorijs. idem Bald. *in l. 1. num. 7. C. ex delict. defunct. in quantum hæredes ten.* Aret. *in l. qui a latronibus. num. 7. ff. de testam.*

7 Quæ interlocutoria banni stat per se a secundo banno, seu a principali sententia condemnatoria, qua secuta confunditur primum bannum. Bald. *in l. si Clericus. num. 9. C. de Episcop. & Cleric.*

8 Non tamen bannitus ex contumacia dicitur bannitus ex maleficio. Bald. *in l. prima. §. non solum. in additione. num. 4. ff. si quis iusdic. non obtemper.*

9 Nec sententia banni arguit, quem esse criminosum, cum aliud sit esse criminosum, aliud vero condemnatum, vel bannitum, quod etiam innocentibus accidit. Bald. *in l. ingenuum. in additione. ff. de stat. homin.* sed tu in hoc distingue, prout distinguit ipse Bald. *in l. ignorantia. C. de crim. stellion.*

10 Quinto, quod condemnatus per interlocutoriam primi banni propriè non dicitur condemnatus. Bald. *in l. 1. §. non solum. num. 4. C. si quis iusdic. non obtemper.*

11 Secus si per diffinituam, cum interlocutoria non sit tantę efficacię, quantę est diffinitiua, quia illa fertur summatim, & extra ordinem, ista vero cum magna solemnitate. idem Bald. *in d. l. 1. num. 1. C. de postuland.*

12 Item ab interlocutoria primi banni datur appellatio, præsertim si bannitus non sit verus, sed fictus contumax, & hoc propter pręiudicium, quod trahit secum talis interlocutoria circa infamiam, quam incurrunt banniti, secus a sententia diffinitiua propter veram contumaciam. Bald. *in d. l. si Clericus. num. 9. C. de Episcop. & Cleric.* in-
13 tellige de infamia facti non iuris. idem Bald. *in fin. C. de requir. reis.* bannitus tamen ex contumacia non efficitur infamis. idem Bald. *in l. 1. in fine. C. de calumniatorib.*

14 Et propterea statutum, quod contumax habeatur pro confesso, non inducit, nisi fictam confeßionem ex sola contumacia descendentem, ideo non excludit appellationem. Bald. *in l. ita demum. 6. C. de procurat.*

15 Cum illa verba, habeatur pro confesso, intelligi debeant, per iudicis interlocutoriam, idem Bald. *in d. l. 1. num. 7. C. ex delict. defun. in quantum hæred. ten.*

16 A qua interlocutoria datur appellatio, vt dixi, nisi aliter a statuto caueatur, cum eius grauamen non poßit aliter reparari. Bald. *in l. per hanc. num. 29. C. de temp. appellat.*

Sexto

17 Sexto, quod post secundum bannum, seu condemnatoriam sententiam legitime intimatam, bannitus habet annum de iure communi ad comparendum, & purgandum contumaciam. *l. si quis emptionis. §. penultimo. ff. de praescript. 30. ann.*

18 Intra quem, si compareat, admittitur ad docendum de eius innocentia; qua plene probata absoluitur, sin minus, aut torquetur, aut sententiae executioni demandatur. & ita in statu Ecclesiastico obseruari testatur Baiard. *vbi supra. num. 34.*

19 Intellige praedicta, dummodo non fuerit iusto impedimento impeditus, puta propter infirmitatem, ne intra annum posset comparere; quia tunc poterit petere restitutionem ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur. Bald. *in l. 1. in fine. C. de requir. reis.* allegato tamen, & probato impedimento. idem Bald. *in l. cum non voluntatis. in fine. C. quomod. & quando iudex.* nisi constaret, quod etiam impedimento cessante nolebat comparere, quia tunc impedimentum non prodest ei. *l. is qui rei. ff. ex quib. caus. maior.* vbi quod causae absentiae, & frustratoriae audiendae non sunt.

20 Ex praemissis elicitur conclusio, quod si iudex ferat bannum in praeparatorijs propter contumaciam, non potest illud exequi, cum illud non sit poena, sed praeparatorium poenae, sed debet postea ferre secundum bannum, idest sententiam condemnatoriam; quia per illam dicitur liquidata, & imposita poena, quae po-
21 test exigi, alias non. ita Bald. *in rubrica. C. commination. & Epistol. pro gram. in subscript. vim rei iudic. non haber. num. 7. vers. quaero vna cum Iacob. butr.*

22 Sicut nec per praeparatoria iudicij criminalis recipitur quis inter reos. idem Bald. *in l. 1. num. 28. vers. item per praeparatoria. C de ijs qui accusar. non poss.* vbi quod fama, quae est praeparatoria ad inquirendum, non facit reum esse inter reos, cum secundum bannum seu sententia condemnatoria, dicatur
23 diffinitiua, quae sortitur effectum suum. Bald. *in l. quid ergo. §. quantum. ff. de his qui not. infam.* etiamsi lata sit, lite non contestata; quia in criminali absens condemnatur, etiam diffinitiue, vbi nullum aliud adest remedium. Bald. *in l. absentem. in fine. C. de accusat.*

24 Primum vero bannum, cum sit sententia interlocutoria, stricte intelligi debet, & effectus illius restringi. Bald.
25 *in l. seruum quoq; §. publicè. num. 5. ff. de procurat.* Felin. *in cap. nullus. de praescript. in fine.* vbi, quod statutum, quod con-
26 tumax condemnetur, tanquam confessus, stricte intelligi debet. Adde Bald. *in l. sed & si per praetorem. in additione. ff. quib. ex caus. maior. rest.* vbi quod statutum dictans, quod bannito non reddatur ius, intelligitur in agendo, non autem in defendendo, cum stricte intelligi debeat, ne ius naturale sibi denegetur. intellige de mera defensione, non autem de ea, in qua bannitus, non solum est reus, sed etiam actor, vt in exceptione compensationis, vel simili. idem Bald. *in l. quoniam. num. 7. C. ad l. Iul. de adulter.*

27 Praeterea primum bannum non dicitur liquidum, nisi per secundum, ergo non potest exequi, cum in his, quae requirunt executionem hominis, nunquam fieri possit executio, nisi praece-
28 dat liquidatio. Bald. *in auth. in donatione. in fine. C. de secund. nupt.* Soccin. Sen. *cons. 89. sub num. 1. lib. 3.* citata parte. idem Bald. *in l. si causam. num. 12. C. de execut. rei iudic.*

29 Et nullam esse executionem factam non praecedente liquidatione, dicit Anton. Monac. *decis. Bononien. 12. num. 98. & seq.*

Etiam contra debitorem suspectum de fuga, contra quem non potest relaxari captura, nisi pro debito liquido. Bald. *in l. consentaneum. num. 32. C. quomod. & quando iudex.*

30 Rursus bannum de iure communi nō habet vim sententiae, nisi sit bannum Imperiale, vel Regis. quia Imperator, & Reges non ligantur legibus in Regno
31 suo, & lex in regno suo est Imperator regni sui. Bald. *in l. exemplo. num. 3. C. de probat.*

Vel

32 Vel nisi, vbi statutum tribuat banno vim rei iudicatæ. Bald. *in l. eleganter. §. si quis post. col. 3. vers. idem dico de exceptione banni. ff. de iureiur.*

33 Intellige tamen prædictum statutum, dummodo bannum non sit nullum, vel ex defectu iurisdictionis, vel quia iudex de facto processerit ad banniendum, quia contra huiusmodi bannum potest opponi nullitatis exceptio, etiam non obstante statuto, quod contra bannum non possit opponi de nullitate. Bald. *in l. filius a patre. in additione. ff. de petit. hæredit.* intellige de nullitate, quę sit in euidenti. idem Bald. *in l. eum. num. 1. C. ad l. Iul. de adulter.* & talis nullitas potest per reum bannitum perpetuo excipiendo deduci, & opponi. idem Bald. *in l. non ignorat. num. 59. C. de ijs, qui accusar. non poss.*

34 Item si iudex errauit in termino, siue in tempore banni, quia tale bannum habetur ac si non esset latum. Bald. *in d. l. 1. num. 6. C. de requir. reis.* contrarium dicit idem Bald. *in l. si ea. num. 16. vers. pone statuto cauetur. C. de ijs, qui accusar. non poss.* vbi de statuto dictante, quod bis citatus non comparens ponatur in banno cum termino ad comparendum intra octo dies, intra quos si non compareat, habeatur pro confesso, sed iudex per errorem assignauit ter-

35 minum sex dierum; & concludit, quod elapsis sex diebus debet haberi pro confesso, quia, inquit, suppletur terminus a lege allegatus. *l. 4. § si quis. ff. de re iudic.*

36 Tu concordando dicas, quod suppletur terminus fauore rei, quia si caperetur intra octo dies, non haberetur pro confesso, sed computaretur ei terminus octo dierum. ita loquitur *d. §. si quis.* ibi computabitur pro reo; & iudex poterit corrigere errorem suum. vt declarat idem Bald. *in l. si accusatoribus. num. 7. C. de accusat.*

Si vero caperetur elapso termino, tunc potest opponere de nullitate banni, tanquam statuti forma non seruata, lati, & ita procedit dictum Baldi *in d. l. 1. C. de requir. reis.* dicentis, quod tale bannum habetur ac si non esset latum, quia bannum nullum non meretur nomen banni. *l. 2. ff. de pęnis.*

37 Item contra bannum obstat exceptio quod fuit latum in die feriata ad honorem Dei secundum Bald. *in d. l. si ea. num. 16. vers. & an bannum.*

PRAEPARATORIVM XI.

Satisdationes iudiciales quæ, & quibus in casibus præstandæ sint in præparatotijs iudicij?

SVMMARIVM.

Satisdatio iudicialis, siue pratoria regulariter in pręparatorijs prastari debet. 1.

Satisdatio iudicialis respicit praparatoria. 2.

Satisdatio iudicialis pręstita in praparatorijs ex necessitate non inducit consensum in iurisdictionem. 3.

Satisdatio de perseuerando in lite, & de expensis recessit ab aula. 4.

Actor, siue reus, qui non possident immobilia in loco iudicij, tenentur satisdare. 5.

Reus conuentus de re mobili tenetur satisdare, vel rem deponere.

Reus missionem in possessionem passus ex primo decreto, volens recuperare possessionem, non auditur nisi prastita cautione de iudicio sisti. 7.

Satisdare tenetur in hac materia, etiam qui possideat quęcunq; immobilia de Mundo. 8.

Accusans ex forma statuti tenetur in praparatorijs dare fideiussorem. 9.

Accusatio, & inscriptio sunt de praparatorijs. 10.

Petens reuocari sequestrum tenetur satisdare. 11.

Sequester tenetur restituere sequestrum ad solum verbum iudicis. 12.

Excommunicatus ob contumaciam non absoluitur, nisi data satisdatione. 13.

Substi-

Substitutus conuentus per procuratorem substituentem, si soluit eidem, potest petere, vt sibi caueatur. 14.
Denuntiatus de nouo opere cogitur satisdare. 15.
Conuentus de aliqua hereditate cogitur etiam in præparatorijs satisdare de non alienando. 16.
Procurator actoris, etiam cum mandato, tenetur reo opponenti in præparatorijs satisdare se defensurum dominum. 17.
Procurator satisdans tenetur ipse, & non dominus. 18.
Procurator non tenetur satisdare pro domino, cum quo lis fuit contestata. 19.
Procurator non tenetur satisdare defendendo dominum in causa reconuentionis, si statim reconuenitur. 20.
Promissio generalis de defendendo, intelligitur etiam in causa reconuentionis. 21.
Procurator releuatus ab onere satisdandi, non tenetur satisdare. 22.
Dominus releuans procuratorem, obligatur pro eo tanquam expromissor. 23.
Forma releuandi procuratorem in eius mandato. 24.
Procurator releuatus per dominum constituentē eximitur a satisdatione, etiamsi esset vltramontanus. 25.
Ponitur triplex modus releuandi procuratorem. 26.
Procurator, etiam in causa criminali, tenetur satisdare de rato. 27.
Cautio rati legitimat personam procuratoris. 28.
Cautio rati vincit omnes satisdationis. 29.
Releuatio procuratoris ab onere satisdandi de iudicatum soluendo, quomodo fiat. 30.
Dominus releuans procuratorem, si non possideat immobilia, cogitur cauere. 31.
Vsufructuarius tenetur satisdare de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri. 32.
Satisdatio est de forma vsusfructus. 33.
Satisdatio intelligitur de idonea cum fideiussoribus. 34.
Forma cautionis iuratoriæ. 35.
Cautio iuratoria non sufficit, vbi non est consultum vtriq; parti. 36.
Vsusfructuarius non facit fructus suos, nisi præstita satisdatione vt supra. 37.
Fallit vt hic. 38.
Cautela offerendi satisdationem. 39.
Denunciatio contra vsusfructuarium vt satisdet, quomodo facienda. 40.
Satisdatio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri non potest per testatorem remitti. 41.
Declara vt hic. 42.
Hęres tenetur satisdare legatario de legato præstando, & quando. 43.
Procurator, de cuius mandato dubitatur, tenetur satisdare de rato. 44.
Cautio de rato non pręstatur, nisi fuerit petita. 45.
Item, nec vbi potest statim explorari voluntas domini. 46.
Item, nec a procuratore actoris appellantis. 47.
Defendens emptorem sine mandato, tenetur cauere de rato. 48.
Defensor alienæ litis, sine mandato, debet satisdare de iudicatum soluendo. 49.
Tertius opponens executionem sententiæ, quando possit petere, vt sibi caueatur. 50.
Vnus ex pluribus creditoribus insolidum agens tenetur satisdare de indemnitate contra reliquum. 51.
Satisdatio indemnitatis, quomodo pręstanda. 52.
Cautio mutiana, quando, a quibus, & in quibus præstanda sit. 53.
Cautio mutiana non pręstatur in contractibus. 54.
Accusatus criminaliter nomine proprio, non relaxatur sine fideiussore cum nuda promissione, etiamsi ditissimus sit. 55.

1 Regula præmittitur generalis, quod omnis satisdatio iudicialis regulariter in præparatorijs iudiciorum pręstari debet. Bald. *in. l. si defunctus. in additione. in princip. ff. de procurat.* vbi loquitur de satisdatione de iudicio Sisti, & de iudicatum soluendo, quæ præstatur in præparatorijs. *l. de die. §. si seruus. & l. sciendum. ff. qui satisd. cog.* Put. *decis.* 130. *in causa Romana hereditatis. num.* 1. *lib.* 3. vbi quod

quod satisdatio iudicialis respicit præ-
2 paratoria iudiciorum, & tetigi *supra in præparatorio. 8. num. 16. parte prima*. intellige, si sit legittimè processum, alias non est locus cautioni. *l. 2. §. si dubitatur. ff. de iudic.* vnde infertur, quod licet reus ad iudicium vocatus det in preparatorijs fideiussorem de iudicio sisti, non tamen per hoc intelligitur
3 in iudicem consensisse, nisi quatenus de iure debeat, & non aliter, quia necessaria satisdatio non inducit consensum in iurisdictionem. secundum Bald. *in auth. offeratur. num. 2. C. de litis contestat.*

4 Amplia primo, quia licet actor non teneatur hodie satisdare de perseuerando in causa vsq; ad finem litis, nec reus conuentus de soluendo estimationem litis, & de expensis. *iuxta Auth. generaliter. C. de Episcop. & Cleric.* cum hodie talis cautio de generali consuetudine non præstetur. vt *in §. sed hodie. Instit. de satisdat. & testatur Tancretus in suo tract. de ordine iudiciorum. in rubrica de satisdationibus actoris, & rei.* vbi dicit se audiuisse Azonem dicere, quod huiusmodi satisdationes locum hodie non habent consuetudine præualente. Federicus Schench. *in tract. de satisdationibus, quæ in iudicio præstantur. in princ. num. 4.* vbi dicit nusquam audiuisse huiusmodi satisdationes frequentari. adde Gloss. *in cap. iudicet. 3. quæst. 3. in verb. libellum.*

5 Hoc tamen fallit in actore agente, vel in reo conuento, qui in loco iudicij immobilia non possideant; quia propter suspicionem tenentur satisdare. *l. sciendum. in princ. ff. qui satisd. cog. auth. de exhibendis reis. §. suspecto. collat. 5.* Iacobus de Arena. *in suo tractatu de sequestrationib. num. 5. & 6.* Francisc. Curt. *in eodem tract. num. 33.*

6 Amplia secundo, regulam eoq; magis procedere in reo conuento de aliqua re mobili, quia si sit persona suspecta, cogitur illam rem deponere apud officium, vel satisdare. *l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cogant.* Federic. Schench. *loco supra citato. num. 18.*

Tu dic, quod etiã si nõ sit persona suspecta, sed alias sit soluendo, adhuc tenetur satisdare de re exhibenda, quia actori non esset aliter plenè cautum propter difficultatem probationis. secundum Felin. *in cap. licet ratione. num. 55. de for. compet.*

Amplia tertio, in reo passo missionem in possessionem ex primo decreto in preparotorijs, qui non auditur, si vult recuperare possessionem, nisi prestita satisdatione de iudicio sisti in causa, &
7 refectis omnibus expensis. vt *in autent. de introduc. reis. §. si vero semel. vers. igitur ne latente eo. collat. 5.* Federic. Schench. *in d. tract. num. 17.*

8 A qua satisdatione non excusatur, licet possideat quecunq; mobilia mundi. Bald. *in auth. & qui iurat. num. 4. C. de bon. auct. iud. possid.*

9 Amplia quarto, vbi extat statutum, quod accusans, vel denuncians det fideiussorem, quia si non detur in præparatorijs, non tenet processus, & accusatio, cum sit solemnitas requisita ante factum, & ad initium, & preparationem processus. Bald. *in l. si tutor tuus. num. 3. C. si vt omiss. hæredit. vel bon. possess.*

10 Nam accusatio, & inscriptio sunt de præparatorijs, non autem de decisorijs. idem Bald. *in l. ea quidem. num. 43. vers. nam quod sic accusatus. C. de accusat. & inscription.*

11 Amplia quinto, in eo, qui petit reuocari sequestrum, quia non auditur, nisi idone caueat, nec sufficit cautio iuratoria. Put. *decis. 117. lib. 1.* & dixi su- *in preparatorio. xi. num. 61. parte. 2.*

12 Sed depositarius seqnestri tenetur illud restituere ad solum verbum iudicis, sine vllo suo damno, cum non habeat mandatum, nisi a iudice. Bald. *in l. cum apud veteres. num. 5. C. de bon. auct. iudic. possid.*

13 Amplia sexto in excommunicato propter contumaciam, qui non debet absolui sine sufficienti cautione, nec sufficit iuratoria. Fel. *in cap. ad nostram. num. 9. vers. & pro responsione. de iureiur.*

14 Amplia septimo in substituto con-

L uento

uento per procuratorem substituentem, qui si soluit substituenti, potest petere, vt sibi caueatur de defendendo eum contra dominum negotiorum gestorum, ne aduolus conueniatur. Bald. *in l. siquis. num. 3. ff. de negot. gest.*

Tenetur enim substituens de gestis per suum substitutum, cum quod fit per substitutum, videatur fieri per substituentem. Bald. *in l. nam & seruius. §. mandato. in fine. ff. de negot. gest.*

Præsertim si procurator substituit lite contestata vt dominus litis; nam tunc videtur substituisse nomine proprio vt dominus, ideo ipse, & non dominus tenetur ad expensas litis, si fuit pronunciatum contra substitutum super mandato, & substitutione. Innoc. *in cap. 1. vt lit. non contestata.*

15 Amplia octauo in denunciato de nouo opere, qui tenetur, & cogitur satisdare de opere demoliendo sumptibus suis, si apparebit, eum ædificasse iniuste, est tamen in optione denunciantis nouum opus, an intra tres menses de præiudicio suo docere velit, & interim cessetur ab opere inchoato, an vero recepta cautione de opere demoliendo, mox inceptum opus continuari permitti. *cap. significantibus extr. de oper. noui nunciat.* Federic. Schench. *d. tract. num. 21.*

16 Amplia nono, in reo conuento super aliqua hereditate, quia cogitur etiam in præparatorijs satisdare de non distrahendo rem aliquam hæreditariam *l. diuus pius. ff. de petit. hæredit.* Feder. Schench. *d. tract. num. 19.*

17 Amplia decimo, in procuratore actoris, qui licet ostendat mandatum, tenetur tamen reo opponenti in præparatorijs satisdare, se defensurum dominum in causa reconuentionis. *l. non solum. ff. de procurat.*

Siue procurator intentet actionem, siue officium iudicis etiam summariũ, quia tenetur defendere dominum in causa reconuentionis. Bald. *in l. sed & hæ. §. non solum. in princ. ff. de procurat.*

18 Et procurator satisdans in hoc casu tenebitur, & non dominus, si adhoc non ostenderit mandatum, cum ipse dominus se defendisset, hanc satisdationem præstare non cogeretur. *d. §. sed hodie Instit. de satisdat.*

Ratio, quia propter beneficium reconuentiones, quod habet reus, ne in plures procuratores distinguatur, lex vult, quod ille, qui agit, teneatur defendere, etiamsi mandatum non extendatur adhoc, quia lex ipsa illud extendit. Bald. *in l. si defunctus. §. qui ad communi. ff. de procur.*

19 Fallit hæc 10. ampliatio in quattuor casibus. primo vbi lis contestata fuerit cum ipso domino, qui postea dederit procuratorem, quia tunc talis procurator non cauebit. Tancretus. *in d. tract. in rubrica de satisdatione procuratoris actoris. in fine.*

Secundo nisi statim in ipso litis exordio, & in præparatorijs reconuentio fieret, tunc enim statim defendere cogi-
20 tur, alioquin cauere debet de defendendo, cum reus reconuenire vellet. Feder. Schench. *in d. tract. de satisdat. quæ in iudicio præstantur. num. 10.* vbi dicit, quod huiusmodi satisdatio debet concipi hoc modo, &c. videlicet se dominũ defensurum arbitratu boni viri, idest iudicis, qui in hoc debebit inuestigare, an reus habeat iura in prõptu, vel non, super quo stabit eius iuramento. Bal. *in l. seruum quoq; §. publice in fine. ff. de procurat.* Nisi agatur super actione tempore peritura, quia tunc præcise compelli debet procurator ad defendendum, cum ea perempta non esset consultum per satisdationem. Bald. *in l. mutus. §. qui non cogitur in fin. ff. de procurat.*

21 Tertio vbi fit promissio generalis de defendendo, quia talis promissio intelligitur de causa reconuentionis, licet non sit expressum de ea, cum intelligatur facta, secundum quod erat necesse fieri. secundum Bald. *in l. non tamen in fine. ff. de procurat.*

22 Quarto vbi dominus releuauerit in mandato procuratorem suum ab onere satisdandi. Bald. *in l. actionem. num. 1. C. de procurat.* Feder. Schench. *d. tract. num. 13.*

num. 3. vbi dicit, quod obseruatio, & consuetudo toto passim orbe declarat illam domini releuationem sufficere, etiamsi penitus nihil satisdet procurator. videmus enim, inquit, quotidie procuratoria huiusmodi releuationem continere, illisq; insultos procuratores admitti, quod interpretibus quoq; iuris placet.

23 Ratio, quia dominus releuans obligatur tanquam expromissor, non tanquam fideiussor. Bald. *in l. tribus haeredibus. circa finem. C. de vsufruct. & e ar. rer. quę vsu consum.* & ita seruari in practica iudiciorum testatur idem. Bal. *in l. si defunctus sit prope fin. ff. de procurat.* fit autem hęc releuatio, videlicet constituens se releuando procuratorem a satisdatione, promisit iudici, & notario illius loci, tanquam publicis

24 personis, recipientibus pro omni eo, cuius interest de iudicio sisti, & de iudicatum soluendo, per hanc enim clausulam dicitur procurator valide releuatus, etiam si fuerit vltramontanus, &

25 cum talis satisdatio sit necessaria, remittendus est satisdans ad proprium domicilium, & satis est, quod satisdederit, & ita de consuetudine obseruatur, quia alias absentes impedirentur litigare per procuratores, cum non sit facile inuenire fideiussores. ita Bald. *in l. cum per liberam. in fine. C. per quas person. nob. acquir.*

Et per huiusmodi satisdationem domini necessariam firmatur mandatum procuratoris, ita vt morte mandantis non finiatur, quod esse mirabile, & menti tenendum dicit Bald. *in l. si defunctus sit post princ. ff. de procurat.*

26 Ex prędictis colligitur, quod duplex est releuatio procuratoris, quę fit per dominum in mandato. vna est ab onere satisdandi de rato, & ista releuatio potest fieri per nudam promissionem de rato, puta, promisit gratum, & ratum habiturum, nec requiritur satisdatio, quia circa hanc cautionem rati nihil operatur releuatio procuratoris, nam aut constat de mandato, & est superflua, aut dubitatur de mandato, & tunc pariter dubitatur de releuatione, & in hoc quoq; casu similiter cautio rati est necessaria. Bald. *in l. cum rem. in fin. C. de procurat.*

Etiam in causa criminali, vbi admitti-

27 tur procurator pro reo. idem Bald. *in d. l. non solum. §. est & alius. num. 2. ff. de procurat.*

28 Et est ratio, quia cautio rati legitimat personam procuratoris, ne nimis retardetur processus causæ principalis, si enim procurator non posset de rato cauere, maior esset disputatio super mandato, quam forte postea super causa principali, & ideo quando procurator non vult pati moram litis, remedium

29 est, quod caueat de rato, quę cautio vincit omnes satisdationes, vel exceptiones contra mandatum. vt notanter docet Bald. *in l. seruum quoq; §. ait praetor. in fine. ff. de procurat.*

30 Altera vero releuatio procuratoris est ab onere satisdandi iudicatum solui, & in ista requiritur satisdatio domini per clausulam supra positam. ita declarat idem Bald. *in l. si procuratorem. num. 4. ff. de procurat.* vbi dicit, quod si promitto gratum, & ratum habiturum quicquid talis procurator legitime fecerit, non releuat ab onere satisdandi, cum non sit clarum, sed implicitum, per gloss. ordinariam *in cap. relatum. 21. quęst. 1.* vbi dicitur, quod ita fuit de facto iudicatum.

31 Declara tamen prędicta esse vera, nisi dominus releuans non possideret immobilia, quia tunc eius procurator per supradictam clausulam non releuaretur ab onere satisdandi, ratio, quia si dominus immobilia non possidens per se ipsum litigaret, cogeretur cauere de iudicio sisti, multo magis eius procurator, cum non sit plus tribuendum procuratori, quam ipsi domino litiganti. ita Fider. Schench. *d. tract. num.* 14.

32 Amplia vndecimo in eo, qui fuerit in testamento relictus vsufructuarius, quia tenetur satisdare de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo finito vsufructu, & ante huiusmodi satisdationem non videtur habe-

re ius vtendi. *l. si pecunia. in princ. ff. in possess. legat.*

33 Cum talis satisdatio sit de forma vsusfructus, & debeat prestari a quocunq; etiam valde idoneo. Dec. *cons.* 565. *clarissima videtur. num.* 1.

34 Et debeat esse sufficiens, hoc est cum fideiussoribus, vel pignoribus. nec sufficit iuratoria. *l.* 1. §. *pretoria. ff. de prator. stipulat.* Ripa. *in cap.* 1. *num.* 74. *extr. de iudicijs.* late Felin. *in cap. ad nostram. num.* 5. *vers. istud autem est regulare. de iureiur.*

Et ille, qui non possidet immobilia, non potest dici idoneus fideiussor. vt *in auth. de exhibend. reis.* §. *susceptor.* etiamsi possideat annuos redditus, qui non dicuntur bona immobilia, nisi actione reali debeantur. secus si debeantur actione personali, quia in personalibus nulla cadit possessio. Bald. *in l. sciendum. in fin. ff. qui satisd. cog.*

Nisi vsufructuarius propter impotentiam non possit inuenire fideiussores, quia tunc si iudici videbitur, cuius arbitrio committitur hæc satisdatio, secundum Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cap.* 140. *num.* 2. *&* 3. poterit arbitrari vel dandum esse fideiussorem, vel prestandam esse cautionem iuratoriam cum obligatione, & hypoteca omnium bonorum, & cum omni alia cautela, qua melius potest fieri, & debet duo iurare. videlicet, quod non inuenit fideiussorem, & quod faciet, quod ei incumbit,

35 quia hæc est forma cautionis iuratorię, quę succedit loco fideiussoris, & hanc praticam docet, & esse bene notandam dicit Bald. *in l. omnes qui. num.* 6. *vers. nota quod ille. C. de Episcop. & Cleric.* & *in d. auth. generaliter. num.* 4. & declarat Surd. *cons.* 68. *num.* 7. 8. *&* 14. *lib.* 1.

36 Vincent. Franc. *decis.* 317. *num.* 8. *parte* 2. & quod cautio iuratoria non sufficiat, vbi non potest esse consultum vtriq; parti. dicit Ludouic. *decis. Perusin.* 6. *num.* 20.

37 Alias vsufructuarius non facit fructus suos, nisi erraret in iure, puta, quia forte non putabat se teneri ad cauendum,

38 quia talis ignorantia sibi prodesset, quantum ad faciendum fructus suos, dummodo tamen possessionem fuerit adeptus sine vitio, secus si cum vitio, vel si fuisset sibi denunciatum, quod debeat satisdare, quia in his casibus non faceret fructus suos. Bald. *in l.* 1. *num.* 15. *in fine. C. de vsufruct.* vbi ad tollendum

39 omne dubiũ dat cautelam vxoribus relictis vsufructuarijs, vt mortuo marito vadant ad proprietarium cum tabellione, & dicant, maritus meus reliquit mihi vsumfructũ talium rerum, ecce ego offero cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo finito vsufructu, accipite eam, & isti sunt parati satisdare pro me; & hoc verum inquit, vbi esset sibi denunciatum. Dec. *cons.* 608. *num.* 1. *&* 2.

40 Quæ denunciatio potest fieri ad domũ, seu in vicinia, vbi vsufructuarius latitaret. Bald. *in l. vsufructu. in fine. C. de vsufruct.*

41 Id quod etiam est obseruandum, vbi per testatorem fuerit remissa cautio, cum ea remitti non possit ex quacunq; causa. *l.* 1. *C. de vsufruct.* cum alijs per Rofredum Beneuentanum. *in tract. ordinis iudiciarij. parte* 3. *in rubrica de satisdatione a legatario prestanda per officium iudicis. num.* 1. *vers. licet satisdatio de vtendo.*

42 Intellige tamen de cautione præstanda pro vsufructu earum rerum, quæ vsu conteruntur & minuuntur, quia de hoc est præstanda cautio de restituendis rebus in eo statu in quo reperiuntur finito vsufructu, loquendo tamen de his rebus, quæ non nisi longi temporis vsu conteruntur, quia si agatur de rebus, quę breui vsu atteruntur, aliud videretur dicendum. secundum Andream Facchin. *in tract. controuersiarum iuris. lib.* 12. *cap.* 50. *in fine.*

Contrariam opinionem esse magis communem, & ab ea in consulendo, & iudicando non esse recedendum probat Dec. *d. cons.* 565. *num.* 5. *vers. communis tamen opinio.*

43 Amplia Duodecimo in herede, qui tenetur satisdare legatario de legato præstando, siue legatum sit purum, siue condi-

cōditionale, & poteſt ad hoc compelli per officium iudicis, ſi talis ſatiſdatio petatur in præparatorijs, quia ſi legatarius fuerit litem conteſtatus pro legato præſtando, non eſt tunc locus huic ſatiſdationi, cum hęres non debeat huiuſmodi cautionem offerre, ſed petenti moram non facere, & vbi hæres ſatiſdare recuſet, quod ipſe legatarius mittatur in poſſeſſionem veram hæreditatis, & etiam aliquando hæredis vt tędio affectus veniat ſatiſdaturus, & interim legatarius ſtabit in illa poſſeſſione, licet non poſſideat, niſi cauſa cuſtodię, vt cuſtodiat fructus, ne conſumantur ab hęrede. vt late per Rofred. Beneuentanum. *in d. tract. ordinis iudiciarij. parte 3. in d. rubrica de ſatiſdat. legatario praſtanda. num. 1. & 2.* vbi ponit ea, quæ debent concurrere ad hoc, vt iſta cautio peti poſsit per legatarium. videlicet primo quod legata ſint relicta ſiue in teſtamento, ſiue in codicillis. ſecundo quod hæreditas ſit adita per heredem. tertio quod legatarius iuret de calumnia, nam ſi hęres dicat, hodie conſtat de legato, hodie agamus audiendus eſt, ſed ſi legatarius replicat, quod hæc hęredis exceptio non debet admitti, quia per eam fit ſibi mora, & lis prorogatur in longum, debet ſtatim ſatiſdatio interponi, niſi hæres eſſet paratus incontinenti probare ſuam exceptionem. videlicet quod hodie conſtat, &c. quarto quod non ſit prohibitus legatario ſatiſdationem petere, cum hęc ſatiſdatio poſsit a teſtatore remitti, ſed vbi non fuerit remiſſa, tenetur hęres ad eam etiam ſi locupletiſsimus ſit, niſi hæres ſit fiſcus, qui non ſatiſdat. vt per Rofredum *vbi ſupra.* vbi etiam ſubdit prædicta procedere etiam in legato conditionali, quia licet, inquit, ante conditionis euentum agi non poſsit, nihilominus creditor eſt, quantum ad hoc, vt petat ſibi ſatiſdari, vt adueniente conditione, vel die habeat legatum pro puro. vt ibi late per eum, cautio tamen de reſtituendo fidei commiſſo alicuius rei immobilis hodie non pręſtatur. vt dixi *ſupra in præparatorio. 8. num. 16. parte prima.*

44 Amplia decimo tertio in procuratore, de cuius mandato dubitatur, nam iſte non auditur, niſi prius pręſtet in pręparatorijs cautionem de rato. *l. mutus. §. is qui. ff. de procurat.*

Quia poſt litem conteſtatam non poteſt peti rati ſatiſdatio procuratoris. *l. Pomponius. §. rati.* & ibi Bal *ff. de procur.*

45 Fallit primo hæc ampliatio, vbi talis cautio ex aduerſo non petatur, cum non detur, niſi petenti. *l. qui abſentem*, & ibi Bald. *ff. de procurat.*

46 Fallit ſecundo, vbi poteſt ſtatim explorari voluntas domini, quia tunc proceſſus erit fundandus ſuper certo, non autem ſuper ambiguo. Bald. *in d. §. is qui. num. 2.* vt ſi dominus ſit in eadem ciuitate, ita quod eius voluntas de facili poſsit explorari, cum ſuffragium iſtius cautionis locum tantum habeat, vbi dominus ſit abſens, ita quod de facili non poſsit eius conſenſus exquiri. idem Bald. *in l. non ſolum. §. qui alien. in fin. ff. de procur.*

47 Fallit tertio, in procuratore actoris appellantis, qui in cauſa appellationis non cauet de rato, & poſito quod caueret, non committitur ſtipulatio, quia ſi ratum non habetur, firma remanet ſententia, & habet reus intentum ſuum, intellige, ſi procurator appellauit. ſecus ſi dominus appellauit, quia habet ius proſequendi appellationem per ſe ipſum non lapſis fatalibus. Bald. *in l. non cogendum. §. ſi procurator. in fine. ff. de procurat.*

48 Amplia decimo quarto in defendente emptorem ſine mandato emptoris, nam tenetur cauere de rato, ſi venditor denunciatus hoc petat. Bald. *in d. l. qui abſentem. num. 1. ff. de procurat.*

Sub amplia, vt procurator, qui nullo ſubnixus mandato, tanquam defenſor ſe liti offert, non debeat admitti, niſi etiam prius ſatiſdet de iudicatum ſol-
49 uendo, alioquin non cenſetur idoneus defenſor alienæ litis. *§. ſi reus. Inſtit. de ſatiſdat.* Feder. Schench. *d. tract. num. 16.*

50 Amplia decimo quinto in eo, qui petit executionem ſententiæ. qui tenetur præſtare

præstare cautionem de restituendo ad fauorem tertij se opponentis in omnem casum, quo ipse tertius vincat. intellige tamen dummodo iste tertius, qui nunc se opponit, prius legittime egerit contra reum victum, ratio est, quia si transfertur possessio in alterum sine dicta cautione, oportebit eum inchoari nouum iudicium, & nouam instantiam contra victorem, ideo interest eius hanc cautionē præstari, quæ ratio cessat, quando tertius opponens nondum egerat contra reum. item interest rei victi, qui si non fecerit interponi hanc cautionem, posset conueniri a secundo agente quasi dolo desisset possidere, quę ratio cessaret, quando lis nondum esset mota per eum, qui se opponit. vt per Felin. *in cap. veniens. num. 19. de testib.*

51 Amplia decimo sexto, in vno ex pluribus rei credendi ex eodem quasi contractu insolidum agentę, qui debet in pręparatorijs satisdare de indemnitate aduersus reliquum. ita Bald. *in l. liberto, vel amico. §. inter. in fine. ff. de negot. gest.*

52 Quę satisdatio si concipiatur hoc modo, videlicet, promisit releuare indemnem, & penitus sine damno conseruare, importat promissionem defensionis, susceptionis litis, & liberationem a molestijs. Bart. *in l. si pater. num. 1. ff. de dot. prælegat.* Ruin. *cons. 187. num. 1. lib. 1.* Paris. *cons. 109. num. 35. lib. 1.* Soccin. Iun. *cons. 4. num. 1. lib. 4.*

53 Amplia decimo septimo in omni legatario alimentario, vel simili, cui onus sit negatiuè iniunctum, qui tenetur præstare cautionem mutianam, quæ habet locum in vltimis voluntatibus quando legatum est factum negatiuè, idest per conditionem negatiuam, quę non potest impleri, nisi per mortem legatarij. ratio, quia ex quo legatum non transit ad hæredes, quando est conditionale, ideo locum habet promissio mutij. vt dicit glossa *in l. mutiana.* & ibi Bart. *in princ. ff. de condit. & demonstrat.* Surd. *de aliment. tit. 5. quæst. 3. num. 22.* Peregrin. *de fideicom. art. xi. num. 126.* vbi quod ista cautio præstanda est ab eo, cui aliquid relictum sit sub conditione consistente in facto, vel non facto voluntario. & late declarat Ripa. *in l. ita stipulatus. num. 46. ff. de verb. obligat.* Card. Tuscus. *lib. 1. conclus. 177.*

54 Fallit hęc ampliatio in contractibus, in quibus cautio mutiaria non præstatur, nisi in alimentis. Surd. *de aliment. d. quæst. 3. num. 48.*

55 Amplia decimo octauo in omni accusato, vel criminaliter inquisito. qui etiam si agatur de parua pęna; & ipse accusatus ditissimus sit, nihilominus tenetur satisdare de iudicatum soluendo. vt *in l. si quis reum. ff. de custodia reorum.* præsertim si extat statutū, quod sine fideiussore non procedatur, cum talis fideiussio sit de forma, a qua non est recedendum. Bald. *in l. minor. §. is qui suscepit. ff. de procurat.* & debet esse fideiussor idoneus, quia recipiens non idoneum perinde est, ac si nullum recepisset, ideo opponens, quod fideiussor non est idoneus, impedit processum. Bald. *in l. quoties. ff. qui satisd. cogant.*

PRAEPARATORIVM XII.

Exceptionem iudicis declinatoriam in præparatorijs esse præ cęteris opponendam, nec ad decisoria reseruari posse noua, plenaq; methodo demonstratur.

SVMMARIVM.

EXCEPTIO declinatoria iudicis debet in primo actu comparitionis opponi, & in pręparatorijs dirimi, non autem post litem contestatam, quia tunc sumus extra præparatoria. 1.

Declinatoria iudicis quomodo opponenda. 2.

Iudex dicitur fundamentum, & forma processus. 3.

Iudex

Iudex dicitur dux, & imperator iudicij. 4.
Iudicis defectus est maior, quam caeterarum personarum. 5.
Defectus in fundamento nunquam conualescit. 6.
A litis principio iurisdictio recipit fundamentum. 7.
Iurisdictio non declinata in primo actu comparitionis non potest amplius declinari. 8.
Exceptioni declinatoriæ renuntiatur per quemcunq; consentiatur in iudicem. 9.
Prorogatio in iurisdictionem per pactum de ea non declinanda reuocatur in præparatorijs. 10.
A processu ad vlteriora debet pars, quæ declinatoriam opposuit, appellare. 11.
Iudex si reseruat declinatoriam, debet pars appellare. 12.
Iudex procedendo ad vlterioria non obstante declinatoria opposita, videtur reiicere inter præsentes. 13.
Reiectio tacita declinatoriæ transit in rem iudicatam, si non appellatur. 14.
Super exceptione declinatoria opposita est expresse pronunciandum inter absentes. 15.
Absens nunquam per contumaciam censetur prorogare iurisdictionem. 16.
Bannum latum in contumaciam non meretur executionem, si est nullum, ex defectu iurisdictionis. 17.
Contumacia transfert onus in contumacem probandi de incompetentia iudicis. 18.
Bannitus contumax non potest allegare præuentionem causæ coram alio iudice. 19.
Iurisdictio inhæret territorio. 20.
Constitutio Episcopi non ligat subditum extra suam diœcesim. 21.
Delegatus citans quando debet facere copiam suæ delegationis. 22.
Prorogatio iurisdictionis requirit capacitatem illius. 23.
Quando valeat processus ad vlteriora omissa pronunciatione super declinatoria. 24.
Iudex, qui non potest procedere nisi ratione contractus, vel delicti, si opponatur, debet pronunciare, an sua sit iurisdictio. 25.
Iudex quando non potest reseruare ad merita exceptionem declinatoriam. 16.
Iudex quando est incompetens omnis actus, quem facit, habetur pro non facto. 27.
Nec potest ratificari consensu partium. 28.
Clericus non potest prorogare iurisdictionem iudicis laici. 29.
Clericus non potest tacite, neq; expresse in iudicem laicum consentire. 30.
Clericus citatus a iudice laico non tenetur comparere. 31.
Clericis notoriè competit defensio de iure diuino. 32.
Quilibet præter Clericum potest prorogare iurisdictionem iudicis non sui. 33.
Declinatoriam omittens opponere per errorem, ad eam redire non potest. 34.
Iudex impetratus post tres sententias debet declinari in præparatorijs. 35.
Omittens declinatoriam non potest eam amplius opponere, etiamsi denuo coram illo iudice conueniatur. 36.
Petens copiam libelli videtur renunciare declinatoriæ. 37.
Declinatoria opposita debet repeti in quolibet actu. 38.
Et sufficit, si dicatur non recedendo a protestatis. 39.
Curialis vocatus extra curiam contra formam bullæ eugenione debet in præparatorijs opponere declinatoriam. 40.
Recusatio iudicis debet fieri in præparatorijs. 41.
Et debet talis recusatio repeti. 42.
Iudex recusatus habet manus ligatas. 43.
Declinatoria potest opponi in omnibus causis. 44.
Etiam in actibus voluntariæ iurisdictionis. 45.
Declinatoriam apponens in præparatorijs non potest amplius pœnitere. 46.
Iudex pronuncians se non iudicem non potest interlocutoriam reuocare. 47.
Vide hic alias ampliationes in materia.
Pronuncians se iudicem, cum non sit, facit litem suam. 48.
Prorogans iurisdictionem per errorem non præiudicat sibi. 49.
Fallit vt hic. 50.
Procuratores, & curatores non possunt renunciare declinatoriæ. 51.
Renuncians declinatoriæ non potest eam opponere. 52.
Renunciari declinatoria an possit in criminalibus. 53.

Quis

Quis non potest conueniri in loco non tuto, etiamsi renunciauerit declinatoria. 54.
Iudex procedens in casu prohibito semper potest declinari. 55.
Iudex funditus carens iurisdictione semper potest declinari. 56.
Priuati non possunt facere sua voluntate quem iudicem, qui non sit. 57.
Declinatoria non admittitur, vbi est fugę periculum. 58.
Declinatoria potest opponi etiam post litem contestatam, si actor consentiat. 59.
Post litem contestatam non est locus declinatoriæ. 60.
Declinatoria non habet locum in causis reconuentionum. 61.
Per processum ad vlteriora tacite reijcitur declinatoria. 62.
Statutum vbi reseruat declinatoriam, vna cum sententia cessat oppositio illius in præparatorijs. 63.
Minor, & pupillus non possunt prorogare iurisdictionem etiam cum iuramento. 64.
Fallit. vt hic. 65.
Prorogatio iurisdictionis cessat ratione litis pendentis coram alio iudice. 66.
Iurisdictio delegata quando possit prorogari. 67.
Coram arbitrio cessat prorogatio iurisdictionis. 68.
Forensis quomodo possit prorogare iurisdictionem iudicis non sui. 69.
Prorogatio iurisdictionis non procedit in causis criminalibus. 70.
Item cessat in causa appellationis. 71.
Item in potestate excommunicandi. 72.
Item nec inducitur prorogatio per partes consentientes in iudicem eo absente, nec lite contestata. 73.

1 INTER exceptiones declinatorias in præparatorijs opponendas prima est declinatoria iudicis, quæ ex ordine iuris debet in primo actu comparitionis opponi, & in ipsis præparatorijs dirimi, non autem post litem contestatam, quia tunc sumus extra præparatoria. *l. fin. C. de except.* & in proposito notat Bald. *in l. filius familias. §. veterani. in fine. ff. de procurat.* vbi quod per litis contestationem excluditur iudicis declinatoria, ita quod iudex etiam ex officio supplere non potest. Bart. *in l. non videtur. in fine. ff. de iudic. & in l. si conuenerit. num. 3. ff. quod quisq. iur.* adde Bald. *in l. fin. num. 7. C. de iudicijs.* vbi quod iudicij rectus ordo requirit, vt primus actus iudicialis debeat esse legittimatio iudicis priusquam legittimatio litigantium.

2 Opponitur autem declinatoria per hæc verba. videlicet citra consensum in iurisdictionem, nisi si, & quatenus de iure teneor, & non alias, &c. Bald. *in l. fin. num. 2. C. vbi quis de curiali*. Io. de Imol. *in l. non solum. in fin. ff. de non. oper. nunc.* Felin. *in cap. cum M. Ferrariensis. num. 66. de constit.* vbi quod fatuus esset, qui aliter protestaretur. Alex *in l. si ita sit. num. 4. ff. de legat. 1.* vbi dicit, quod in hoc de facili errant procuratores.

3 Quia iudex dicitur fundamentum, & forma processus magis, quam actor, & reus. Bald. *in l. si procuratorem. in additione. vers. iudex est tertius. ff. de procurat.*

4 Et iudex dicitur dux, & imperator iudicij. idem Bald. *in rubrica. C. si a non compet. iudic.*

Idcirco quærendum est primum de iudice, & de eius iurisdictione, tanquam de ipso fundamento iudicij. *cap. olim, extra de eo qui furt. ordin. suscept.* Innoc. *in cap. innotuit. extra eod. tit.* Bald. *super feudis. in tit. de controuers. inter vassal. & Episcop. num. 5. vers. nam iurisdictio & in titulo de alienat. feud. pater. cap. inter dominum. in fin.* Ripa *in rubric. extra iudicijs. num. 1.*

5 Cuius defectus maior est, quam cęterarum personarum. Dec. *cons. 8. num. 6.* Vant. *de nullit. ex defect. iurisd. ordin. num. 1. & 2.* Neuiz. *cons. 61. num. 13.* Farinac. *de carior. & carcerat. quęst. 29. num. 101. circa finem.*

6 Cum sit defectus in fundamento, qui nunquam conualescit. Bald. *in l. 1. num. 8. C. vbi de crimin. agi oport.*

7 Nam ab ipso litis principio iurisdictio recipit

recipit fundamentum. Bald. *in l. ampliorem. §. sed cum scimus. in fin. C. de appellat.*

8 Hoc est, fundatur, siue firmatur iurisdictio iudicis citantis eo ipso, quod in primo actu comparitionis non declinatur, ita quod non potest amplius declinari. *l. sed & si susceperit. ff. de iudic.* quem textum ad hoc semper allegari per aduocatos dicit ibi Bald. *in additione, vers. nota quod ille. & in l. tractatum est. §. quoties. ff. eodem. titulo.* Bart. *in l. quidam consulebant.* & ibi Alex. *num. 20. ff. de re iudic.* Quia videtur renuntiasse

9 se declinatorię, qui eam habet ex aliquo priuilegio, & non opponit, cum illi renuntiteur per quemcunq; actum consentiat in iudicem. vt per Bald. *in l. si conuenerit. in princ. ff. de iurisd. omn. iudic.* aduerte tamen, quod; submittens se iudici non suo, si reuocet in pręparatorijs prorogationem in iurisdictionem

10 iuxta terminos. *d. l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. indic.* valet reuocatio, & impedit reliquum processum, quia tunc prorogatio est reuocabilis in pręparatorijs. secus post litem contestatam, cum tunc nullo modo habeat locum pęnitentia. Bald. *in l. 1. num. 4. & 6. C. de iurisd. omn. iudic.* & de hoc fusius dixi supra. *in pręparatorio. 6. num. 32. parte prima.*

Fallit, vbi prorogatio fit in præsentia iudicis, quia tunc ab ea recedi non potest per pęnitentiam, cum hoc modo fit irreuocabilis etiam in pręparatorijs. Paul. de castr. *in l. 1. ff. de iudic.* Abb. *in cap. significasti in 2. not. de for. compet.* Sebast. Sapia. *in repet. d. l. 1. num. 17. ff. de indic.*

11 Amplia primo, vt etiamsi declinatoria iudicis opponatur, iudex tamen vel pronunciauit se competentem, vel ad vlteriora pocessit, videatur pars presens in iurisdictionem consensisse, si non appellat. *l. 2. in princ. ff. de iudic.* Bart. *in l. naturaliter. §. nihil commune in 2. quæstione principali. ff. de acquir. possess.* Bald. *in l. 1. num. 44. ff. de his qui accusar. non poss.* & *in l. si quis ex aliena. circa fin. ff. de iudic.* Felin. *in cap. cum contingat. num. 14. de offic. delegat.* & *in cap. si duobus. num. 8. vers. limita hęc de appellat.*

12 Prout etiam debet appellare, quotiescunq; iudex reseruat huiusmodi exceptionem ad merita. idem Felin. *in cap. exceptionem. num. 17. de except.*

13 Ratio est, quia iudex procedendo inter presentes ad vlteriora, videtur tacitę reijcisse declinatoriam. Bald. *in l. 1. col. vltima. C. de ordin. iudic.* & *in d. l. si quis ex aliena in additione.* Felin. *in cap. sub orta. num. 4. de sent. & re iudic.* Gabriel. *de exception. conclus. 1. num. 1.*

14 Et talis reiectio tacita præuia causæ cognitione transit in rem iudicatam, si non appellatur. Bald. *in l. si ab arbitrio in princ. ff. qui satisd. cog. & in cons. 498. incip. iudex, & creditor. in fine. lib. 5.*

Secus inter absentes, quia tunc non sufficit tacita reiectio per processum ad vlteriora, sed requiritur expressa pronunciatio iudicis, pronunciando se esse

15 competentem. ita distinguit Innoc. *in cap. preterea. in glossa magna. de dilat.* & Innocentium ita esse intelligendum dicit Felin. *in d. cap. sub orta. num. 8.* vbi dicit magnos doctores errasse in intellectu Innocentij: quem etiam sic intelligit Io. de Imol. *in l. si quęramus. num. 3. ff. de testament. ordin.* alias non tenet processus. idem Innoc. *in cap. cum in iure de offic. delegat.* Bald. *in l. licet. num. xi. vers. sed hic quæro. C. de procurat.* Felin. *in d. cap. si duobus. num. 13. de appellat.* vbi quod sola scientia iudicis de exceptione, per quam eius iurisdictio potest elidi, inficit processum contra absentem. multos ad hoc cumulat Gabriel. *de exception. d. conclus. 1. num. 7.*

Hinc etiam est, quod valet processus contra presentem etiam sine citatione, quia presentia ęquiparatur citationi, secus si procedatur contra absentem. Bald. *in l. prima num. 2. ff. de in ius vocando.*

Ratio differentiæ est, quia vbi proceditur contra absentem, nunquam videtur per contumaciam eius prorogata

iurisdictio iudicis, quin possit semper opponere de incompetentia iudicis, &
16 docto de ea retractare processum. Felin. *in d. cap. si duobus. num.* 8. latè Farinac. *de inquisit. quęst. xi. num.* 45. & 46. vbi dicit, quod si captus bannitus per contumaciam opponat in præparatorijs, bannum esse nullum, ex defectu iurisdictionis debet audiri, & super sederi in executione, donec liqueat de
17 huiusinodi exceptione etiam non obstante statuto dictante bannitum contumacem haberi pro confesso. adde Bald. *in l. qui ex consensu. num.*7. *C. de Episcop. aud.* ipse tamen bannitus debet
18 docere de incompetentia non autem fiscus, quia contumacia transfert in eum hoc onus probandi per Angel. *in l.* 2. *in fin. ff. si quis in ius vocat. non ier.* adde tu Bald. *in d. l. licet. num. xi. C. de procurat.*

19 Sicut nec potest bannitus contumax allegare causam fuisse ab alio iudice præuentam, etiamsi velit purgare contumaciam solutis expensis, & dato fideiussore de iudicio Sisti. Felin. *in cap. proposuisti. num* 3. *de for. compet.*

Sed si declinatoria opponatur in præparatorijs; tenetur iudex docere de sua iurisdictione, si vero opponatur post litem contestatam, tenetur opponens hanc negatiuam probare, quia litis contestatio transfert onus probandi in ipsum. Innoc. *in cap. innotuit. de eo qui furtiui. ordin. suscep.* Felin. *in cap. quoniam contra. num.* 84. *de probat.* adde Bald. *in l. si quis a filio. §. quatenus. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam.* vbi dicit, quod iudex inquirens antequam procedat contra delinquentem, debet prius cognoscere, an sua sit iurisdictio, videlicet an delinquens sit de suo territorio, vel deliquerit in eo, quia iurisdictio
20 inhæret territorio in tantum, quod nec constitutio Episcopalis ligat subditum extra suam diœcesim. *cap. vt animarum.*
21 *§. statutum. de constit. in* 6.

Vnde inoleuit praxis, quod vbi delegatus mittit de longinquo citationem, transcribit in ea copiam suę delegatio-
22 nis. Francisc. Curt. *in rubric. C. de edend. num.* 15. & ita seruat Romana Curia. cęterum communis opinio est in contrarium, quia delegato sufficit ostendere rescriptum post comparitionem. Felin. *in cap.* 1. *num.* 5. *vers.* 4. *fallit de libell. oblat.*

Et proinde quando aliquis vt iudex delegatus inuocat brachium iudicis ordinarij, debet esse cautus iudex ordinarius, vt illud non concedat, nisi constito sibi de delegatione, & an ille sit iudex competens, nec ne, quia si sit incompetens, non debet ei præbere ministeriũ alicuius obedientię, vel executionis. Bald. *in l. in criminali. num.* 4. *C. de iurisd. omn. iudic.*

23 Declara tamen omnia prædicta procedere præsupposita capacitate iudicis citantis, nam ad hoc vt teneat prorogatio iurisdictionis, requiritur quędam potentialitas, videlicet quod ille, in quem fit prorogatio, sit in effectu iudex, & solum quæratur, & opponatur contra eum de his, quę sunt prorogatiua, seu adminiculatiua iurisdictionis,
24 quia tunc tenet prorogatio, & valet processus ad vlteriora etiam ommissa pronunciatione, vt notat Bald. *in l.* 2. *num.* 6. *C. de ordin. cognit.*

Nam præsupposita capacitate, non est necesse pronunciare super declinatoria. gloss. *in l.* 2. *§. sed si agant. in verb. intueri. ff. de iudicijs.*

Sed si opponatur circa ea, quę sunt declaratoria iurisdictionis, puta quod opponatur contra rescriptum, quod sit falsum, vel quod non possit esse iudex in aliquo casu, tunc est necessaria pronunciatio, nec sufficit tacita per processum ad vlteriora. Innoc. *in cap. super litteris. de rescript.*

25 Vel quia iudex non possit procedere, nisi ratione contractus celebrati in suo territorio, & opponatur in præparatorijs, quod ibi non fuerit contractum; nam in hoc casu debet iudex instante parte summarie cognoscere ad finem fundandę iurisdictionis in præparatorijs, an ibi citatus contraxerit, vel non, & ita est de mente Innocentij *in d. cap. præterea.* cuius opinio magis placet. Io. de Imol.

de Imol. *in d.l.quidam consulebant.num.* 31. contra Bart. *in d. l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ier.* vbi tenuit, quod possit iudex procedere non præmissa aliqua cognitione, sed postea se correxit, & bene. *in l. proscriptione. ff. si contra ius vel vtil.publ.* quia vbicunq; in præparatorijs dubitatur de iurisdictione, & de hoc opponatur, & oppositio sit talis, quę si vera cōperta redderet fuerit processū nullum, & partes grauarentur, tenetur index ante omnia pronunciare super

26 ea, nec illam potest ad decisoria reseruare etiam sub prætextu, quod de ea non liqueat. secundum Innoc. *in d. cap. præterea.*

27 Ratio est euidens, quia vbi iudex est incompetens, omnis actus, quem facit, dicitur fieri sine ordine iudicij, ac etiam sine citatione, & pro non facto habetur. idem Innoc. *in cap. prudentiam.* in glossa. *in verb. constare in fine de offic. delegat.* Bald. *in l. testamenta. num. 1. C. de testam.* idem Bald. *super feudis. in tit. quo tempore miles inuest. pet. deb. in cap. sancimus. in princ.* ita quod neq;

28 potest consensu partium ratificari. *l. obseruare. §. fin. ff. de offic. procons.*

Caue tamen, quod prædicta non possunt procedere in iudice laico respectu personæ Ecclesiasticæ, in quem impossibilis est prorogatio iurisdictionis pro-

29 pter eius incapacitatem. *cap. si diligenti. de for. compet.* Bald. *in l. 1. ff. de iudic.* Felin. *in d. cap. si duobus. num. 9. de appellat.*

Et est ipso iure nulla etiam Clerico non opponente, vel non appellante. Speculat. *in tit. de citatione. §. 1. vers. sed pone quod iudex.*

30 Nam Clericus non potest per consensum, siue tacitum, siue expressum consentire in iudicem laicum. *cap. si iudex laicus. de sent. excom. in 6. auth. statuimus C. de Episc. & Cleric.* nec citatus à iudice laico tenetur comparare, nec etiam allegare priuilegium suum. Felin. *in cap. prudentiam. num. xi. de*

31 *offic. delegat.* Seraphin. *decis. 957. nu. 5.* immo semper, & quandocunq; potest eum declinare. Bald. *in l. prescriptionis in princ. vers. item in declinatoria Clerici. C. de except. & præscript.* & *in l. generaliter. num. 2. C. de Episc. & Cleric.*

32 Quia defensio notorie competit Clericis de iure diuino, ideo non indigent adminiculo exceptionis Bald. *in l. eleganter. §. si quis post. col. 2. C. de indic. iud. toll.*

33 Secus tamen est in laicis, qui bene possunt consentire in iudicem non suum, & eius iurisdictionem prorogare, & talis iudex quoad eos erit competens, & valebit processus etiam quod suus ordinarius iudex hęc ignoraret. Alex. *in l. hoc edicto. §. & post operis. num. 20. ff. de nou. oper. nunc.* vbi quod quilibet præter Clericum potest prorogare iurisdictionem iudicis non sui sine consensu sui proprij iudicis. Marc. Anton. Peregrin. *tract. de iudice ordinario, & delegat. lib. 1. num. 25.*

34 Amplia secundo, vt omittens declinatoriam in primo actu comparitionis etiam per errorem non possit amplius ad eam redire. secundum glossam. *in l. 2. in verb. consensus. ff. de iurisdict. omn. iud.* Ripa *in cap. 1. num. 49. vers. circa quartum. extr. de iudic.* vbi secus dicit in eo, qui per errorem prorogauit iurisdictionem, de quo dicam *infra. in prima limitatione.*

Tanto magis si iudex non declinatus sit vere competens, & quoad habitum, & quoad exercitium iurisdictionis, licet ex priuilegio possit aliqua exceptione summoueri, quo casu sufficit sola exceptionis omissio proueniens etiam per facti, vel iuris errorem. Cyn. & Bald. *in d. l. generaliter. C. de Episc. & Cleric.*

35 Amplia tertio, vt etiam conclusio procedat in iudice impetrato post tres sententias, qui si non declinatur in pręparatorijs, non potest amplius declinari. *l. vnica. ibi ante litem contestat im. C. ne liceat in vna, & eadem causa, &c.*

36 Amplia quarto, vt si quis omiserit declinatoriam in præparatorijs, & postea perempta instantia illius iudicij, vel eo absoluto ab obseruatione iudicij iterum conueniatur coram eodem iudice

non possit eum amplius declinare. Ripa *in d. cap. 1. num. 49. vers. addo fortius. extra de iudic.*

37 Amplia quinto, vt licet petens copiam libelli non videatur prorogare iurisdictionem iudicis non sui, tamen per petitionem copiæ libelli videatur renunciare declinatoriȩ. secundum Rip. *in d. cap. 1. num. 49. vers. addo tertium simile. extr. de iudic.*

38 Amplia sexto, vt etiam, qui declinatoriam opposuit in præparatorijs, debeat illam in quolibet actu subsequente repetere, alias censebitur ab ea recessisse. Bald. *in l. pacta nouissima. num. 8. in fin. C. de pact.* Alex. *cons. 12. num. 6. lib. 6.* Abb. *in cap. cum speciali. num. 14. de appellat.* Felin. *in cap. accedens il primo. num. 24. vt lit. pendent.* Put. *decis. 32. decima Octobris. num. 2. lib. 2.* Seraphin. *decis. 1057. num. 1.* Caputaq; *decis. 403. parte 2.*

39 Et sufficit si dicatur, non recedendo a protestatione alias facta respondeo. Alex. *in d. l. non solum. §. morte. num. 4. vers. ideo dat cautelam. ff. de nou. oper. nunciat.*

40 Amplia septimo, vt curialis si trahatur extra romanam curiam contra formam bullȩ eugenianæ, & in præparatorijs non opponat declinatoriam iuxta formam d. bullȩ prȩiudicet sibi, ita vt eam non possit amplius opponere, si iudex illius causæ sit alias competens. Marches. *de commiss. super eugeniana. parte secunda. §. vnico. num. 19.*

41 Amplia octauo, vt etiam recusatio iudicis tanquam suspecti fieri debeat in prȩparatorijs, alias non poterit amplius recusari. Bald. *in l. cum solitum. num. 4. C. de sent. & interloc. omn. iudic.*

Nisi per errorem iuris repellatur. Felin. *in cap. P. & G. num. 5. in fin. de offic. delegat.*

42 Et talis recusatio repeti debet in quolibet actu, alias diceretur ab ea recessum. Seraphin. *d. decis. 1057. num. 1.*

Ratio, quia exceptio suspecti propriè non opponitur iurisdictioni, sed personæ, vnde per quemcunq; actum approbetur persona, cessat exceptio. *arg. l. si quis testibus. C. de testib.*

43 Et iudex in prȩparatorijs recusatus habet manus ligatas, ita quod non potest ad vlteriora procedere. Paul. de Castr. *cons. 22. incip. circa primum quȩsitum. est videndum.* Iapus *allegat. p. num. 1.* Felin. *in d. cap. accedens il primo. num. 9. vt lite pendente.* vbi quod suspicio notoria allegata statim suspendit iurisdictionem in tantum, quod non est eundum ad arbitros, secus in non notoria.

Sed cautius est, quod a processu ad vlteriora appelletur, quia tunc processus post allegationem est nullus. vt tenuit Rota *coram Gyptio in Neocastren. archidiaconatus 4. Decembris* 1588. & coram Seraphino. *in Mediolanen. bonorum 1589. 28. Aprilis.*

44 Amplia nono, vt exceptio declinatoria opponi possit in omnibus causis, siue magnis, siue paruis, siue ordinarijs, & siue summarijs. Bald. *in l. si quis in conscribendo. num. 5. C. de pact. & in l. fin. num. 7. C. de iudic.* Felin. *in cap. inter monasterium. num. 7. de sent. & re iudic.*

45 Amplia decimo, vt etiam declinatoria possit opponi in actibus voluntariæ iurisdictionis. Dec. *cons. 557. incip. accurate. num. 10. & xi.*

Cum in actibus voluntariȩ iurisdictionis, vbi non est contradictor, nec litis contestatio, non habeat locum prorogatio. Bald. *in l. testamenta. C. de testam.*

Sicut nec in actibus non requirentibus causȩ cognitionem, cum possint exerceri extra territorium. DD. *in cap. nouit. & in cap. excommunicatis. de offic. delegat.*

46 Amplia vndecimo, vt is, qui declinatoriam fori semel opposuit in prȩparatorijs, non possit amplius ad illud forum redire. Bald. *in l. de die §. hoc autem. ff. qui satisd. cog.*

47 Prout etiam iudex, qui semel pronunciauit se non iudicem, non potest amplius huiusmodi interlocutoriam reuocare, quia finita dicitur eius iurisdictio. Felin. *in cap. qualiter & quando. num. 12. de accusat.*

Ita vt nec de consensu partium suppleri possit per iudicem ordinarium, vel

vel delegatum. *cap. significantibus. de offic. delegat.* late Felin. *in cap. qualiter, & quando. num.* 12. *de accusat.*

48 Si vero pronunciaret se iudicem, cum non sit pronunciatio, nihil valet, & processus ipso iure non tenet. Felin. *in d. cap. si duobus. num.* 9. *de appellat.* Afflict. *decis.* 354. *num.* 15. & vbi dolosè pronunciauit se competentem, cum non sit, tenetur ad interesse totius litis, & potest puniri criminaliter per actionem iniuriarum. *l. fin. C. de pęna indic. qui male indic.* cum in criminalibus iudex ratione doli teneatur ad similitudinem supplicij, vel pencę. *l. lege. §. fin. ff. ad l. Iul. repet.* cũ istud grauamen sit irreperabile, quia coercet personam ad instar torturæ illatę. Bart. *in l.* 2. *num.* 13. *ff. de appell. & recip.*

Sed si sine dolo, tenetur ad interesse respectu illius articuli, & non in plus, quam partem lęserit. Bald. *in d. l. si quis in conscribendo. num.* 38. *& super feudis. de pace iur. fir. cap. iudices.*

Amplia Duodecimo, vt iurisdictio prorogata etiam in præparatorijs transeat etiam in successorem, siue fiat expresso nomine proprio, siue nomine dignitatis. Paul. de Castr. *in d. l.* 1. *ff. de iudic.* vbi assignat rationem, quia in prorogatione nunquam potest considerari persona, quę sit priuata, nisi dicatur, quod iurisdictio potest etiam considerari, prout cohęret personæ, & sic extincta persona extinguatur iurisdictio. Bart. *in l. si apud num.* 2. *ff. de iudic.* quod tamen soluitur, si dicamus, quod in dubio prorogatio videtur facta secundum qualitatem iurisdictionis, quæ transit in successorem. *l. proponebatur. ff. eod. tit.*

Amplia decimo tertio, vt in prorogatione sufficiat consensus procuratoris ad hoc habentis speciale mandatum, vel generale cum libera. *cap. cum olim de offic. delegat.* Innoc. *in cap. de causis. eod. tit.*

Amplia decimo quarto, vt in prorogatione non requiratur consensus iudicis, in quem fit prorogatio. *l.* 2. *§. conuenire. ff. de iudic.*

Nisi in prorogatione de tempore ad tempus, quia tunc necesse est, vt iudex consentiat. Paul. de Castr. *in l.* 1. *num.* 22. *iuris aut quærimus. C. de iurisd. omn. iud.*

Declara, quod licet valeat prorogatio in præiudicium prorogantis, non tamen valet in pręiudicium iudicis competentis. Paul. de Castr. *in d. l.* 1. *C. de iurisd. omn. iud. & in l* 1. *§. & post operis. ff. de oper. nou. nunciat.*

Amplia decimo quinto, vt prorogatio fieri possit etiam in pręparatorijs in materia fęudali, etiam inscio domino directo; & acta iudicii valent domino non contradicente. Rota *in Casalen. seu nullus de carrectis* 2. *Martij.* 1587. *coram de rubeus.*

Secus, si contradicat dominus, cum in causis fęudalibus iurisdictio non possit in alium prorogari. Mil. *in suo repertorio in verb. feudum. §. fęudi quęstio.*

49 Limita primo conclusionem pręcedentem non habere locum in eo, qui non opposuit declinatoriam, sed per errorem prorogauit iurisdictionem, quia error semper excusat eum, qui ignorauit iudicem esse incompetentem. *l. si quis per errorem. ff. de iudic. l. fin.* & ibi glossa. *C. si a non compet. iudic.* glossa *in l.* 1. *in verb. inchoata C. vbi de crimin. agi oport.* Felin. *in cap. ad petitionem. num.* 12. *de accusat.* vbi concludit quod in prorogatione iurisdictionis necesse est, quod erretur neq; in facto, neq; in iure. cum nihil magis contrarium sit prorogationi, quam error iuris, vel facti. Bero. *cons.* 9. *num.* 28. *lib.* 3. *vbi sub. num.* 29. subdit, quod prorogans iurisdictionem iudicis non sui, & incompetentis præsumitur per errorem, & ignorantiam prorogasse, quando specialiter, & clare aliud non apparet per Specul. *in tit. de incompet. iud. adit. §.* 1. *vers. sed nunquid alius.* quod maxime procedit in forensi prorogante iurisdictionem non sui iudicis. idem Bero. *d. cons.* 9. *num.* 30.

Amplia limitationem pręcedentem, vt error iuris commissus circa iurisdictionem in præparatorijs excuset non

solum

ſolum militem ruſticum, & fęminam, ſed etiam alios indiſtinctè. gloſſa. *in d. l. ſi quis per errorem in verb. qui errant.* cum error iuris regulariter non noceat in his, quæ fiunt in præparatorijs litis. Alex. *in l. ſed & ſi quis. §. item quæritur. num. 1. ff. ſi quis caution*

Idcirco cautus eſſe debet aduocatus, qui defendit iſtos prorogantes per errorem iuriſdictionem non ſui iudicis, vt opponat, quod litigarunt ignoranter. Bald. *in d. l. præſcriptiones. num. 6.* vbi dicit ita ſe multoties practicaſſe. non obſtat, quod poſt litem conteſtatam error iuris nocet erranti, & conſequenter non valet tunc allegari ignorantiam, cum ſcire præſumatur, qui vſq; ad finem litigauit. quia reſpondetur, quod probato errore apparet de ignorantia, quæ litis conteſtationem excludit, & facit, vt cauſa ſemper dicatur eſſe in principio, cum litis conteſtatio facta coram iudice incompetenti ſit nulla, ita Bald. *in d. l. ſi quis per errorem.* vbi autem litis conteſtatio eſt nulla, ſemper ſumus a principio. *l. fin. C. ſi a non comp. iud.*

50 Fallit prædicta prima limitatio in eo, qui errauit errore facti ſupino, improbabili, & omni ex parte in excuſabili, puta vbi notorium ſit, quod territorium vnius iudicis eſt ſeparatum a territorio alterius, quia tunc imputandum eſt ei, qui litigauit coram non ſuo iudice non oppoſita declinatoria. late Corn. *conſ. 207. incip. quoniam de multis. num. 21. vol. primo.*

51 Limita ſecundo in tutoribus, curatoribus, procuratoribus, ac alijs alieno nomine comparentibus, qui ſine ſpeciali mandato non poſſunt renunciare declinatorię iuriſdictionis. Bald. *in l. pactum curatoris. num. 2. C. de pact.* vbi inquit, quod renuntiare nō eſt adminiſtrare, ſed dilapidare, & donare, quod non poſſunt facere, qui alieno nomine agunt, vel conueniuntur. *l. filius. ff. de donat.*

Ideo litigantes per procuratores poſſunt huiuſmodi declinatoriam opponere etiam poſt litem conteſtatam: Io. Maria Nouar. *tract. de elect. & variat. fori ſact. p. quæſt. 15. num. 13.* vbi teſtatur de veriori opinione.

52 Limita tertio, vt declinatoria etiam in præparatorijs opponi non poſſit, vbi ſit ei renuntiatum. Bald. *in l. ſi quis in conſcribendo. num. 9. C. de pactis* vbi di-

53 cit poſſe renunciari declinatorię exceptioni etiam in criminali, cum in ea non conſiſtat naturalis defenſio. intellige ſine pręiudicio iudicis, qui habeat cognitionem talis cauſę criminalis, ſeu Reipublicę, ad quā pertineat illius criminis condemnatio, vel executio. idem Bald. *in l. 1. in fine. C. de iuriſd. omn. iud.* ſed renuntiatio debet eſſe ſpecialis, & certa, nec ſufficit generalis. Bald. *in l. 1. ſub num. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.*

54 Declara tamen, quod vbi quis renunciauit exceptioni declinatorię, & obligauit ſe, vt poſſit conueniri vbiq; adhuc tamen poterit opponere exceptionem loci non tuti, nec inuitus poterit conueniri in loco, qui tutus non ſit ſibi, Felin. *in cap. accedens il 2. num. 6. vt lite non conteſtat.* & dixi *ſupra in præparatorio. 15. num. 67. parte 2.* fallit hęc tertia limitatio in miſerabilibus perſonis, quæ non poſſunt declinatorię renunciare. ſecundum Bald. *in l. vnica C. quando imper. inter pupill. & viduas.*

55 Limita quarto, vt declinatoria poſſit opponi etiam quandocunq; contra iudicem procedentem in caſu prohibito; & ſemper ei poteſt opponi. Domine iudex nos non poteſtis in tali cauſa cognoſcere; ideo oppono declinatoriam, quæ oppoſita reddit iudicium retro nullum. vt per Bald. *in d. l. licet C. de procur.* cuius dictum tanquam ſingulare, & menti tenendum refert Alex. *in d. l. quidam conſulebant. num. 21. ff. de re iudic.*

56 Limita quinto, in iudice, qui penitus careat iuriſdictione, contra quem ſemper, & quandocunq; poteſt opponi, tu non es iudex. Bald. *d. l. præſcriptiones, circa finem. C. de except. & præſcript.*

Quia tunc propriè competit exceptio incompetentię iudicis. Chartar. *deciſ. Ian. 2. num. 4.*

Cum

57 Cum nullus priuatus possit facere sua voluntate iudicem, qui non sit. glossa. *in d. l. 1. in verb. inchoata. C. vbi de crim. agi oport.* Bald. *in d. l. præscriptiones. in princ.* & *in l. qui ex consensu. circa fin. vers. bene concedo. C. de Episcop. & Cleric.* Aym. *cons.* 266. *num.* 4.

58 Limita sexto, vbi periculum est in mora, puta quia dubitatur de fuga, nam tunc exceptio declinatoria est reijcienda, & persona alias non legittima admitti debet. Bald. *in l. si longius. §. si filius familias. num. 2. ff. de iudicijs.*

59 Limita septimo, vbi actor consentiat, quod declinatoria possit opponi etiam post litem contestatam. quia tunc valet oppositio. idem Bald. *in l. pacta nouissima. num. 8. vers. item protestatio facit. C. de pact.* cum prorogatio iurisdictionis de persona ad personam fieri possit consentiente vtraq; litigantium parte. *l. 1. & ibi* Bart. *num. 3. ff. de indic.* idem Bart. *in l. fin. ad fin.* & ibi etiam Ias. *in vltima col. ff. de iust. & iur.* & sufficit etiam tacitus consensus. Felin. *in cap. de causis. vers. sexta declaratio de offic. del gat.*

60 Limita octauo, post litis contestationem, quia tunc intelligitur sublata exceptio declinatoria. glossa. *in l. vniuersis. in princ. C. de precib. imper. offer.* vbi quod etiam tollitur per rescriptum impetratum, cum post litem contestatam declinatoria proprie non opponatur. *l. nemo* & ibi Bald. *C. de iurisd. omn. iud.*

61 Limita nono, vt in causis reconuentionum non habeat locum declinatoria iudicis, vel fori. Bald. *in auth. & consequenter. num. 9. vers. quæro quæ sint exceptiones. C. de sent. & interloc. omn. ind.*

62 Limita decimo, vt per processum ad vlteriora videatur tacitè sublata declinatoria iudicis procedentis. *l. fin. C. de except.* Bald. *in d. l. pactum curatoris. num. 2. C. de pact.* & *vide supra in prima ampliatione.*

63 Limita vndecimo, vbi vigore statuti possit reseruari exceptio incompetentiæ vna cum sententia. vt Ianuę. *lib. 2. cap. 3. §. possit etiam.*

64 Limita duodecimo, in minore, & pupillo, qui cum non habeant legittimam personam comparendo in iudicio, non possunt prorogare iurisdictionem. Bal. *in l. 1. num. 6. C. de iurisd. omn. iudic.* & *in d. l. si quis per errorem. circa finem.* vbi notat, quod inhabilitas personarum est de ijs, quæ prorogationem impediunt, item inhabilitas causæ, item inhabilitas iudicis, item error, & metus. item pęnitentia. vt ibi per eum, quem omnino videas.

Amplia limitationem, vt nec cum iuramento valeat prorogatio sine consensu curatoris. Felin. *in d. cap. P. & G. num. 10. de offic. delegat.*

65 Nisi prorogatio redundaret in vtilitatem minoris. Bald. *in l. 1. C. de iurisd. omn. iud.*

66 Limita decimo tertio, vt coram competenti iudice cesset exceptio declinatoria etiam sub prætextu, quod lis coram alio pendeat indecisa, sed bene peti potest, non procedi ad vlteriora per iudicem, quo lis pendet. Chartar. *decis. Ianuen. 2. num. 1.*

67 Limita decimo quarto, in prorogatione iurisdictionis delegatę de persona ad personam. *cap. P. & G.* & ibi Abbas. *col. 4. in vers. in tertia specie,* & *in cap. penult.* & glossa *de offic. delegat.*

Declara hoc esse verum in prorogatione facienda ab homine, non autem a iure, cum prorogatio possit etiam fieri de persona ad personam a iure, *cap. 1. extr. de alien. iudic.* & *cap. quia de indic.* & *c. 1. & cap. præterea. de offic. delegat.*

Item declara prædicta vera esse, nisi prohibita sit prorogatio per delegationem. *l. 2. §. si & iudex. ff. de iudic.*

Declara tertio, id verum, nisi causa tangat aliquo modo illas personas, quæ volunt prorogare iurisdictionem, etiã quod non sint comprehensę in rescripto. Abbas *in d. cap. P. & G. in col. 4. in verb. in 3. specie.* Bart. *in d. l. si qui ex consensu. C. de Episcop. aud.* adde Abb. *in cap. veniens il 2. de testib.*

Declara quarto, prædictam limitationẽ procedere, quoad personas principales, secus quoad accessorias, puta fide-

fideiussores, quia isti possunt prorogare iurisdictionem delegatam. Felin. *in d. cap. P. & G.* vbi dicit, quod si laicus cõuenit Clericum fideiussorem coram delegato Papæ, licet talis Clericus sit persona extranea non contenta in rescripto, videtur tamen subijci iurisdictioni illius delegati, & illius iurisdictionem prorogare, quia Papa, quem delegatus repræsentat, est ordinarius omnium Clericorum omni diœcesi totius mundi.

68 Limita decimo quinto, conclusionem non procedere coram arbitro, quia coram eo fieri non potest prorogatio. Bald. *in l. ex compromisso in septima quæstione. ff. de arbitr.*

Quia arbiter non habet iurisdictionem, sed rationem. *l. ait prætor. ff. de re iud.* & prorogatio fieri debet in his, quæ sunt eiusdem naturę, & formę. ita Bart. *in l. inter conuenientes. ff. ad municip.* & Ias. *in d. l. si per errorem.* & glossa *in cap. hi qui auctoritate. de prebend. in 6.* Bald. *in cap. 1. post princ. vers. nota in hoc. de mut. petit.*

69 Limita decimo sexto in forensi, qui non potest prorogare iurisdictionem, nisi illam, quam iudex habet in suos subditos, vnde si in ciuitate fuerit iudex deputatus super maleficijs, non possent duo forenses in causa ciuili coram eo litigare. *l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudicijs.*

70 Limita decimo septimo, vt nec habeat locum in causis criminalibus motis per viam inquisitionis, quia in his non habet locum prorogatio iurisdictionis. Bald. *in d. cap. P. & G. & in l. 1. C. de sicar.* & *in l. 1. post princip. C. vbi de crimin. agi. oport.* Alex. *cons. 216. ponderatis col. vlt. lib. 6.* quia inquit in tali inquisitore non potest concurrere vtriusq; partis consensus, cum iudex non sit pars.

71 Limita decimo octauo, in causa appellationis, quia appellatio debet esse gradatim, ideo non potest ventilari coram incompetenti. Bald. *in tit. de pace constantiæ. in §. secundum mores illius ciuitatis. super fandis.*

72 Limita decimo nono, in potestate excommunicandi, quæ nullo modo potest in alium prorogari. Paul. de Castr. *in d. l. 1. in fin. ff. de iudic.* Bald. *in d. l. si qui ex consensu.*

73 Limita vigesimo, vt non inducatur prorogatio iurisdictionis, quando partes consentiunt in iudicem eo absente, & lite non contestata. *d. l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iudic.* Sebast. Sapia. *in d. l. 1. num. 15. ff. de iudic.* & dixi *supra sub. num. 10.*

Vide alia in hac materia *supra in præparatorio 18. parte 2.*

PRAEPARATORIVM XIII.

Exceptiones dilatoriæ quæ, qualiter, & quando in præparatorijs, vel post litem contestatam ad implendum processum opponi, discuti, ac dirimi, vel ad merita reseruari, & vna cum sententia terminari debeant?

SVMMARIVM.

EXCEPTIONES dilatorię sunt regulariter opponendæ in pręparatorijs. 1.

Peremptoriæ exceptiones non opponuntur in præparatorijs nisi ex voluntate. 2.

Peremptoria exceptio potest opponi in præparatorijs in vim dilatorię. 3.

Peremptoriam opponens simpliciter in præparatorijs videtur ex ordine iuris consentire, quod lis contestetur. 4.

Opponens peremptoriam in praeparatorijs, non impeditur eandem post litem contestatam opponere. 5.

Exceptio dilatoria opposita in pręparatorijs litem contestari non finit. 6.

Litis contestatio dicitur ingressus iudicij. 7.

Litis contestatio est terminus exclusiuus dilatoriarum opponendarum. 8.

Pars contestando litem videtur dilatorijs renunciare. 9.

Exceptio

Exceptio dilatoria est dicsutienda, & dirimenda in praparatorijs. 10.
Dilatoria exceptio non potest post litem contestatam regulariter reseruari. 11.
Super dilatoria, & super causa principali non potest simul, & semel procedi, & processus est nullus. 12.
Reseruatio exceptionum quod operetur. 13.
Exceptiones dilatoria sunt opponendę in pręparatorijs causę criminalis. 14.
Et possunt opponi etiam per procuratorem. 15.
Opponens dilatoriam non cogitur iurare. 16.
Ad probandum dilatoriam admittitur reus, antequam actor. 17.
Iudex reijciens dilatoriam admittendam facit litem suam. 18.
Fallit vt hic. 19.
Exceptio dicitur admittenda, quaprocedit de mente iuris. 20.
Exceptio facilius producitur, quam actio. 21.
Exceptio persona non legittimę est dilatoria, qua debet in praparatorijs dirimi. 22.
Exceptio inhabilitatis personę non potest opponi post litem contestatam. 23.
Nullum iudicium etiam summarium non potest fundari cum persona non legittima. 24.
Statutum reijciens omnes exceptiones non intelligitur reijcere exceptionem inhabilitatis personarum. 25.
Exceptio de causa compromittenda est dilatoria. 26.
Exceptio dilatoria, qua impedit processum, impedit compromissum. 27.
Exceptio de venia non petita est dilatoria. 28.
Exceptio tua non interest, quando sit dilatoria, vel possit post litem contestatam opponi. 29.
Exceptio tua non interest non opponitur contra comparentem pro pupillo. 30.
Exceptio spolij est dilatoria. 31.
Quando suspendat petitorium. 32.
Exceptio litis pendentia dilatoria est. 33.
Non procedit in causis summarijs. 34.
Exceptio de iure tertij non admittitur in summarijs. 35.
Exceptio contra Clericum quod non sit procurator. 36.
Exceptio quod non cumulentur persona. 37.
Exceptio satisdationis non pręstitę dilatoria. 38.
Satisdatio de rato datur in pręparatorijs. 39.
Exceptio excussionis est dilatoria. 40.
Exceptio excussionis qua. 41.
Practica facienda excussionis. 42.
Nuntij quomodo referre debeant se fecisse excussionem bonorum. 43.
Pronunciatio fieri debet super excussione, videlicet eam esse legittime factam. 44.
Excussio bonorum quando in processu causę fieri possit. 45.
Iudicium discussorium est praparatorium iudicij hypotecarij contra tertium. 46.
Ordo omissus circa pręparatoria non vitiat processum. 47.
Exceptio excussionis non opposita in praparatorijs operatur, vt sustineat processus. 48.
Declara vt hic. 49.
Exceptio iurisiurandi dilatoria. 50.
Exceptio absentię potest allegari in praparatorijs per quemcunq; etiam inhabilem. 51.
Processus factus contra absentem est ipso iure nullus. 52.
Exceptio feriarum dilatoria. 53.
Declara vt hic. 54.
Exceptio pręscriptionis dilatoria. 55.
Actor cogitur declarare tempus obligationis ad praparandam reo exceptionem prascriptionis. 56.
Debitor potest prauenire creditorem suum, vt declaret, an aliqua exceptio sibi competat contra instrumentum debiti. 57.
Exceptiones omnes sunt perpetuę. 58.
Declara vt hic. 59.
Exceptio dilatoria non opposita in vna instantia, an possit in alia opponi. 60.
Opponens aliquam dilatoriam in praparatorijs non impeditur aliam opponere, donec non sit lis contestata. 61.
Exceptio dilatoria potest etiam opponi post litem contestatam, quando reus in pręparatorijs sibi reseruauit ius eas opponendi. 62.
Dilatoria opponi potest etiam post litem contestatam, quando iudex eam reseruat. 63.
Exceptio, generalia contra, quod operetur. 64.

Exceptio dilatoria de nouo orta potest post litem contestatam opponi. 65.
Etiamsi oriretur sine facto aduersarij. 66.
Exempla vide vt hic. 67.
Fallit vt hic. 68.
Opponens dilatoriam, tanquam de nouo ortam, debet iurare, se postmodum habuisse notitiam. 69.
Quod de exceptione dilatoria habens causam successiuam. 70.
Exceptio exclusiua criminis potest opponi etiam a quocunq; indigno. 71.
Exceptio dilatoria opposita post litem contestatam impedit reliquum processum. 72.
Minor, mulier, & rusticus ponunt opponere dilatoriam post litem contestatam. 73.
Fallit vt hic. 74.
Exceptio dilatoria omissa per errorem facti potest opponi post litem contestatam. 75.
Idem in declinatoria fori. 76.
Dilatorię possunt opponi post litem contestatam, si statutum eas reseruat. 77.
Intellige vt hic. 78.
Iudex non potest cogere partes ad contestandam litem saluis exceptionibus. 79.
Exceptio, tu non es procurator, non debet reseruari. 80.
A reseruatione exceptionum debet pars grauata appellare, alias valet processus. 81.
Ordo non seruatus in pręparatorijs non vitiat. 82.
Exceptio reprobata per iudicem perdit effectum exceptionis. 83.
Idem in sententia reprobata. 84.
Iudex reijciens exceptionem tacite per processum ad vlteriora, ipso facto videtur eam reijcere, vnde necessarium est appellare. 85.
Exceptio debet concludenter probari. 86.
Reus in sua exceptione est actor. 87.
Reus admissus ad excipiendum, videtur admissus ad probandum. 88.
Idem operatur excipere, & agere. 89.
Cui denegatur exceptio, denegatur actio. 90.
Paria sunt, non habere exceptionem, vel eam non posse probari, vel esse obscuram, vel esse ineptam. 91.
Iudex in admittendis exceptionibus, vel repellendis, vti debet stricto iure in forma iuris. 92.
Excipiens pręsumitur calumniose opponere, nisi offerat, se velle incontinenti probare. 93.
Ille dicitur incontinenti probare, qui probat intra tres dies. 94.
Reus vbi in pręparatorijs probauit exceptionem, actor debet in pręparatorijs probare replicationem suam. 95.
Terminus ad probandum exceptiones dilatorias respicit tantum pręparatoria. 96.
In pręparatorijs non possunt probari decisoria. 97.
Intellige per testes, non per confessionem. 98.
Terminus ad probandum dilatorias est peremptorius. 99.
Dilatoria non probata in pręparatorijs, an possit coram alio iudice probari, vel post litem contestatam. 100
Dilatoria requirentis altiorem indaginem possunt ad merita reseruari. 101.
Tam in iudicio ordinario, quam summario. 102.
Quid in exceptione allegationis iuris communis, vel municipalis. 103.
Exceptio requirens altiorem indaginem quę. 104.
Exceptio notoria opponitur post litem contestatam. 105.
Quę dicatur exceptio notoria. 106.
Exceptio de iure tertij quę. 107.
Dilatoria excipiens competere post litem contestatam potest opponi post contestationem. 108.
Exceptio excommunicationis, an sit dilatoria, & quando possit opponi. 109.
Exceptio nulla non timenda. 110.
Dilatoria non opposita per impedimentum iudicis, vel partis, potest opponi post litem contestatam. 111.
Exceptio reddens iudicium retro nullum semper potest opponi. 112.
Dilatoria potest opponi post litem contestatam si pars consentiat. 113.
Item quando lis fuit nulliter contestata. 114.
Litis contestatio nulla habetur pro non facta. 115.
Exceptio falsi procuratoris quando opponenda. 116.
Exceptio dilatoria potest opponi incontinenti post litem contestatam. 117.
Quę incontinenti fiunt, videntur inesse. 118.

Intel-

Intellige, antequam iudex recedat a tribunali 119.

Exceptio, quam iudex noluit in præparatorijs admittere, potest opponi post litem contestatam. 120.

1 EXceptiones dilatorias esse omnes in præparatorijs de necessitate regulariter opponendas, & post litem contestatam opponi non posse. dicit textus *in cap. inter monasterium. extr. de re iudic.* & *in cap. 1. de lit. contest. in 6.* & *in l. ita demum. C. de procurat.* Ripa. *in l. 1. §. sublata. num. 13. vers. nam dilatoriæ. ff. ad trebell.* late Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. cas. 240. num. 7.* Felin. *in cap. venerabilis. num. 37. de iudic.* Maranta. *in praxi. parte 6. de exceptione. 9. membro iudicij. num. 8.*

2 Ad differentiam exceptionum peremptoriarum, quę in præparatorijs, & ante litis contestationem non opponuntur, nisi ex voluntate. vt dicit glossa. *in l. si quidem 9. in verb. contestatione. C. de exception.*

3 Non tamen in vim peremptorię. idest ad effectum perimendi ius agentis, sed tantum in vim declinatorię. idest ad effectum declinandi iudicium, & impediendi litis ingressum: vt declarat. Maranta *loco supra citato num. 13.* cum omnis exceptio debeat esse de terminis regulæ. Alex. *in l. 1. num. 7. ff. si quis iusdic. non obtemp.*

4 Aduerte tamen, quod licet opponas peremptoriam in prępatorijs ad effectum impediendi processum, non tamen impediret, quia videris consentire ex ordine, quod lis contestetur, ex

5 quo non potes eam probare, nisi actor primo probet, & actor non potest probare, nisi lite contestata, ergo ex oppositione peremptoriæ sequitur ex necessitate ordinis consensus, quod lis contestetur. vt notat Bald. *in d. l. peremptorias. num. 40. C. sent. rescin. non poss.* non tamen impeditur opponens peremptoriam in præparatorijs in vim dilatorię, quominus possit eam post litē contestatam opponere. Dec. *in rubr. C. de edend. num. 6.*

6 Ratio, quia exceptio dilatoria, cum opponatur ad impediendum litis ingressum, non finit litem contestari, cuius oppositum eius infert. Bald. *super feudis. in tit. de controuersia inter vasall. & Episcop. num. 6. vers. quod Lectores conceaunt.*

7 Litis enim contestatio non solum est ingressus, sed etiam radix iudicij. Bald. *in l. 1. num. 27. C. de vsur. & fruct. legat.*

8 Et propterea litis contestatio dicitur terminus exclusiuus dilatoriarum opponendarum. *l. fin. C. de except.* Abb. *in d. cap. inter monasterium. num. 5. vers. quia contestatio.* Lucas. de penna *in l. hac lege sancimus. col. 3. vers. litis enim contestatio. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12.* Corn. *cons. 332. licet plerumq; num. 14. vers. pretęrea. vol. 1.* adde Abb. *in cap. si Clericus. num. 17. de for. compet.*

9 Et pars contestando litem videtur dilatorijs renunciare. Surd. *decis. 44. num. 20.*

10 Amplia primo, vt dilatorię non solum opponendæ sint in præparatorijs, sed etiam discutiendę, ac dirimendæ. Felin. *in cap. cum contingat. num. 14. de offic. deleg.* vbi quod discussio dilatoriarum, si fieret post litem contestatam, peruerteret totum ordinem processus, & iudicij.

11 Et proinde non potest earum discussio post litem contestatam regulariter reseruari. Bald. *in l. 1. num. 44. C. de ijs qui accusar. non poss.* quia sic, inquit, perueteretur iudicij ordo, quem iudex non potest mutare, neq; prępostere procedere, cum procedendo simul super dilatoria, & super principali, vel

12 processus erit nullus, vel poterit appellari propter repugnantiam, quam producit talis reseruatio. Felin. *in d. cap. exceptionem. num. 12. & in cap. suborta. num. 5. vers. limita 3. de re iud.* vbi quod iudex procedens simul, & semel super dilatoria, & super principali propter contrarietatem eiusdem instantię facit processum nullum.

N 2 Reser-

13 Reseruatio enim exceptionum dilatoriarum illud potissimum operatur, quod si in processu causæ apparebit illas esse veras, quicquid ante factum est, non valebit, & omnia acta pro non factis habebuntur. Marant. *vbi supra. num* 15.

14 Amplia secundo, vt etiam dilatoriæ sint opponendæ in præparatorijs non solum iudicij ciuilis, sed etiam criminalis, alias post litem contestatam opponi non possint. Rotfred. Beneuent. *in suo tract. ordinis iudiciarij parte* 7. *in rubric. qualiter sit procedendum, quando neuter contumax inuenitur num.* 1.

15 Subamplia, vt etiam in pręparatorijs iudicij criminalis in quo veniat imponenda pęna etiam corporalis, possint opponi dilatorię per procuratorem. vt late dixi. *in pręparatorio* 21. *num.* 8. *& seq parte prima.*

Ratio est, quia procurator reperitur solum prohibitus comparere in opponendis exceptionibus tangentibus ipsum crimen, non autem in meris dilatorijs, quę crimen non tangunt, quia in istis non solum non reperitur prohibitus, sed permissus. Io. de Imol. *in l. accusatore. num.* 27. *ff. de public. iudic.*

16 Amplia tertio, vt habens dilatoriam exceptionem non teneatur subire iudicium, nec iurare, si sibi iuramentum deferatur, nec illud referre. Alex. *in l. si patronus. num.* 2. *ff. de iur iur.*

Intellige, si exceptio sit opposita in pręparatorijs, & admissa, alias secus. Io. de Imol. *in l. si plures. num.* 1. *ff. de fideiuss.*

17 Amplia quarto, vt reus habens dilatoriam admittatur in præparatorijs ad probandum, antequam actor. Bald. *in l. peremptori s. num.* 17. *C. sentent. rescind. non poss.*

18 Amplia quinto, vt teneatur iudex admittere dilatoriam admittendã, & non admittendam reijcere, alias faceret litem suam. Alex. *in l. si quis. num.* 3. *C. de pact.* nisi reiecerit exceptionem admittendam motus vehementi pręsum-
19 ptione calumniæ. Felin. *in cap. de cætero. num.* 15. *de sent. & re iud.* facilior tamen esse debet in admittenda exceptione, quam actione, prępertim ea, quę
20 procedit de mente iuris. Bald. *in l. cum mulier. in princ. ff. solut. matrim.* Marcus Mantic. *cons.* 70. *num.* 12. *&* 13.

21 Cum exceptio facilius producatur, quam actio. Bald. *in l. iuris gentium. §. igitur nuda. in princ. ff. de pact.*

22 Amplia sexto, regulam procedere in exceptione, tu non habes legittimam personam, vel agis contra personam non legittimam, quę cum sit dilatoria, debet in præparatorijs non solum, opponi sed & dirimi. vt late dedu-xi *in præparatorio* 6. *num.* 9. *parte* 2. ita
23 vt post litem contestatam sit pręclusa via eam amplius proponendi. Felin. *in cap.* 1. *num.* 1. *de accusat.* cum nullum iudicium quamuis summarium fundari non possit, nisi cum personis plene
24 legittimatis, etiam vbi causa summariam tantum cognitionem requirat. Alex. *in l. quamuis. in fine. C. de edict. diui Adrian. toll.*

25 Ac etiam vbi esset statutum, quod nulla exceptio opponi possit, nam per huiusmodi statutum non censetur exclusa exceptio personę non legittimæ, quia quoad hanc exceptionem sumus in iure communi, & de hac ante omnia quęri debet. Io. de Imol. *in l. quęsitum. col.* 5. *vers. nam tales exceptiones. ff. a quib. appell. non licet.*

26 Amplia septimo, in exceptione petendi causam compromitti ad formam statuti de causis compromittendis, cum sit declinatoria, habet locum tantummodo in præparatorijs. late Afflict. *decis.* 185. *num.* 1. Lanfranc. *tract. de arbitris in vltima quæstione.*

27 Sed si contra petentem causam compromitti obstat aliqua exceptio dilatoria, quæ impediat processum, impedit etiam compromissum. Ant. Capyc. *decis.* 66. *num.* 2.

28 Amplia octauo, in exceptione contra filium agentem aduersus patrem de venia non prius petita, quæ tanquam dilatoria debet in præparatorijs opponi. Io. Petr. Fontanalla *decis. Cathaloniæ* 448. *num.* 8.

Amplia

29 Amplia nono, in exceptione tua non interest, quæ etiam est dilatoria in præparatorijs opponenda. *l. penultima, & fin. C. de except.*

Cum nemo possit opponere exceptionem, quam opponere non interest sua. Io. de imol. *in l. decem. num. 3. ff. de verb. obligat.*

Tu dic, quod cum ista exceptio, tua non interest, operetur, vt petens, cuius non interest non debeat audiri. vt dicit Bald. *in l. si quis. §. ex hoc. num. 1. ff. de edendo.* Surd. *decis.* 149. *num.* 24.

Opponi etiam potest post litem contestatam Carolus. Grassus. *in suo tract. de exception. except.* 4. *num.* 2.

Declara, quod ampliatio hæc nona procedit, quando quis compareret pro interesse publico, & contra eum opponitur in præparatorijs, quod sua non interest, ne eius persona habilitetur per litis contestationem. vt declarat Felin. *in cap. ex parte. num. 6. de testib.*

30 Fallunt prædicta, vbi quis compareret ad fauorem pupilli, contra quem non potest opponi, tua non interest, cum pro pupillo etiam mulier comparere possit. Alex. *in l. contra. num. 2. C. de neg. gest.*

31 Amplia decimo, in exceptione spolij, quæ est dilatoria, & debet in præparatorijs opponi, ita quod post litem contestatam opponi amplius non potest; vt dicit gloss. *in cap. 1. in verb. peritur. in additione. de restit. spoliat. in 6.*

32 Subamplia, vt exceptio spolij opposita in præparatorijs contra agentem petitorio iudicio, suspendat petitorium, alias non. secundum Ripam. *in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 161. ff. de a quir. poss.*

33 Amplia vndecimo, in exceptione litis pendentiæ coram alio iudice, quæ tanquam dilatoria in præparatorijs opponi debet. Bald *super feudis. in titulo. de controuers. feudi. in fine.* Affl. *decis.* 354. *num.* 9. ne, inquit, continentia diuidatur.

34 Fallit hæc ampliatio in causis summarijs, & executiuis, in quibus exceptio litis pendentię non procedit, nec intrat dispositio *tex. in l. vbi cęptum. C. de iudic.* secundum Chartar. *in terminis statuti Ianuen. decis.* 2. *num.* 9.

35 Sicut nec in prędictis causis admittitur exceptio de iure tertij. nisi sit causa summaria effecta tamen ordinaria, vt quia fuerit processum per tres instantias. vt fuit dictum. *in Bononien. de Borgogninis.* 5. *Aprilis* 1585. *coram de Rubeis.*

36 Amplia duodecimo, vt exceptio contra Clericum secularem, quod non possit esse procurator, opponi debeat in pręparatorijs, licet contra religiosum possit opponi etiam post litem contestatam. Dec. *cons.* 499. *incip. in causa quæ perpeniani. num. xi. parte* 4.

37 Amplia decimo tertio, vt exceptio, quod non cumulentur personę in iudicio, sit etiam dilatoria, & in pręparatorijs opponi debeat. Crauett. *cons.* 220. *num. 5. vers. quinnimo ista exceptio.*

38 Amplia decimo quarto, vt exceptio satisdationis non pręstitę in pręparatorijs sit dilatoria, & processum impediat, ideo in pręparatorijs est opponenda. Alex. *in l. arbitro. in fine. ff. qui satisdari cog.*

39 Idem in satisdatione de rato, quę tantum in pręparatorijs pręstatur. Alex. *in l. stipulatio. §. Cato. num.* 38. *ff. de verb. obligat.*

40 Amplia decimo quinto, excussionis exceptio sit etiam dilatoria, & de necessitate in præparatorijs opponi, & discuti debeat. vt de communi testatur Seraphin. *decis.* 227. *num.* 1. & de magis communi Cęsar. de Grassis. *decis. p. alias* 143. *de fideiussor.* & dixi *in præparatorio* 5. *num.* 64. *parte prima*. adde Andr. Facchin. *in suo tract. controuersiarum iuris lib.* 8. *cap.* 52. Osasc. *decis.* 43. *num.* 13. Pyrrhus Maurus Aretinus. *in tract. de fideiuss. sect.* 6. *partis secundę principalis. cap.* 3. *num.* 190. Negus. *de pignor.* 1. *membr.* 8. *part. num.* 34. Carol. Grass. *d. trac. de except.* 10. *except. nũ.* 78. Benedict. de Plumbino alias de Barzis *in suo tract. de discussionibus. num.* 17.

Ratio, quia per huiusmodi exceptionem fideiussores adiuuantur, ne ad res suas

ſuas antea creditores venire poſſint, quam debitorum bona excuſſerint, & proinde cum ad id tempus, ideſt donec facta ſit excuſſio, differat actionem, & temporis dilationem tribuat, mixta dicitur dilatoria. vt declarat Facchineus. *loco citato*.

41 Eſt autem excuſſio bonorum, atq; rerum principalis debitoris ad vngulam vſq; ad ſacculum, & peram per iudicem facta diſcuſſio, atq; detectio, quando reus principalis dubitatur, an ſit idoneus ſoluendo, vel non. vt in *l. decem. in fine. ff. de verb. obligat.* cum alijs per Iacobum de Arena *in tract. de excuſſionibus bonorum in principio anno 4. vſq; ad num.* 15. vbi ſubdit, quod hęc bonorum diſcuſſio hodie ſolet communiter fieri per præconem, ſeu executorem a iudice miſſum ad requirendum, cui referenti creditur.

42 Sed Bald. *in auth. preſente. num.* 1. *C. de fideiuſſ.* dicit, quod excuſſio nil aliud eſt, quam inuenire debitorem principalem eſſe non ſoluendo, & *in l. hoc ita. C. de pignor.* tradit hanc practicam illam faciendi, videlicet quod primo agatur contra ipſum principalem, & pro ſatiſfactione debent in executione capi bona ſua, & ſi ea non ſufficiant, quod tunc agi debet perſonaliter contra fideiuſſores, & ſatisfieri de hypotecis intercesſorum, & quando ea non ſufficerent, tunc venitur ad tertium poſſeſſorem. & pro hoc requirendo poteſt iudex committere duobus nuntijs, vt vadant, perquirant, & intelligant, ſi ſunt aliqua bona expedita, quę poſſint ſine controuerſia poſſideri ſufficientia ad ſatisfactionem debiti, in totum, vel in partem, & nuntijs referentibus ſe nil reliquum inueniſſe, ſtandum eſt, & in dicta commiſſione, nuntijs facienda debent poſſeſſores bonorum, ſi ſunt certi ſingulariter citati, cum de eorum pręiudicio agatur. ſi verò ſint incerti per generale proclama ad comparendum, ſi quis ſit, qui velit opponere, & contradicere diſcuſſioni, & pronunciationi ſuper ea faciendæ. & non requiritur libellus, cum diſcuſſio ſit de pręparatorijs hypotecarij iudicii contra ipſos poſſeſſores bonorum inſtituendi, ideo ſufficit libellus, qui dabitur in ſecundo iudicio. vt dicit Benedictus de Plumbino *in d. tract. num.* 9

Sed requiritur, quod iudex, qui dat tales nuntios diſcuſſores, moneat partes, quod vadant, & ſint ſimul cum eis, ne qua fraus committi poſſit. ſecundum Bald. *in l. aduerſus. C. de vſur. & fruct. legat.*

43 Nuntii vero, facta bonorum diſcuſſione, debent referre, ſe non inueniſſe aliquod de bonis debitoris, quod poſſit ſine controuerſia poſsidere, nec eſt neceſſe, quod referant nihil eſſe, ſed ſufficit, quod dicant, non inueniſſe. Bald. *in l. ſatis C. in quib. cauſ. pign. vel hypotec. ſol.*

44 Quibus omnibus obſeruatis debet iudex citatis eiſdem poſſeſſoribus pronuntiare, diſcuſsionem eſſe legitime factam. vt docet idem *Bald. in d. l. hoc ita. C. de pignor.* vbi dicit hanc eſſe tutiorem practicam, & ita per bonos aduocatos practicari.

45 Vel ſi agatur contra tertium poſſeſſorem, qui in pręparatorijs opponat, quod prius excutiatur debitor principalis, & creditor in præparatoriis replicet, non intereſſe poſſeſſoris, hanc exceptionem opponere, quia debitor principalis ſoluendo non eſt, poterit tunc creditor pendente iudicio facere conſtare de inopia debitoris, & valebit proceſſus. Bald. *in l. niſi hoc actum. in additione. ff. de pact.* Boer. *deciſ.* 221. *num.* 16. & excuſsio facta pendente iudicio prodeſt, ac ſi facta eſſet ante litem motam. Bald. *in l. ſi rem. §. ante in additione. ff. de pignor. et act.*

46 Ratio, quia iudicium diſcuſſorium eſt pręparatorium ſecundi iudicii hypotecarii, ideo poteſt vtrumq; cumulari, ita quod de duobus iudiciis fiat vnum: ita Benedictus de Plumbino. *d. tract. num.* 9. & dixi *in præparatorio* 8. *ſub. num.* 17. *parte prima*.

47 Item quia ordo omiſſus circa pręparatoria non vitiat proceſſum. Bald. *in l. ſi mancipiũ. § ſi communi. ff. de euiction.*

Si vero

Si vero excussionis exceptio non opponatur in præparatorijs, sustinetur processus siue ea non præmissa, siue pręmissa, sed minus sufficienter. Felin. *in d. cap. exceptionem. num. 33. vers. & de exceptione excussionis. de except.* Afflict. *decis. 378. num. 6.*

49 Intellige tamen, quod quamuis procedat iudicium non facta excussione, quando non fuit opposita, tamen est necesse actori; pendente iudicio, vel excussionem facere, vel docere de inopia principalis debitoris, alias succumberet. ita multum signanter post Bald. *in l. 2. C. comm. diuid.* dicit Ias. *in §. item si quis. num. 81. vers. dicebat tamen.* Instit. *de actionib.* & ita esse intelligendam doctrinam Baldi *in d. l. 2. C. comm. diuid.* dicit Mart. Ant. Blancus *in tract. de exceptionibus impedientib. litis ingressum sub num. 48. & 49.* vbi quod creditori nunquam censetur aperta via agendi de iure contra tertium possessorem, nisi probet de inopia debitoris, cum non sit æquum, quod compellatur possessor, si debitor est soluendo, & hanc opinionem sequitur Iacob. de Arena. *in d. suo tract. num. 32.* Facchin. *in d. tract. controuersiarum iuris. lib. 8 cap. 53.*

50 Amplia decimo sexto, in exceptione iurisiurandi, quæ etiam est dilatoria, & impedit. litis contestationem. Alex. *in l. ait prętor la 2. num. 3. ff. de iuriiur.* Gramat. *decis. 66. num. 1.*

51 Amplia decimo septimo, vt exceptio absentiæ etiam a qualibet persona etiam inhabili allegata, & probata in præparatorijs impediat processum ad vlteriora, & si iudex procederet festi-

52 nanter, processus erit ipso iure nullus, tam in causa ciuili, quam criminali. Bald. *in l. seruū quoq; §. publice col. 6. n. 8. vers. tertio. quæro in ista part. ff. de procur.*

53 Amplia decimo octauo, vt exceptio feriarum, non numeratæ pecunię; epistolę diui Adriani, vt prius conueniatur reus, quā fideiussor, quod tutor non fecerit inuentariū, & quod non satisdederit, & quod filius non habuit consensum patris. tanquam omnes dilatoriæ opponi debeant in præparatorijs. vt per Bald. *in l. præscriptiones num. 2. C. de except. & præscript.*

54 Declara, vt licet exceptio feriarum sit dilatoria, tamen opponi possit etiam post litem contestatam. Alex. *in l. ne quis. §. sed excipiuntur. num. 3. ff. de fer.* & de hoc vide *in pręparatorio 26. num. 18. parte prima.*

55 Amplia decimo nono, vt exceptio præscriptionis possit etiam in vim dilatorię in præparatorijs opponi ad effectum impediendi processum, dumodo sit liquida. Afflict. *decis. 52. num. 2.*

56 Subamplia, vt quando actor non expressit in libello tempus obligationis, possit reus in pręparatorijs petere, vt cogatur actor declarare tempus obligationis ad exceptionem pręscriptionis præparandam. Bald. *in l. edita. num. 29. C. de edendo.*

57 Amplia vigesimo, vt exceptio dilatoria, quæ ex forma statuti non potest opponi contra instrumentum, non censeatur ab eodem statuto prohibita, quin saltem possit per reum opponi pręueniendo creditorem suum, vt faciat declarare, nunquid sibi competat aliqua exceptio legittima, secundum Cagnol. qui de communi testatur. *in l. diffamari. C. de ingen. & manum.* quem refert, & sequitur Carol. Grass. *d. tract. de except. in præludio. num. 246.* vbi tamen hoc limitat, nisi in instrumento adsit iuramentum, vel pactum; de non opponendo, quia tale pactum extenditur etiam ad præuentionem. vt in *num. 256.*

58 Amplia vigesimo primo, vt omnes exceptiones tam dilatoriæ, quam peremptoriæ sint semper perpetuę, quia non est semper in facultate rei excipere, quando velit. ideo licet omnibus actionibus aliquo temporis spatio præscribatur, attamen exceptionibus nunquam pręscribitur, nisi esset in facultate rei exceptionibus vti in iudicio, & non sit vsus, quia tunc exceptiones essent temporales, & possunt pręscribi. late Carol. Grass. *d. tract. de except. in præludio. num. 226.*

59 Vel nisi sit exceptio, quę moueatur

agendo,

agendo, vel replicando; vt in casu statuti, quod non possit dici de nullitate sententiæ, nisi infra certum tempus, quia huiusmodi iuri dicendi nullum præscribitur, si nullitas opponatur agendo, seu replicando, secus si excipiendo, vel duplicando. vt notat Bald. *in l. quæsitum. §. in dolo. ff. de peculio.*

60 Amplia vigesimo secundo, vt exceptio dilatoria, quæ non fuit opposita in præparatorijs illius iudicij possit etiam opponi in præparatorijs alterius instantiæ, ex quo illa litis contestatio prius facta resoluitur, & effectus, quod dilatoria non opposita in præparatoriis non possit opponi post litem contestatam, est limitatus in illa instantia tantum, non in alia. ita Dec. *in l. 2. num. 54. C. de edend.*

61 Amplia vigesimo tertio, vt opponens aliquam dilatoriam, non possit impediri, quominus alias dilatorias opponat in præparatoriis, quia quousq; non est facta litis contestatio, semper durat terminus opponendi dilatorias, si non fuit præfixus alius terminus ad dilatorias proponendas secundum formam. *cap. pastoralis. de except.* ita Io. de Imol. *in l. quidam consulebant. num. 21. ff. de re iudic.*

62 Limita primo præcedentem regulam, vt non procedat, quando reus comparens in præparatoriis protestetur, quod non intendit litem contestari. & quatenus iudex stet præcipiendo contestationem fieri, quod contestando litem non intendit recedere a dilatoriis exceptionibus, & aliis iuribus sibi competentibus, quia per huiusmodi protestationem erit sibi reseruatum ius illas opponendi, etiam post litem contestatam. ita Abbas. *in cap. ex conquestione num. 6. de restit. spoliat.* Late Tancretus. *in suo tract. de ordine iudicij lib. 2. in tit. de exceptionib.*

63 Idem dic, si iudex reseruaret ipsi reo ius opponendi dilatorias post litem contestatam, cum talis reseruatio fieri possit etiam in exceptionibus impedientibus processum, non solum a iudice, sed etiam ab arbitro, licet ab ista reseruatione possit pars appellare. Felin. *in cap. exceptionem. num. 16. de except.* vt dicam infra *in limitatione 5. vers. & vbi iudex.*

64 Item si reus opponat exceptionem, generalia contra, per quam excipiens non dicitur excipere, nec impugnare, sed reseruat sibi ius impugnandi, & excipiendi. Gabriel. *cons. 40. num. 25. lib. primo.*

Intellige, quod reseruat ius opponendi dilatorias in præparatoriis, cum dicta clausula non operetur post terminum proponendi dilatorias. secundum Io. de Imol. *in l. titia textores. num. 2. ff. de legat. & fideicom.*

65 Limita secundo, vbi exceptio dilatoria post litem contestatam de nouo oriatur, quia tunc poterit opponi etiam post litis contestationem. *cap. insinuante. de offic. delegat.* Alex. *in l. si mulier. num. 4. ff. solut. matrim.* vbi quod si post litem contestatam, & quandocunq; & in quacunq; parte iudicii exceptio superueniat, semper prodest reo & potest opponi. idem Alex. *in l. fin. num. 15. ff. si cert. pet.* Abb. *in cap. 1. num. 6. vers. vel nisi de nouo. de ordin. cognit.* Felin. *in d. cap. exceptionem. num. 24.* etiamsi ex-

66 ceptio oriretur de nouo sine facto aduersarii. idem Felin. *in cap. pastoralis. num. 20. vers. idem dic. de except.* vt si post litem contestatam oriatur quæstio inter iudicem, & litigantē, nam poterit

67 iudex vti suspectus recusari. glossa. *in l. apertissimi in verb. recusare. C. de iudic. vers. communē dicit* Dec. *in cap. pastoralis. num. 66. de except.* & bene facit Bald. *in l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbitr.* vbi dicit, quod inimicitia de nouo orta inter arbitrum, & partem, facit, quod pars potest protestari, ne arbitretur, quæ protestatio, si per arbitrum spernatur, operatur, vt laudum latum contra inimicum dici debet iniquum nullo alio probato de iniquitate. refert, & sequitur Felin. *in cap. suborta. num. 6. de re iudic.*

Vel si motum fuit iudicium contra fideiussorem, principalis debitor non erat soluendo, postea vero lite contestata

testata effectus est soluendo, nam tunc potest fideiussor exceptionem opponere, quod prius agatur contra principalem nunc effectum soluendo. Alex. *in d. l. fin. num. 15. ff. si cert. pet.* contrarium tenet ibi Bald. *col. 3* quia inquit; si est facta excussio, & lis contestata, consideratur tempus litis contestatę, cuius opinio videtur verior; & eam sequitur Dec. ibi *num. 33.*

Item si contra me ageres ad decem, quæ tibi debebam, & illa tibi solui, nec tamen potui probare solutionem; nec illam excipere, quia si post solutionem superueniant mihi probationes, possum illa decem a te repetere per conditionem sine causa. vt dicit idem Alex. *in l. eleganter. §. si quis post. num. 9. ff. de condict. indebit.* Felin. *in cap. quod ad consultationem. num. xi. de sent. & re iud.*

68 Fallit limitatio prædicta in exceptione de nouo orta, quam tamen reus non curauit prosequi, sed ad vlteriora processit, nisi esset exceptio habens causam successiuam: Felin. *in cap. in d. pastoralis. num. 20. & dicam infra.*

69 Sed aduerte, quod opponens dilatoriam post litem contestatam, tanquam sibi de nouo ortam, debet iurare, se post modum habuisse notitiam exceptionis nouiter exortæ. vt *in d. cap. pastoralis de exceptionib.*

70 Amplia prædictam secundam limitationem tanto magis procedere in exceptione dilatoria, quæ habeat causam successiuam, ex qua semper de nouo oritur ius excipiendi, vt exceptio, quod quis ex forma statuti non debet audiri, vt est bannitus, qui quoties petit audiri, etiam post litem contestatam, toties oritur de nouo ius excipiendi. Felin. *in d. cap. exceptionem. num. 15. vers. fallit 5.*

71 Nisi bannitus replicet de exceptione criminis exclusiua, vt si occiderit alium bannitum. nam potest opponere de banno, etiam non obstante statuto, quod bannitus non audiatur agendo, neq; excipiendo. Bald. *in l. 1. num. 2. C. ne quis in ius vocat. est vi eximat.*

72 Amplia prædictam secundam limitationem, vt exceptio dilatoria post litis contestationem superueniens, si opponatur, impediat reliquum processum, ac si fuisset opposita ante litem contestatam. Alex. *in d. l. eleganter. §. si quis post. num. 5.*

73 Limita tertio in minore, muliere, & rustico, qui si omittunt opponere in præparatorijs dilatorias propter eorum imperitiam iuris, possunt eas opponere post litem contestatam. Alex. *in l. de die. §. si seruus. num. 4. ff. qui satisd. cog.* vbi secus dicit, si ex certa scientia illas omiserint, licet minori competeret restitutio in integrum, sicut Ecclesiæ. Felin. *in cap. pastoralis. num. 22. vers. & tales personæ de except. & in d. cap. exceptionem. num. 19.*

74 Amplia hanc limitationem, vt omittens ex certa scientia opponere in pręparatorijs dilatoriam solutionis, videatur illam remittere, sicut soluens scienter ante diem videtur remittere huiusmodi exceptionem dilatoriam, ita vt repetere non possit. Alex. *in l. lecta. col. 7. vers. vnde tunc putarem. ff. si cert. pet.*

75 Limita quarto, in exceptione dilatoria omissa per errorem facti, quia potest etiam post litis contestationem opponi, etiam vbi ageretur de indebito soluto. *l. error.* & ibi glossa. *in verb. facti. C. de iur. & fact.*

76 Prout in declinatoria fori, quæ quomodocunq; fuerit omissa per errorem siue facti, siue iuris, potest quandocunq; opponi. *l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudic.* Alex. *in l. si mulier. num. 9. ff. solut. matrim.*

77 Limita quinto, vbi adsit statutum, quod exceptiones dilatoriæ oppositæ in præparatorijs possint ad merita reseruari. Bald. *in l. 1. num. 44. vers. nisi tempore litis contestatę. C. de confess.*

78 Quod statutum debet intelligi de dilatorijs requirentibus altiorem indaginem, non autem de liquidis, & patentibus, quas iudex nunquam debet reseruare. idem Bald. *cons. 169. incip. Bartholomeus. num. 2. lib. 5.* Bart. *in l. ille a quo. §. ex testamento. ff. ad trebellian.* & ibi etiam Alex. Felin. *in d. cap. cum contingat.* & dixi *in præparatorio. 8. num. 43.*

num.43.parte prima. presertim vbi reus
79 in præparatorijs offerat dilatorias paratas, cum tunc non possit cogi litem contestari eis saluis. idem Felin. *in cap. qualiter,& quando in fine.de iudic.*

Sed illas tenetur in præparatorijs discutere, si pars instat, ne alias grauaretur in procedendo contra formam iuris. Alex. *in l. apud Iulianum. §. si de testamento. num. 4. ff. ad trebell.*

80 Vt si esset exceptio, qua omissa peruerteretur ordo iudicij, puta, non es iudex, vel non es procurator, quia ista indistinctè debet in primis discuti, secundum Felin. *sub dubio forte. in d. cap. exceptionem. num. 17. de except.*

81 Et vbi iudex illas reseruaret, pars debet appellare, alias sustineretur processus. Felin. *in cap. si duobus. num. 8. de appellat.* Bart. *in l. naturaliter. §. nihil commune. in 2. quæstione. ff. de acquir. poss.* Bald. *in d.l.1. num. 44. vers. ego non credo. ff. de ijs qui acus. non poss.* Alex. *in d. §. si de testamento. num. 4.* Felin. *in d. cap. cum contingat.*

82 Ratio, qnia ordo non seruatus in preparatorijs non vitiat processum, cum tunc non sit propriè iudicium. Bald. *in l. arbitro. col. 2. num. 6. in fin. ff. qui satisd. cog.*

83 Eoq; magis debet appellare, vbi iudex dilatoriam oppositam reprobaret, cum talis reprobatio tollat exceptionis effectum. Bald. *in l. si autem. §. si quocunq; num. 3. vers. nota quod exceptio. ff. de negot. gest.*

84 In tantum quod si contra sententiam opponatur exceptio alterius sententiæ prius latæ, & iudex eam expresse reprobauit, non poterit opponens vti illa sententia, tanquam reprobata. Alex. *in l. ait pretor. la 2. §. si damnetur. num. 2. vers. accedit ad suam distinctionem. ff. de iureiur.*

85 Prout etiam debet appellare, vbi iudex tacite rijceret exceptionem per processum ad vlteriora. vt late dixi, & declaraui. *in præparatorio 8. num. 42. parte prima.*

Quia iudex tacite rijciens exceptionem per processum ad vlteriora, omissa pronunciatione, videtur ipso facto pronunciare super reiectione exceptionis, ideo ex hoc solo potest excipiens appellare. vt late per Felin. *in cap. suborta. num. 4. de sent. & re iudic.* Seraphin. *decis. 83. num. 8. & decis. 227. num. 4.*

Caue tamen, ne vnquam etiam in casibus supradictis appelles, nisi exceptio tua sit ita in sua specie, & forma, concludenter probata, vel possit in continenti ita probari, vt vere concludat exceptionis effectum, quia exceptio clare, & specifice non probata non rele-
86 uat excipientem. Carolus Grassus. *in suo tract. de exceptionib. in preludio. num. 271. & seq.* adde Paul. de Castr. *cons. 261. incip. visis & consideratis. lib. 2.* Crauett. *cons. 249. num. 1.* Felin. *in cap. pastoralis. num. 15. de except.* etiamsi in negatiua consistat. Surd. *decis. 104. num. 4.*

87 Cum reus in sua exceptione sit actor, cui eam probandi onus incumbit. Bald. *in l. non cogendum. §. si procurator. num. 2. vers. tertio dicitur reus, & actor. ff. de procurat.* & qui admittitur ad excipiendum, per consequens admittitur ad probandum, alias frustra exciperet. idem
88 Bald. *in l. peremptorias. num. 39. C. sent. rescin. non poss.* quia ad effectum oneris probandi, idem operatur excipere, &
89 agere. Bald. *in l. si autem. §. si quocunq; num. 3. ff. de negot. gest* & cui denegatur exceptio, denegatur actio. *l. nec intentio. C. de transact.* & paria sunt non
90 habere exceptionem, vel habere, & eam non posse opponi, vel probari.
91 idem Bald. *in l. nam & seruus. in fine. ff. de negot. gest.* vel eam esse obscuram. Felin. *in cap. pastoralis. num. 15. de exception.* vbi quod ita clara debet esse exceptio, sicut actio. adde Io. de Imol. *in l. titia textores num. 2. ff. de legat.*

Vel eam esse ineptam, quia inepta exceptio non est exceptio, nec venit appellatione exceptionis. Marsil. *cons. crim. 39. num. 42. parte prima. nec* obstat agenti *l. satis aperte. C. ad l. corn. de fal.*

92 Cum in exceptionibus admittendis, vel repellendis iudex vti debeat stricto

iure

iure in forma iuris. Bald. *in l. compensationes. in fine. C. de compensat.*
93 Vt obuiet malitijs, & astutijs, quæ præsumuntur in excipiente; quæ præsumptio purgatur, si excipiens offerat se in-
94 continenti velle probare exceptionem suam. Alex. *in d. §. si ex testamento. num. 5.* Bald. *in l. lecta. col. 4. ff. si cert. pet.* & dicitur incontinenti probare ille, qui probat intra tres dies, vnde si reus probauerit in præparatorijs suam exceptionem, actor vero replicat exceptio-
95 nem non esse probatam, & proinde petat eam ad merita reseruari. non debet iudex reseruare, sed in ipsis præparatorijs debet assignare terminum actori ad probandum suam replicationem, antequam lis contestetur. Afflict. *decis. 63.*
96 In quo termino non possunt deduci, neq; probari, nisi ea tantum, quę respi-
97 ciunt pręparatoria, non autem decisoria, quę ante litis contesttionem probari non possunt. vt dixi *in præparatorio octauo. num. 46. parte prima.* intellige
98 per testes, secus per confessionem, quæ valet facta, etiam lite non contestata. Bald. *in l. quid ergo. §. pęna grauior. in rever. num. 7. ff. de his qui not. infam.*
99 & talis terminus in præparatorijs assignatus est peremptorius, nisi in termino occurrat impedimentum. Bald. *in l. in pecuniarijs. num. 6. ff. de f. r. & dilat.*
100 ita vt si in termino non probetur dilatoria, non poterit probari, nec coram alio iudice. Felin. *in cap. pastoralis. num. 36. de except.* succumbens tamen in probatione talis exceptionis in pręparatorijs poterit producere super eadem testes post litem contestatam, quia primi fuerunt summarie, & ad alium finem examinati. idem Felin. *in d. cap. exceptionem. num. 36. & 37.* vbi quod valent probationes admissæ super exceptione impediente litis ingressum, licet de iure debuisset in præparatorijs proponi.
101 Limita sexto in dilatorijs, quæ non possunt incontinenti probari in pręparatorijs, sed requirant altiorem facti indaginem, vel longam, & dubiam iuris altercationem, quæ ęquiparatur dubietati facti, ideo possunt ad merita reseruari. Anton. Capyc. *decis. 10. num. 19. & 20.* Io. de Imol. *in l. accusatore. col. 20. vers. cum dubietas iuris. ff. de public. iudic.* Afflict. *decis. 52. num. 2.*
102 Tam in iudicio ordinario, quam summario. Alex. *in d. §. si ex testamento. num. 5.*
Ratio, quia super allegatione iuris dubij requiritur ordo iudiciarius. Felin. *in d. cap. exceptionem. num. 30. in fine.*
103 Secus vbi esset exceptio allegationis iuris communis, vel municipalis clari, & indubitati, non autem obscuri, seu intricati, quia hęc non potest ad merita reseruari, quia impedit litis contestationem. Bald. *in l. arethusa in prima lectura in fine. ff. de stat. homin.* Maranta *in praxi in verb. aduertatur ad exceptiones. num. 52.*
104 Dicitur autem exceptio requirere altiorem indaginem, quando in discussione vertitur subtilitas iuris. Rota *decis. 103. parte prima diuers.* Oddo *de restit. in integr. fol. 86. num. 44.*
105 Limita septimo in exceptione notoria, puta per instrumentum, quod ostenderet agenti non competere actionem ipso iure, quia hæc potest opponi etiam post litem contestatam, & quandocunq; Felin. *in cap. dilecti filij*
106 *num. 8. & 9. de libell. oblat.* Alex. *in l. creditori. num. 1. C. de pact.* vbi quod quælibet exceptio notoria per instrumētū semper opponi potest, nam quod cōstat per instrumentū, dicitur notoriè constare. *cap. cum contingat. de rescript. l. licet. ff. de probat. cum simil.* ita quod impedit executionem etiam obligationis cameralis. Cassador. *decis. 10. num. 6. de rescript.* adde Carol. Grass. *d. tract. de except. excep. 5. n. 14.* vbi quod notoria exceptio dicitur illa, quæ resultat ex ventre instrmēti. Capyc. *decis. 77. n. 6.* Intellige si exceptio sit clara, & vlteriori probatione, vel disputatione non indiget, vel etiam incontinenti probari potest. Canar. *de execut. instrum. quæst. 13. num. 31.*
Secus vero si altiorem requirat indaginem. Ant. August. *decis. 61. lib. 3.*

& in epitom. tit. de iuriur. §. de obligat. cam. num. 4. & fuit dictum in Romana responsionis casalis Mercurij 15. Ianuarij 1597. coram Corduba, & in Romana executionis de anguillaria. 6. Martij. 1592. coram Orano.

107 Item intellige, si exceptio, quæ excludit actionem agentis, sit de iure ipsius excipientis, quia si esset exceptio de iure tertij, a quo excipiens causam non habeat, non patrocinatur ei, nisi ius tertij sit tale, quod possit vti eo, cui principaliter competit inuito, vel nisi sit incompatibile ipso iure cum iure agentis. vt declarat Bald. *in d. l. peremptorias. num. 39. C. sent. rescind. non poss.* vt si sibi agenti contra me spolio, ego obijciam, quod alius de tempore asserti spolij possidebat. nam huiusmodi exceptio non tam est iuris tertij, quam non iuris agentis, merito impedit causę expeditionem. vt per Ancar. *cons. 197 num. 1. in fin.*

108 Limita nono, in dilatoria quę incipit competere post litem contestatam. Abb. *in cap. 1. num. 6. de ordin. cognit.*

109 Limita decimo, in excommunicatione, quę cum sit anomala exceptio, potest opponi etiam post litem contestatam. idem Abb. *in d. cap. 1. num. 6. de ordin. cognit.*

110 Intellige de excommunicatione valida, quia si nulla, nullos operatur effectus. Seraphin. *decis. 1232. num. 3.*

In tantum quod nec in foro conscientię, nec in foro externo timenda est: Vgolin. *tract. de censur. cap. 10. §. 18. num. 1. & num. 3.* vbi quod sacerdos excommunicatus nulliter non debet abstinere a diuinis, & potest secure celebrare, & celebrando nulla potest affici molestia. Couar. *in cap. alma. parte prima. §. 7. num. 7.* vbi quod non idcirco officitur irregularis. Vgolin. *d. §. 18. num. 5. tab. prima.* vbi quod si bona fide quis celebret existimans absolutionem esse validam, cum sit nulla, irregularis non efficitur, cum irregularitas non incurratur, nisi sciens, & audax celebrauerit in contemptum; Nauarr. *in cap. accepta. opposit. 8. num. 22. de restit. spoliat. & in suo manuali cap. 27. num. 156.* vbi allegat constitutionem Pij Papę secundi, quæ incipit, cum ex sacrorum, loquentem per verbum præsumpserit, quod denotat dolum, & contemptum, sine quo irregularitas non incurritur. Caualer. *decis. prima num. primo.*

Excommunicatio autem nulla reputari non potest, nisi in casibus a iure expressis. Felin. *in cap. cum super causa. num. 8. vers. fateor tamen. de testib. cogend.*

111 Limita vndecimo, vbi pars fuisset impedita, vel supplantata per iudicem, ne posset opponere suas dilatorias ante litem contestatam, quia tunc non solum poterit eas opponere post litem contestatam, sed etiam post conclusionem in causa, immo & post relationem eas probare, secundum Felin. *in d. cap. exceptionem. num. 14. de except. vbi declarat.*

112 Limita duodecimo in dilatoria, quæ redderet iudicium retro nullum, vt exceptio incompetentię iudicis quando iurisdictio non fuit prorogata, nam hęc potest opponi etiam post litis contestationem, quæ tanquam nulla non obstat. Felin. *in d. cap. exceptionem. num. 21.* & de exceptione contra personam tam iudicis, quam partis, quę sit funditus inhabilis, quod possit semper opponi, anquam reddens iudicium retro nullum. dicit Bart. *in l. licet. C. de procurat.*

Intellige, nisi ad impediendum prolationem sententię opponeretur post conclusionem in causa, prefertim si super exceptione aliquid veniret probandum. Alex. *in d. l. licet. num. 3.*

113 Limita decimotertio, vbi pars tacite permittat, quod opponatur, & discutiatur dilatoria post litem contestatam. vt per Felin. *in d. cap. exceptionem. num. 24.*

114 Limita decimo quarto, quando litis contestatio fuit nulliter facta. idem Felin. *in d. cap. exceptionem. num. 21. vers. fallit 9.*

115 Ratio, quia litis contestatio non iure facta habetur pro non facta. vt dicit glossa.

glossa. *in l. si pater. C. ne de stat. defunct.* & per hanc glossam *dicit*. Imol. *in cap. constitutus. col. 12. de rescript.* quod processus nullus non facit desinere rem esse integram.

116 Limita decimo quinto, vt exceptio falsi procuratoris, quamuis sit dilatoria, opponi tamen possit non solum in preparatorijs, sed etiam post litem contestatam, immo & post sententiam latam. Tacret. *in d. tract. de ordine iudiciario. lib. 2. in tit. de exception. dilatorijs. in tomo 3. tractatuum diuersorum. parte prima fol.* 5. item exceptio, quod procurator est reuocatus, procedit, si dominus in præparatorijs compareat, nec dixerit citra reuocationem, secus si compareat post litem contestatam. Bald. *in l. ante litem. num. 1. ff. de procurat.*

117 Limita decimo sexto, in dilatoria, quæ opponitur incontinenti post litem contestatam. Felin. *in d. cap. exceptionem. num. 22.*

118 Nam quæ immediate fiunt, dicuntur fieri incontinenti, & simul, & semel fieri videntur. *l. quod ait in fine. ff. ad l. Iul. de adulter.*

119 Intellige, antequam iudex recedat a tribunali. *l. litigatoribus. C. de appellat. l. diuus. ff. de interrogat. act.*

120 Limita decimo septimo, in dilatoria opposita in preparatorijs, quam iudex noluit admittere, nec de ea cognoscere, nam poterit etiam post litem côtestatam opponi. Alex. *in d. l. apud Iulianum. §. si ex testamento in fine. ff. ad trebell.*

PRAEPARATORIVM XIIII.

An excipiens simpliciter in præparatorijs videatur intentionem aduersarij confiteri, ita vt exceptione non probata possit ex tali confessione sine vllo iudiciario ordine condemnari?

SVMMARIVM.

R*EVS simpliciter excipiens, vel actor replicans etiam in præparatorijs non videntur fateri.* 1.

Reus excipiens simpliciter non solum non fatetur intentionem actoris, sed nec etiam dubiam eius probationem declarat ad commodum ipsius. 2.

Reus excipiens bene fatetur, quod aduersarius agit in quantum agere est facti, sed non quod habeat ius agendi. 3.

Regula simpliciter loquens, simpliciter debet intelligi. 4.

Reus simpliciter excipiens debet absolui, nisi actor probauerit intentionem suam. 5.

Exceptio opposita ad effectum declinandi iudicium, non debet effectum contrarium operari. 6.

Reus vocatus ad iudicium, si satisdederit in præparatorijs de iudicio sisti, eo quia imobilia non possideat, non per hoc videtur in iudicem consensisse. 7.

Exceptio est actionis exclusio, & conflictus. 8.

Replicatio actoris dicitur actionis accessio. 9.

Quod dicitur de exceptione habet locum in replicatione. 10.

Factum simpliciter ad exclusionem, non debet inclusionem operari. 11.

Soluens in preparatorijs animo declinandi iudicium, non videtur confiteri, nec litem contestari. 12.

Actor exclusus ab vna actione propter exceptionem rei, non intelligitur exclusus ab alia, quę sibi competat. 13.

Actor sicut non videtur se astringere ad id, ad quod non debet, ita neq; reus excipiens. 14.

Reus excipiens in preparatorijs ad excludendum

dum iudicium actoris, non videtur se astrixisse ad illud confitendum. 15.

Exceptio debet intelligi stricto iure in forma iuris. 16.

Exceptio dilatoria non est propriè exceptio. 17.

Exceptio dilatoria est exclusio actionis, & temporis. 18.

Exceptio an sit dilatoria, vel peremptoria, pendente tali dubio reputatur perpetua. 19.

Excipiendi ius non metimur ex iure excipientis, sed ex defectu iuris agentis. 20.

Iudicium demetiendum est ex persona actoris, non autem rei. 21.

Actor si non habet ius agendi, licet reus non habeat ius possidendi, semper praeualet possessor rei. 22.

Possessio vitiosa, & spoliatiua non prodest reo, si contra eam competit interdictum vnde vi. 23.

Confessio implicata cum negatione separari non potest, sed debet acceptari. 24.

Actor non potest se iuuare exceptione rei, quam nixus est impugnare. 25.

Confessio debet acceptari in eum sensum, qui minus praeiudicat confitenti. 26.

Actus agentium non debent operari vltra eorum intentiones. 27.

Excipientis intentio est repellere actorem ab actione sua. 28.

Confessio, vt noceat, debet esse liquida. 29.

Confessio non dicitur liquida, quae habet negationis mixturam. 30.

Reus potest se defendere contrariis exceptionibus, & sufficit ei ex vno membro exceptionis vincere. 31.

Confitentis verba debent interpretari in fauorem confitentis, & contra fundantem se in dubia confessione. 32.

Reus excipiens non videtur fateri etiamsi exceptionem non probet. 33.

Priuatio praesupponit habitum. 34.

Manumissum qui se dicit, fatetur se fuisse seruum. 35.

Vsuras qui promittit, fatetur praecessisse obligationem sortis. 36.

Soluisse qui se dicit, non fatetur debitum de praesenti. 37.

Confessio solutionis habet contra se praesumptionem, & potest acceptari reiecta qualitate solutionis. 38.

Confessio censum fuisse impositum, sed fuisse extinctum potest acceptari, reiecta qualitate extinctionis. 39.

Confessio solutionis tunc habet praesumptionem contra se, quando est liquida. 40.

Praesumptio ex alia praesumptione non insurgit. 41.

Confitens aduersarium suum possessorem iniustum, fatetur eum possessorem ad effectum manutenendi, reiecta qualitate vitij 42.

Vxor accusata de adulterio, opponens exceptionem lenocinij, non fatetur se adulteram. 43.

Ex probatione facta in praeparatoriis, non potest quis condemnari. 44.

Confessus in iudicio potest, absq; vllo iudiciario ordine, condemnari. 45.

Exceptio lenocinij habet vim accusationis, & habet effectum repulsiuum, & punitiuum contra virum, etiam opposita in praeparatoriis. 46.

Lenocinij exceptio habet eundem effectum, quem habet accusatio. 47.

Vxor excipiens de lenocinio praesumitur seducta a viro. 48.

Lenocinij crimen est maius adulterio, quoad infamiam. 49.

In potestate partium non est impedire ius publicum. 50.

Accusatus quando possit reaccusare accusatorem de pari, vel de minore crimine. 51.

Accusator, & excusatus excipiens de pari crimine, puniuntur probato delicto. 52.

Glossa in l. is qui reus. ff. de publ. iudiciis reprobatur. 53.

Reconuentio non admittitur in criminibus. 54.

Reaccusatio regulariter praesumitur fieri malo Zelo, ideo de iure canonico non admittitur indistincte. 55.

Pactum de non petendo opponens, licet videatur fateri se obligatum, non tamen de praesenti, 56.

Excipiens non credit, neq; discredit, immo dici potest, quod dubitat, ideo non videtur fateri. 57.

Actor negando exceptionem rei non potest in ea se fundare, nec in confessatis explicite. 58.

Exci-

Excipiens est tutus, si primo negat licet postea fateatur. 59.

Excipiens se permutasse, non fatetur aduersarium esse dominum rei permutatæ. 60.

Articulans non videtur fateri contenta in articulis ad commodum aduersarij. 61.

Confessio facta in positionibus præiudicat confitenti. 62.

Exceptio celebrati matrimonij, vel professionis factę per metum non potest acceptari pro parte confessata. 63.

Excipiens si pure fateatur, pręiudicat sibi. 64.

Confessio facta in pręparatorijs pręiudicat. 65.

Procuratoris confessio facta etiam in præparatorijs, quando noceat Domino. 66.

Actor potest se fundare in puro facto, quod continet exceptio rei. 67.

Dans mandatum de confitendo non videtur fateri. 68.

Fallit vt hic. 69.

Tutor dans mandatum de confitendo non præiudicat pupillo. 70.

Tutor confitendo per modum voluntarię iurisdictionis non pręiudicat minori. 71.

Fallit in pręparatorijs iudiciorum. 72.

Actor licet non possit se fundare in exceptione rei, potest tamen in probatione exceptionis. 73.

Actor licet non possit se fundare super positione, potest tamen super testibus receptis super eadem positione. 74.

Producens instrumentum videtur fateri omnia contenta in eo. 75.

Etiamsi producens protestetur se producere pro se tantum, & contra aduersarium. 76.

Producere, & vti producto dependet a potestate producentis. 77.

Protestatio quandoq; iuuat producentem iura sua. 78.

Impugnans instrumentum perdit commodum instrumenti. 79.

Contra instrumentum productum si non opponatur, quod non sit in forma probanti, non potest amplius opponi. 80.

Producens instrumentum non potest impedire partem, quominus eo vtatur. 81.

Protestatio, quod quis non vtatur instrumento producto, non dependet a potestate producentis. 82.

Producens non potest reuocare productionem post quam citata fuit pars ad dicendum contra. 83.

Fallit ex causa erroris probato, errore. 84.

Confessio erronea expressa potest reuocari, multo magis tacita. 85.

Confitens in iudicio præsumitur dixisse verum nisi contrarium probet. 86.

Confessio, occidi hominem me defendendo, habet præsumptionem contra se, & potest acceptari resecta qualitate defensionis. 87.

Quod procedit etiam in ciuilibus. 88.

Confessio in exceptione etiam facta vnico contextu verborum, scindi potest propter præsumptionem contrariam. 89.

Præsumptio contra confessionem debet esse vehemens. 90.

Ad repellendum exceptionem peremptoriam præsumptio debet esse multum vehemens, secus in dilatoria. 91.

Confitens se occidisse, se defendendo non potest ex hac sola confessione condemnari ad mortem, quamuis defensionem non probet. 92.

Crimen exceptum non debet puniri pœna ordinaria. 93.

Excipiens videtur se astrinxisse ad onus probandi exceptionem suam. 94.

Reus est actor, quoad onus probandi exceptionem. 95.

Cui permittitur excipere, permittitur probare. 96.

Reus non admissus ad probandum suam exceptionem potest eam denuo refricare. 97.

Terminus ad probandum dilatorias debet assignari in præparatorijs de iure canonico, arbitrio iudicis; sed de iure ciuili, non nisi quando timetur de malitia excipientis. 98.

Exceptio non numeratæ pecunię debet probari per actorem, id est pecunia numeratio. 99.

Excipiens de crimine, si non probat crimen propositum, tenetur actione iniuriarum. 100.

Excomunicatus excipiens de absolutione, tacite fatetur se fuisse excomunicatum. 101.

1 PRæparatorium istud habet regulam negatiuam fundatam *in cap. exceptionem obijciens de reg. iur. in 6. & in cap. cum venerabilis de except.*

except. & *in l. non vtiq; existimatur. 9. ff. de except. & præscript.* vbi quod reus excipiens, vel actor replicans simpliciter etiam in præparatorijs non videntur fateri intentionem aduersarij. Felin. *in d. cap. cum venerabilis. num. 9.* vbi dicit, quod licet hęc materia sit difficilis,& prolixa; tamen omnes Doctores, qui eam examinant *in l. cum mulier. ff. solut. matrim.* & in alijs locis. vltimate concludunt, quod excipiens regulariter non fatetur intentionem actoris, immo quod nec dubiam eius probationem declarat ad commodum
2 ipsius,quia, inquit, secundum Bald. *in cap. de testibus col. 2. de testib.* quod excipiens bene fatetur,quod aduersarius agit in quantum agere est facti, sed non quod habeat ius agendi.idest,fate-
3 tur,quod est in ipsa exceptione,sed non fatetur tacite interclusum. vt declarat Abb. *in cap. si super quæstione. num.8. de concess. præbend.* & *in d. cap. cum venerabilis. num. 26.* vbi in effectu conclu-
4 dit, quod cum regula, exceptionem, in 6. & *d. l. vtiq; existimatur.* loquantur indistinctè. debent simpliciter intelligi,idest,quod simpliciter excipiens non
5 fatetur, & debet absolui, nisi actor probet extentionem suam. Alex. *in l. gallus §. forsitan. num. 2. ff. de liber. & posth.* & *in l. decem. num. 25. ff. de verb. oblig.*
Ratio, quia opponens exceptionem dilatoriam, vel peremptoriam in vim dilatoriç, aut declinatoriç in præparatorijs, non ad alium finem opponit,
6 quam declinandi iudicium, ergo non videtur fateri, quia non debet operari duos effectus contrarios. ita Bald. *in d. l. cum mulier. col. 10. in fin. vers. prodest igitur.*
7 Et propterea si reus, qui fuit vocatus ad iudicium,forte satisdederit in præparatorijs de iudicio sisti, eo quia immobilia non possidebat, non per hoc videtur in iudicem consensisse. Bald. *in l. gallus. §. quidam recte. col. 4. ff. de liber. & posth.*
8 Item exceptio est actionis exclusio, & conflictus. Bald. *in l. iurisgentium. §. quinimmo. num. 5. in fine ff. de pact.*
9 Replicatio vero dicitur actionis accessio. idem Bald. *in l. si pactum. C. de except.*
10 Et quod dicitur de exceptione ,habet locum in replicatione vt scilicet actor replicans non videatur fateri. Abb. *in d. cap. cum venerabilis. num. 27.*
Qui ergo excipit, id facit ad effectum excludendi actionem, & qui replicat, ad effectum elidendi exceptionem, ergo quicquid fit simpliciter ad exclusionem,non debet contrarium operari.
11 idem Bald. *in d. l. cum mulier. loco supra citato.* Io. de Imol. *num. 21.* vbi quod hęc est verior solutio, vbi infert, quod qui soluit in pręparatorijs animo decli-
12 nandi iudicium, non videtur confiteri, nec litem contestari. *l. si reus paratus. ff. de procurat.* sicut e contra actor exclusus ab vna actione per exceptionem rei
13 non intelligitur exclusus ab *alia, si quę* sibi competat, cum *exclusus vno iure* admittatur alio iure, *a quo non reperitur* exclusus. Bald. *in l. nescis. ff. de acquir. heredit.*
14 Item sicut agens non videtur se astringere ad illud, ad quod non debet, ita etiam reus excipiens non videtur excipiendo se voluisse astringere ad id,ad quod non debet. idem Bald. *in l. pro herede. §. si. quid tamen. vers. item quia non videtur agens. ff. de acquir. heredit.*
15 Excipiendo igitur reus in præparatorijs ad excludendum,& declinandum iudicium actoris, non debet videri se astrinxisse ad confitendum, cum ex-
16 ceptio intelligi debeat stricto iure in forma iuris, secundum Bald. *in l. compensationes in fin. C. de compensat.*
17 Non obstat, quod exceptio dilatoria opposita in præparatorijs, de qua nos loquimur, non est propriè exceptio, cum non sit actionis exclusio, vt diffinitur exceptio, & sic in dilatoria non intrat regula supradicta, quę loquitur in peremptoria, vt de pacto de non petendo, & alijs, de quibus in glossa *in d. regula, exceptionem obijciens.*
18 Quia pro responsione dicimus, quod etiam dilatoria propriè dici potest exceptio, cum sit exclusiua actionis, &

temporis

temporis ſecundum gloſſam *in cap. quoniam contra in verbo exceptiones. de probat.* quam ſequitur Ripa. *in l.* 1. §. *Cato. num.* 83. *ff. de verb. obligat.*

19 Sed quando dubitatur, an exceptio ſit dilatoria, vel peremptoria, in dubio pendente iſta dubietatis quęſtio reputatur perpetua. Gratian. *diſcept. forens.* 325. *num.* 23.

Minus etiam obſtat, quod objciens ſimpliciter peremptoriam poſt litem conteſtatam videatur fateri, quia tantum abeſt, vt fateatur, quod immo negare videtur, cum ius excipiendi ſemper includat defectum iuris agendi, nam ius excipiendi non metimur ex iure excipientis, ſed ex defectu iuris

20 agentis. *l. qui ex liberis.* § *teſtamento. in fine. ff. de ſecund. tabul.* quia iudicium

21 ſemper demetiendum eſt ex perſona actoris. Gregor. XV. *deciſ.* 470. *num.* 6. *& deciſ.* 335. *num.* 13.

22 In tantum quod, ſi actor non habet ius agendi, licet reus non habeat ius poſſidendi, ſemper prævalet poſſeſſio rei pro non iure actoris. *l. qui accuſare. C. de edend.* §. *retinendę. verſ. commodum. Inſtit. de interdictis.* Bald. *in l. militis codicillis.* §. *veteranus. ff. de militar. teſtam.* niſi ſit poſſeſſio vitioſa, & ſpolia-

23 tiua, quæ non prodeſt etiam ad iſtum effectum. vt de communi teſtatur Curt. *conſ.* 90. *num.* 3. *verſ. & licet. lib.* 2. intelliges ſi contra poſſeſſionem ſpoliatiuam competat interdictum vnde vi, vel bonorum raptorum, vel vis expulſiua. Afflict. *deciſ.* 19. *num.* 3. *&* 7.

24 Cum igitur confeſſio excipientis ſit implicita cum negatione, ſeparari minime poteſt. Bart. *in l. Aurelius.* §. *idem quęſiuit. ff. de liberat. legat.* Verall. *deciſ.* 191. *num.* 2. *parte prima*. Surd. *deciſ.* 258. *num* 4. *&* 5. Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *centur. prima. caſ.* 93. *num.* 21. ſed debet acceptari cum ſua negatione. Franciſ. Marc. *deciſ.* 60. *num.* 5. *parte prima*. Surd. *d. deciſ.* 258. *num.* 5. præſertim ſi fuerit facta vnico contextu verborum; cum connexa, & cohęrentia diuerſo iure cenſeri non debeant. Gratian. *diſcept. for.* 297. *num.* 4. *& diſcept.* 356. *num.* 3.

25 Et ſi actor nō vuult acceptare exceptionem prout iacet, non poterit ex ea ſe iuuare, quam nixus eſt impugnare. *cap. ex eo. de reg. iur. in* 6. Felin. *in cap. capitulum. num.* 9. *de reſcript.*

26 Et acceptari debet in eum ſenſum, qui minus prę iudicet confitenti. Mohedan. *deciſ.* 37.

27 Cum actus agentium non debeant operari vltra eorum intentiones. *l. obligationum ſubſtantia.* §. *fin. ff. de act. & oblig.* intentio autem excipientis eſt re-

28 pellere actorem a petitione ſua. *l. exceptio. ff. de except.*

29 Nam confeſſio, vt noceat, debet eſſe liquida, & clara. Pontan. *de ſpol. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 48.

30 Et non dicitur liquida, & pura confeſſio, quæ habet nagitionis mixturam, prereſertim in reo excipiente, cui licitum eſt diuerſis, & contrarijs exceptionibus ſe defendere, & ſufficit ei ex vno

31 membro exceptionis vincere. Natta. *conſ.* 171. *num.* 7. *lib. primo*.

32 Et verba confitentis interpretari debent in dubio in fauorem ipſius. Dec. *conſ.* 256. *in cauſa inquiſitionis. num.* 9.

Et contra fundantem ſe in dubia confeſſione. *l. veteribus. ff. de pact.*

33 Ampliatur primo præmiſſa regula, vt etiam procedat, vbi excipiens non probet ſuam exceptionem, quia nihil non videtur fateri, qui deficit in exceptionis probatione, nam licet contrarium dicat gloſſa *in auth. de exhibendis reis.* §. *ſancimus. in verb. conteſtatio. in fine.* approbata per Bald. *in l.* 2. *col.* 2. *verſ. ſed pone. C. quando fiſc. vel priuat.*

Tamen dicta gloſſa ab alijs reprobatur, quia contra eam obſtant rationes ſupra deductæ pro regula. Felin. *in d. cap. cum venerabilis. num.* 10. *de except.*

34 Ampliatur ſecundo, vt etiam procedat in exceptione ſolutionis, vel compenſationis, quę licet præſupponat debitum, ſicut priuatio prę ſupponit habitum. *l. decem. ff. de verb. obligat.* vbi Bart. infert. quod qui dicit ſe manumiſſum, videtur fateri ſe fuiſſe ſeruum,

35 & qui promittit vſuras, videtur fateri pręceſſiſſe obligationem ſortis. vt late

P per

36 Camill. Visitarinum . *in repetit. l. 1. num. 45. ff. solut. matrim. in volum. 3. repetentium. fol.* 115. sicut qui producit instrumentum legittimationis fatetur se illegittime natum. Bald. *in l. 2. in princ. C. de iure aureor. anul.* alia similia dat Alex. *in d. l. decem. num. 33. & seq.*

37 Tamen qui dicit, ego solui, vel oppono compensationem, nõ videtur fateri debitum. vt dicit glossa. *in l. Iulianus. ff. de condict. indebit.* Alex. *in l. decem. num. 29. & 30. ff. de verbor. obligat.*

Ratio, quia nõ videtur se fateri obligatum de presenti, imo hoc expresse negat. Felin. *in d. cap. cum venerabilis. num. 10. vers. contrarium tenent. & num. 12. vers. obstat. glossa.* Alex. *in d. l. decem. num. 26.*

38 Non obstat, quod confessio solutionis habeat contra se præsumptionem, cum contineat diuersa, & separata facta, & non annullet, quin potius præsupponat debitum, quo casu potest acceptari reiecta qualitate solutionis. Natta
39 *cons. 365. num. 1. & 2. lib. 2.* Rota *in Romana census. 24. Nouembris 1606. coram Ortembergo.* vbi fuit acceptata confessio impositionis census, & reiecta
40 qualitate extinctionis, sub qua fuerat facta confessio. quia respondetur, quod in casu dictæ decisionis agebatur de confessione facta in supplicatione; nos autem in exceptione habente implici-
41 tam negationem, quæ non fundat, imo negat intentionem agentis per supradicta, præsertim vbi qualitas solutionis adiecta sit per vnicum verborum contextum. Surd. *decis. 258. num. 12.* confessio autem solutionis tunc habet præsumptionem contra se, quando est liquida, & pura; secus quando est implicita cum negatione. quia sic sumeretur vna præsumptio ab alia, quod non licet. Alex. *in l. si rem aliquam. num. 21. ff. de acquir. possess.* Ruin. *cons. 151. num. 16. lib. 4.* Menoch. *de præsumpt. quæst. 43. num. 7. lib. primo.*

Non obstat, quod confitens aduersarium suum possessorem vitiosum præiudicat sibi, reiecta qualitate vitij, quia hoc verum, quando confitetur libellando, non autem excipiendo. Rota *coram Carillo decis. 214. penes Rubeum. tomo primo.*

42 Ampliatur tertio, vt procedat etiam in exceptione Lenocinij opposita in præparatorijs per vxorem à viro accusatam de adulterio, quia per eam non
43 videtur se adulteram confiteri; nec ex huiusmodi exceptione habente implicitam confessionem adulterij potest vti adultera condemnari. Io. de Imol. *in d. l. cum mulier. num. xi.*

44 Subamplia, etiamsi vxor probauerit Lenocinij exceptionem per testes, ex quibus sit etiam probatum adulterium contra se ipsam, quia neq; ex hac sua probatione condemnari poterit, tum quia ista probatio, tanquam facta in præparatorijs ad effectum declinandi iudicium, non valet in principali causa, nec ad effectum condemnandi, cum non debeat trahi ad alium effectum, quam super quo facta est, ne duos effectus operetur contrarios, tum etiam quia tanquam facta ad exclusionem, non debet condemnationem operare. ita Bald. *in d. l. cum mulier. col. xi. vers. deinde quæro cum mulier excipiens.* vbi quod licet contra hanc mulierem iudex dicat. ergo approbo tuam exceptionem, & confiteor, quod tu adultera sis, & vir tuus Leno. bene illum reijcis, sed te punire intendo sine vllo iudi-
45 ciario ordine, tanquam notorie confessam, alij tamen, inquit, aliter dicunt. *in cap. 1. de testib. in 6.*

46 Item subamplia, vt exceptio Lenocinij opposita per mulierem in præparatorijs contra virum habeat effectum, non solum repulsiuum, sed etiam punitiuum ipsius viri. *l. 2. §. si publico. ff. ad l. Iul. de adulter.*

47 Ratio, quia Lenocinij exceptio habet vim accusationis, & de ipsa, vt de accusatione est iudicandum, & ideo sicut deberet admitti accusatio de Lenocinio, ita admitti debet exceptio, ex quo eundem effectum habet exceptio, quem habet accusatio, ne aliàs vna via concessum per aliam denegetur, & hoc est speciale in muliere, quia videtur prosequi

ſi qui propriam iniuriam accuſando, vel excipiendo de lenocinio viri, cum
48 præſumatur ab ipſo ſeducta, nimirum ſi facit puniri maritum, & ratio ſpecialitatis eſt odium ipſius mariti committentis lenocinium, quod eſt par crimen crimini adulterij, immo maius quoad infamiam, & eſt mirum, quod
49 hæc exceptio in præparatorijs oppoſita in vim declinatorię & ad effectum ſolũmodo repulſiuum habeat vim punitionis, ideſt effectum punitiuum, iuxta opinionem, quæ communiter tenetur per ea, quę habentur *in l. quoniam Alexandrum. C. de adulter.* nam hoc ideo eſt, quia non videtur pars poſſe impedire, quominus iudex, cui conſtabit de
50 crimine lenocinij, poſſit punire ipſum maritum, cum non ſit in poteſtate partis impedire ius publicum, & propter iſtam rationem forte eſſe veriorem dictam communem opinionem dicit late Io. de Imol. *in l. is qui reus. num.* 18. 19. 20. *&* 21. *ff. de public. iudic.* vbi in effectu concludit, quod licet accuſatus non poſſit regulariter accuſare ſuum accuſatorem in præparatorijs de pari, ſeu minori crimine, ſed ſolum de maiori, niſi ſuam, vel ſuorum proſequatur iniuriam, hoc tamen fallit in muliere, quę admittitur nedum ad accu-
51 ſandum maritum de lenocinio, licet ſit de pari crimine, ſed etiam ad excipiendum non ſolum in præparatorijs, ſed etiam poſt nomen receptum inter reos. & talis exceptio habet effectum nedum repulſiuum, ſed etiam punitiuum, ideſt ad finem, vt puniatur maritus, vel vterq; ſi contingat probari lenocinium, & adulterium. hoc eſt ipſa mulier accuſata de adulterio, & ipſe vir, contra quem exceptum eſt de le-
52 nocinio: cum ſuper vtroq; pariter ſit procedendum, & ex probationibus hinc inde factis ſuper vtroq; ferenda ſententia iuſtitia mediante. Abb. *in cap. dilecti. num.* 17. *de except.* vbi quod vterq; probato delicto puniri debet,
53 quicquid dicat gloſſa *in d. l. is qui reus. in verb. accuſare*, contra quam eſt communis opinio, vt dicit idem Imol. *in eadem l. is qui reus. poſt num. 6. verſ. in ea gloſſa. ibi quod accipe*, quem ſequitur. Clar. *in §. fin. queſt.* 14 *num.* 12. vbi quod hoc fuit de conſuetudine introductum gratia minuendarum litium, & quod per totam Italiam obſeruatur, quod accuſatus poteſt accuſatorem ſuum reaccuſare, etiam de pari, vel minori crimine, non ſolum in præparatorijs, ſed etiam poſt nomen accuſati receptum inter reos. quod videtur contra iuris ciuilis regulas, quæ in criminibus
54 non admittunt reconuentionem poſt litem conteſtatam. vt *in auth. & conſequenter. C. de ſent. & interloc. omn. iudic.*
55 cum criminalia iudicia redacta ſint ad inſtar ciuilium, in quibus ſicut non poteſt admitti exceptio dilatoria, quæ reſultat ex reaccuſatione contra accuſatorem poſt litem conteſtatam. *l. pomponius. §. ratt. ff. de procurat.* ita nec in criminibus admitti poteſt, niſi crimen eſſet ammiſſum poſt litem cõteſtatam, quia videtur poſſe reaccuſare, quaſi videatur ſuperueniſſe dilatoria poſt litem conteſtatam, quæ non prohibetur poſſe proponi. *vt late dixi in præcedenti præparatorio.* Et hæc opinio videtur amplectenda, vbi ius ſpecialiter non diſpenſat contra iuris regulas, vt quis ſe vlciſcendo poſſit reaccuſare ſuum accuſatorẽ, cum reaccuſatio regulariter prǽſumatur fieri malo zelo ab inimico capitali, & proinde eam ius canonicum non admittit. vt late per Io. de Imol. *in d. l. is qui reus num.* 13. *&* 14.

Amplia quarto, regulam procedere etiam in eo, qui dicitur obligatus, puta occaſione mutui; & opponit, quod petens fecit pactum de non petendo, quia licet per huiuſmodi exceptionem videatur fateri obligationem, non tamen de preſenti, immo eam expreſſe negat;
56 ideo poterit in huiuſmodi exceptione condemnari, niſi per actorem probetur obligatio. Abb. *in d. cap. cum venerabilis. num* 26. *verſ. Dom. Antonius.* videtur in effectu ſequi opinionem: quia, vt ipſe inquit, ſtans in finibus meræ exceptionis non videtur fateri. nec

P 2 quod

quod credat, nam qui excipit secundũ eum, nõ credit, nec discredit, immo dici potest, quod dubitat, & quasi inter
57 duo verisimilia deducitur, & hanc opinionem, quæ prius fuit Innocentij, ait sibi magis placere, & postea subdit, ideo ad euitandas opiniones sis cautus, vt taliter excipias, quod nullo modo fateri videaris; sicut actor cautus esse debet in negando exceptionem, quia si eam ex toto negauerit, non poterit super ea aliquo modo se fundare, etiam super ea quod ipsa exceptio ex-
58 pliciter confitetur, & pro hac ampliatione faciunt alię rationes adductę in principio pro regula. vnde glossa. *in l.*
59 *si quidem. C. de except.* dicit; quod excipiens erit tutus, si primo negat, & postea conditionaliter fatetur.

Ampliatur quinto, regulam etiã procedere in exceptione permutationis,
60 vt si petatur res, quam reus dicit se permutasse cum ipso actore, quia per hoc reus non fatetur actorem dominum eiusdem rei. vt in casu. *d. cap. cum venerabilis.*

Ampliatur sexto, vt nec articulãs videatur fateri ea, quæ ponit in articulis ad
61 cõmodum aduersarij. Abb. *in d. cap. cũ venerabilis. in fin.* vbi dicit, hoc singulare, & notabile dictũ, quod nescit alibi.

Licet secus sit in positionibus, in qui-
62 bus facta confessio pręiudicat. Lap. *allegat. 9. num. 1.* Rom. *conf. 91. num. 12.*

Ampliatur septimo, vt tanto magis procedat in exceptione apposita cum qualitate, quę sit talis, vt actum, cui adijciatur, redderet nullũ, & faceret, vt quod actum videtur, actum non sit, vt si dicat, contraxi matrimoniũ, nõ matrimoniũ, vel professionẽ emisi per me-
63 tũ; nam qualitas metus facit matrimoniũ, & professionem, nõ professionem, ideo nõ potest acceptari confessio, nisi cum illa qualitate actum perimente. vt *in Caurien. matrimonij. luna 29. Ianuarij. 1596. coram Corduba.* & *in Romna hereditatis, seu census. Mercurij 8. Iunij 1588. coram Platto.* & *in Romana census 24. Nouembris 1606. coram Ortembergo.*

Prædicta tamen regula, vt supra ampliata recipit etiam plures limitationes.

Prima limitatio est, vbi reus in sua exceptione purè confiteatur obligationem, & postea excipiat, quia tunc sibi præiudicat, & potest actor funda-
64 re se in verbis explicitis exceptionis. Abb. *in d. cap. Cum venerabilis. num. 26. vers. limita tamen.* & Fel. *ibi num. 11. vers. quartus casus.* Alex. *in d. l. decem num. 28.*

Etiam dilatoriæ oppositæ in præparatorijs. cum confessio facta, etiam in
65 pręparatorijs pręiudicet confitenti. idẽ Abb. *in d. cap. cum venerabilis. num. 13. vers. nam. confessio facta.*

Ac etiam facta per Procuratorem ad lites, quę præiudicat Domino, etiam quoad decisoria, ni si confessio concerneret crimen contra Dominum, quia
66 tunc non nocet ei, nec quoad præparatoria, nec quoad decisoria, nisi interueniat speciale mandatum, vel ratificatio. Bald. *in l. non solum. num. 13. ff. de procurat.* vel nisi confessio facta fuerit sciente Domino, qui non reuocauit talem confessionem, vel non probauit procuratorem, sic confitendo errasse circa factum. Rota. *decis. 2. de confess.* in antiquis, nam confessio erronea circa factum potest reuocari vsque ad sententiam, post verò non. *l. error facti. C. de iur. & fact. ignor.*

Intellige, si errauit in facto propter leuem culpam, vel sine culpa, secus si errauit scienter circa decisoria, vel ignoranter per ignorantiã iuris. non autem circa pręparatoria. ita Lanfran. *in cap. quoniam contra. verb. confessiones in fine. de probat.*

Secunda limitatio est, vbi actor fundat se super puro facto exceptionis, vt si reus excipiendo dixerit se Procuratorem reuocasse, quia potest actor se fundare super illa reuocatione; quia respectu eius, quod explicitè, & purè
67 ponitur in ipsa exceptione, non habet excipiens aliquam excusationem.. ita Abb. *in d. cap. cum venerabilis. num. 26. vers. item super puro facto.*

Vel si dixerint, se dedisse mandatum

de

68 de confitendo, quia licet per illud non videatur confiteri. Menoc. *cons.* 28. *num.* 5.

Tamen super verbis mandati satis assertiuis potest actor se fundare, cum
69 per illa inducatur confessio, Rota coram Platto *in Conchen. Archipresbiteratus. Mercurij 19. Nouembris.* 1588.

Fallit in mandato, in quo tutor confiteatur, quia per huiusmodi confessio-
70 nem non preiudicatur pupillo. vt fuit tentum in Marsiliensi pecuniaria. *Lunę 27. Ianuarij 1607. coram Lancelotto.* Cum tutor confitendo per modum voluntariæ iurisdictionis minori non preiudicat. Bart. *in l. certum. §. sed an,*
71 *& ipsos. ff. de confess.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. num. 12.*

Fallit in præparatorijs iudiciorum. Lanfranc. de orian. *in repet. cap. quoni-*
72 *am contra. in verb. confessiones. num. 26. in fine. de probat.*

Tertia limitatio est, quando per reum ad probationem suę exceptionis producat instrumentum, quia licet actor non possit se fundare super exceptione, potest tamen super exceptionis probationes, quæ eo ipso, quod produ-
73 citur, statim efficitur communis. etiã si ab vna tantum parte producatur. Felin. *in d. cap. cum venerabilis num. 12. vers. sextus casus.* vbi ad hoc inducit illum textum. inquantum ibi dicitur, quod nisi fuisset falsum illud instrumentum productum per reum ad probandam suam exceptionẽ, Episcopus actor potuisset se fundare in illo instrumento. & hoc idem notat Abb. *in eodem cap. sub. num. 40. & ex hoc quod supra dixi.* & pro hoc benefacit Alex. *in cons.* 183. *num. 3. & 5. lib. 5.* vbi quod positionẽ
74 negans, licet non possit se fundare super positione negata, potest tamen se fundare super testibus receptis super eadem positione negata. Anchar. Iun. *lib. 3. quæst. 65. num. 4. & 5.*

Et hęc limitatio potissime fundatur in illa conclusione, videlicet, quod producens instrumentum videtur confiteri omnia contenta in eo, etiam contra se,
75 & ex ipsis potest condemnari, etiamsi producens protestetur se producere,
76 quatenus pro se facit, & non aliàs. ea ratione, quia iura producta sunt cõmunia. *l. 1. §. edenda. ff. de edend.* & quia talis protestatio est contra ius, quasi faciẽs iudicium claudicare. secũdum Bald. *in cap. præsentium. col. 2. de test.* quem sequuntur tenentes huiusmodi protestationem non esse validã, quia inquiunt, licet productio sit voluntaria, tamen effectus ab ipsa procedentes sunt necessarij.

Sed Felin. *in d. cap. cum venerabilis nu.* 15. dicit dictam protestationem esse validam, exceptis quatuor casibus, vt ibi, quia, inquit, producens instrumentum potest protestari, quod si instrumentum apparebit falsum, non intendo eo vti, ratio, quia in dependẽtibus à voluntate mea protestatio iuuat, sed producere, & producto vti pendent à me, ergo, &c.

Tu verò concordando opiniones teneas, quod iuuat protestatio, cui non contradicat partis impugnatio, quia tunc productio inducit confesionem solum eorum, quæ faciunt ad fauorem
78 producentis, secus si aduersarius contradicat. ita consiliãdo dicit Menoch. *pręsumpt. 45. num. 21. lib. 2. de præsumpt.*

Intellige, si contradicat ipsi protestationi, non autem instrumento producto, quia impugnans perdit priuilegi-
79 um, & commodum ipsius instrumenti. Abb. *in d. cap. cum olim. num. 6. de censib.*

Imo debet acceptare instrumentum, quoad ea, quæ faciunt contra producẽ-
80 tem, & ad suum fauorẽ. in reliquis opponat generalia contra, &c. quod si nõ opponat, non poterit amplius opponere, quod non sit in forma probanti. Soccin. *in auth. si quis in aliquo. in fine.* & ibi Dec. *num. 27. C. de edendo.* Put. *decis. 119. lib. 2.* Et fuit dictum in *Cæsaraugustina pensionum Veneris. 4. Iulij. 1608. coram Manzanedo,* adde Menoch. *presumpt. 46. num. 1. lib. 2.*

Ratio, quia licet productio sit à principio voluntaria, tamen non potest producens impedire partem, quamuis

vtatur

81 vtatur prducto in fauorem suum, & contra producentem. Abbas. *in d. cap. cum olim. num. 7. de censib.*

Cum id nõ dependeat à potestate pro
82 ducentis, sed legis. Bald. *in l. edita. num. 54. C. de edend.*

Sicut non dependet à potestate producentis reuocare productionem in præiudicium partis, quæ fuit citata ad
83 dicendum contra; per quam citationem productio est effecta communis. & ita esse intelligendos Bal. & Paul. de Castr. *in l. iubemus C. de iudic.* dicentes posse reuocari productionem per producentem dicit Rota per Put. *decis. 270. incip. licet. Bald. lib. 2.*

Non nego tamen, quod ars producẽs possit reuocare productionem ex causa erroris ipsius errore probato, siue
84 error sit ex facto alieno, siue ex proprio, modo sit probabilis, secundũ Bald. & alios, quos cumulat Menoch. *d. præsumpt. 45 num. 20.*

Quia sicut expressa confessio erronea reuocari potest constito de errore, nec preiudicat, ita etiam tacita ex productione resultans. *l. non fatetur* vbi Bart.
85 *ff. de confess.* Io. Bapt. a cost. *tract. de iur. & fact. scien. & ignor. cent. prima. distinct. 47. num. 9. & 11.* vbi declarat.

Confitens enim in iudicio, in dubio præsumitur dixisse verum, nisi contrarium probet. glossa. *in d. l. error facti.*
86 *in verb. error. vers. sed cum in iudicio. ff. de iur. & fact. ignor.*

Quarta limitatio sit, vbi exceptio cõtineat confessionem qualificatam, contra quam militet presumptio, puta si dicat, occidi me defendendo. quia po-
87 test acceptari confessio reiecta illa qualitate. Alex. *conf. 39. num. 3. lib. 7.* Abb. *in cap. cum venissent. num. 7. de instit.* Iul. Clar. *§. fin. quest. 55. vers. posset quoque reus.* vbi dicit, quod homicida sic confessus potest condemnari, nisi probet qualitatem defensionis. & subdit hanc esse opinionem communiter approbatam. Mascard. *de probat. conclus. 1126. num. 17.*

Quod etiã procedit in ciuilibus Surd.
88 *d. decis. 258. num. 6.* prout dixi supra in secunda ampliatione.

Amplia hanc limitationem, etiam vbi confessio, quæ ex exceptione resultat, sit facta vno verborum constructo, quia licet alias non scindatur, tamen potest scindi propter presum-
89 ptionem, quę militat contra ipsam. secundum glossam. *in d. cap. cum venissent.* quam dicit auream. Felin. *in d. cap. cum venerabilis. num. 10. vers. tertius casus est.*

Sed opportet, quod præsumptio sit nõ
90 leuis, sed stricta, ac vehemens. Abb. *in d. cap. cum venissent. num. 7. de institut.*

Presertim si ageretur de repellenda, vel diuidenda exceptione peremptoria, quia hęc non potest repelli, nisi ex
91 præsumptione multum vehementi. secus in dilatoria, quæ non est tanti preiudicij. Abb. *in cap. post electionem. num. 13. de concess. prabend.*

Declara tamen, quod licet confitens occidisse se defendendo, non probet
92 defensionem, non potest propter hoc ad mortem condemnari. Felin. *in cap. significasti. de homicid.* Alex. *in l. non solum. §. sciendum. ff. de nou. oper. nunciat.* Hipolit. *singular. 185. nota vnum singulare.* Surd. *decis. 257. num. 7.* adde Felin. *in d. cap. cum venerabilis num. 11. vers. secundo nota.* late Lanfranc. de Orian. *in cap. quoniam contra. in §. confessiones. num. 19. & ibi addentes. de probat.*

Ratio, quia crimen exceptum non
93 debet puniri pęna ordinaria, cũ ad hoc non agatur. Abb. *in d. cap. cum super questione. num. 8. de concess. preb.* & *in cap. 1. num. 16. de except.* & *in cap. auditis. num. 32. de prescript.* vbi addit, quod sic qualificate confitens, etiã sub vno verborum constructu, licet habeat presumptionem contra se, & possit tanquam confessus condemnari reiecta qualitate defensionis, quam non probauit per testes, vel dubie, & obscure probauit. quo casu non releuat probatio. nihilominus non debet iudex ex tali confessione eum capitaliter condemnare. cum in tali condemnatione requirantur probationes luce meridiana clariores, sed debet multũ

temperare

temperare sententiam suam, & non nisi raro, & modice condemnare ad pœnam corporalem, vel ad pecuniariam; vel vt dicit Lanfranc. *in d. cap. quoniam. in §. confessiones. num. 19.* poterit torturæ adhibere cautelam, cum talis confessio sit indicium sufficiens ad torturam, intellige assignatis defensionibus, citra prçiudicium confessatorũ; quç debent acceptari reiectis qualitatibus tanquam habentibus præsumptionem contra se.

Quinta sit limitatio, quoad onus probandi exceptionem, quia ad illud exci-
94 piens videatur se astrinxisse: Abb. *in cap. cum super quçstione. num. 3. de conceß. prçb.* vbi quod paria sunt non excipere, vel excipere, & non probare.

Nam reus, quoad suam exceptionem
95 probandam censetur actor. *l. 1. ff. de except.*

Idcirco cui permittitur excipere, per-
96 mittitur probare, aliàs frustra exciperet. Bald. *in l. cum lege. ff. de liber. & posthum.*

In tantum, quod si excipiens non fuerit admissus ad probandam exceptio-
97 nem, nec de ea discussum, non impeditur excipiens, quin denuo possit refricare, etiam per viam agendi, ne pereat ius suum. idem Bald. *in l. 1. §. propterea. in fin. ff. de contrar. tutel. act.*

Intellige, si non fuit sibi assignatus terminus ad probandum, quia si fuisset datus, non admitteretur aliàs ad agendum. Abb. *in cap. post. electionem. num.*
98 *13. vers. iste intellectus. de conceß. preben.* nam ad probandas dilatorias assignatur terminus in prçparatorijs. Abb. *in cap. pastoralis. num. 5. de except. & num. 27. & 28.* vbi quod de iure canonico potest præfigi arbitrio iudicis, sed de iure ciuili non. quia iam statutus est à iure terminus à dilatorias opponendas, scilicet litis contestatio, vt *in auth. offeratur. C. de litis contest.* nisi quando timeatur de malitia partis differentis opponere dilatorias, quia tunc, inquit, bene præfigi potest.

Fallit in exceptione non numeratæ pecuniæ, quam debitor excipiens non tenetur probare, sed debet absolui, si
99 creditor non probat numerationem. *l. 3. cum sua glossa. C. de non numer. pecun.*

Sexta sit limitatio in excipiente de crimine contra accusatorem, vel actorem, qui si non probat crimen propositum, prçiudicat sibi, & tenetur actio-
100 ne iniuriarum, ita quod non excusatur postea protestando in contrarium, ne detur occasio euitandi pœnam calumniæ facilitate protestationis, nisi doceat dolo caruisse, aut quia deceptus à testibus, vel impeditus probare potentia aduersarij. secundum Felin. *in cap. deniq; num. 19. de exception. & num. 11.* vbi quod non debet tamen puniri pçna ordinaria.

Septima limitatio sit in excommunicato excipiente de absolutione, quia
101 videtur se fateri fuisse excommunicatum; quia licet petens absolutionem ab excommunicatione, non videtur fateri se esse excommunicatum, quia forte id facit ad cautelam. vt per Felin. *in cap. apostolice. num. 22. vers. subdit Rota. de except.* Abb. *in cap. venerabilem. num. 22. de elect.*

Secus tamen videtur dicendum in excipiente de absolutione; quia potest actor se fundare saltem super ipso facto absolutionis, idest, prout est in facto, non prout est in iuris effectu. nam illud videtur reus fateri excipiendo. vt declarat Abb. *in d. cap. venerabilis. num. 26. in fine. vers. tertio limitari potest.* & benefacit Alex. *in d. l. decem. num. 32. de verb. obligat.*

PRAEPARATORIVM XV.

An, & quando in prçparatorijs iudiciorum contra exceptionem rei replicatio actoris admittatur, vel non?

SVMMARIVM.

CONTRA *exceptionem rei actor potest regulariter replicare, triplicare, & qua-*

& quadruplicare tam in praeparatorijs, quam post litem contestatam. 1.
Actio sicut per exceptionem in praeparatorijs excluditur, ita exceptio per replicationem. 2.
Nihil interest, quis ipso iure actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. 3.
Exceptio sicut se habet ad actionem, ita se habet replicatio ad exceptionem. 4.
Replicatio fortius se habet ad exceptionem, quam exceptio ad actionem. 5.
Replicatione probata, semper inefficax remanet exceptio. 6.
Actor non cogitur probare replicationem, nisi postquam reus probauit exceptionem. 7.
Replicatio est contraria exceptioni. 8.
Contrariorum eadem est disciplina, atque potentia, siue diffinitio, vel regula. 9.
Exceptio, & replicatio in equitate fundantur. 10.
Iudex non debet pendere ad alteram partium. 11.
Iudex quando faciat litem suam male iudicando. 12.
Exceptio sicut est defensio rei, ita replicatio est defensio actoris. 13.
Replicatio impertinens repellitur. 14.
Exceptio propriè dicitur, quę est actionis exclusio. 15.
Replicatio quando exceptionem excludat difficile est scire. 16.
In praeparatorijs magis fauendum actori replicanti, quam reo excipienti. 17.
Regula in pari. de reg. iur. in 6. declaratur. 18.
Reus in decisorijs in dubio absoluitur, & non debet condemnari, nisi in quantum minus potest. 19.
Reus tenetur probare in praeparatorijs non actor. 20.
Exceptio dilatoria solutionis debet probari per reum. 21.
Reus vincit ob non fundatam intentionem actoris. 22.
Exceptio in mera negatiua consistens, non debet probari per reum. 23.
Exceptio dilatoria solutionis debet opponi, & probari in praeparatorijs. 24.
Soluens ante diem videtur renunciare exceptioni dilatorię solutionis. 25.
Exceptio omnis debet per exceptionem probari concludenter, & non per iuramentum post tamen, quam sit fundata actoris intentio. 26.
Reus tenetur edere actori in praeparatorijs ad replicationem fundandam. 27.
Contra exceptionē excussionis in praeparatorijs oppositam actor potest replicare, quod debitor principalis non est soluendo 28.
Excussio bonorum probatur per vicinos testificantes non adesse bona debitoris. 29.
Excussio bonorum probatur per testes deponentes super negatiua. 30.
Excussio bonorum non probatur per librum aestimi. 32.
Paria sunt non excipere, vel non replicare, & à reiectione exceptionis, vel replicationis non appellare. 33.
A reiectione, etiam tacita exceptionis, vel replicationis per processum ad vlteriora debet appellari. 34.
Ordo iudicij ommissus in praeparatorijs non viciat. 35.
Ordo substantialis iudicij peruerti non potest. 36.
Exceptio sicut est perpetua, ita & replicatio. 37.
Fallit vt hic. 37.
Actori succumbenti in replicatione obstat exceptio rei indicatę, si illud idem replicet per modum actionis. 39.
Replicatio praesupponit actionem praexistere. 40.
Replicatio est quid accessorium ad actionem; quod per se stare non potest. 41.
Destructo principali destruitur accessorium. 42.
Replicatio dicitur impertinens, quando non habet actionem intentatam. 43.
Exceptio non potest in excipienti, nisi sit admissibilis. 44.
Replicatio non debet opponi, nisi praecedat exceptio, sicut nec exceptio, nisi praecedat petitio. 45.
Non excipiens, nec replicans debent sibi imputare, si non excipit, siue non replicat, cum potuit. 46.
Exceptio non potest opponi ante porrectum libellum. 47.
Iudex non potest ex officio supplere exceptiones, siue replicationes non obiectas. 48.
Reus quando debeat condemnari, etiamsi actor confi-

confiteatur, vel probat aliquid in fauorem rei non excipientis. 49.
Exceptio, & replicatio non requirunt conclusionem. 50.
Super replicatione actoris non est pronunciandum. 51.
Super exceptionibus, seu replicationibus non est contestanda lis. 52.
Reus sicut potest vti contrarijs exceptionibus, ita actor contrarijs replicationibus. 53
Contra exceptionem, tu non es nominatus in instrumento, potest actor replicare, quod habet causam ab ibi nominato. 54.
Contra exceptionem inopiæ, datur replicatio paris inopiæ. 55.
Vnum Altare non debet cooperiri de tecto alio. 56.
Contra reum necessarium opponentem in præparatorijs de inhabilitate actoris, non potest actor replicare de inhabilitate rei. 57.
Etiamsi actor tractet de damno vitando. 58.
Exceptio inhabilitatis est dilatoria, seu declinatoria. 59.
Replicatio, quæ non tollit exceptionem, est impertinens. 60.
Reus, qui dicit actorem inhabilem, qui de iure habilis approbatur, tenetur inhabilitatem probare. 61.
Quando constat de facto, præsumitur quod potuit de iure fieri, nec præsumitur inhabilitas, nisi probetur. 62.
Exceptio negatiua non concernens ligittimationem personæ, debet per exceptionem probari. 63.
Reus quamuis necessarius non potest excipere de inhabilitate actoris, quam in sua familiaritate habuit. 64.
Quid in Episcopo conuento per suum cubicularium. 65.
Contra exceptionem doli, non datur replicatio doli. 66.
Reus accusatus potest in præparatorijs excipere contra accusatorem de alio crimine, ad effectum excludendi eius personam, sed non ad effectum seipsum excusandi à pœna secus post litem contestatam. 68.
Quod in ciuilibus vide hic. 69.
Exceptio lenocinij opposita per vxorem contra virum agentem, pro lucro dotis propter adulterium, quando, & ad quem effectum admitti valeat in præparatorijs. 70.
Bannitus offendens alium bannitum, vbi sit statutum, quod bannitus non possit audiri agendo, nec excipiendo, an possit excipere de banno offensi. 71.
Exceptio banni quando possit opponi contra bannum, vel per replicationem banni repelli. 72.
Contra exceptionem nullitatis non admittitur nullitatis replicatio. 73.
Vide hic de statuto, quod de quolibet contractu soluatur gabella, alias contractus sit ipso iure nullus. an contra excipientem de nullitate contractus, propter non solutam gabellam, possit replicari de non soluta gabella. 74.
Dolus communis vitiat cōtractū bonæ fidei. 75
Dolus non debet prodesse doloso. 76.
Notarius non notificans rogitus, ex quibus debet solui gabella est in dolo præsumpto. 77.
Exceptio compensationis non tollitur per replicationem alterius compensationis. 78.
Exceptio compensationis quando fiat ope exceptionis, vel ipso iure. 79.
Exceptio compensationis debet esse liquida, & pura. 80.
Exceptio compensationis in maleficijs, quomodo procedat. vide hic exempla. 81.
Quando spoliatus spoliat spoliatorem, an possit replicare de spolio. 82.
Contra exceptionem iurisiurandi non admittitur replicatio. 83.
Fallit in minore, qui potest replicare, dicendo se læsum in dilatione iuramenti. 84.

CONTRA exceptionem rei, siue in præparatorijs, siue post contestationem litis oppositam, semper actori conceditur, posse regu-
1 lariter replicare, & contra duplicationem triplicare, & rursus contra rei triplicationem quadruplicare, & sic deinceps vlterius. *vt in Institut. de replicat. §. 1. & in l. 2. §. illud. ff. de except.* & *in l. non excipientibus. C. eodem tit.*

Vnde resultat conclusio, quod sicut
2 exceptione opposita in præparatorijs actio intentata perimitur, ita quod nihil interest, ipso iure, quis actionem
3 non habeat, an per exceptionem infirmatur. *l. non videtur,* & *l. nihil interest. ff. de*

Q

ff. de reg. iur. Dec. *conf. 421. num. 12.* ita etiam per replicationem actoris, exceptio rei regulariter censetur exclusa. *l. exceptio est contradictio. ff. de exception.*

Ratio, quia sicut se habet exceptio ad
4 actionem, ita se habet replicatio ad exceptionem. *d. l. 2. ff. de except.* vt si ago contra te ex causa mutui, tu excipias de pacto de non petendo. ego replico de pacto de petendo; si tu postea contra hanc meam replicationem opponas excommunicationem, non debes audiri, quia exceptio excommunicationis non repellit ab excipiendo, & sic nec a replicando, cum replicatio sit exceptio. ita Abb. *in cap. à nobis. num. 12. de except.* quia replicatio est eiusdem naturę, cuius est exceptio. *l. si pactum. C. de except.*

Immo fortius se habet replicatio ad
5 exceptionem, quam exceptio ad actionem. exceptio enim quandoq; defendit reum super re petita, quandoque impugnat personam actoris, quandoq; iudicis, quandoq; testis, quandoq; procuratoris, quandoq; formam libelli. quandoq; rescriptum, quandoq; locum, & his similia, at replicatio semper afficit ipsam exceptionem, vt vel non prosit excipienti, vel vt non noceat replicanti. secundum Abb. *in d. cap. à nobis. num. 18. de except.*

Ideo probata replicatione, semper
6 ineficax remanet exceptio rei. idem Abb. *in cap. dilecti filij. num. 5. de except.*

Non tamen cogitur actor probare
7 replicationem suam, nisi postquam reus probauerit exceptionem suam. idē Abbas. *in d. cap. à nobis. num. 20.*

Item facit alia ratio. nam replicatio
8 dicitur esse contraria exceptioni. *d. l. exceptio. 22. ff. de except.*

Vnde illud, quod operatur exceptio, quoad actionē, debet operare replicatio, quoad exceptionem, iuxta illud vulgatum. quod operatur propositum in proposito, operatur, & oppositum
9 in opposito. cum contrariorum eadem sit disciplina, atq; potentia, seu diffinitio, vel regula. Io. de Imol. *in l. & si contra tabulas. num. 1. ff. de vulgar. & pupill. subst.* & in proposito Bald. *in l. si vnus. §. quod in specie. num. 14. vers. secundo queritur. ff. de pact.*

Et sic ista cōclusio potissimum in ęqui-
10 tate fundatur; quia sicut iniquum esset, non audiri reum, qui iusta exceptione defendatur. §. 1. *Instit. de except;* ita è contra iniquum esset, excludi actorē, qui iuxta replicationem nitatur. *d. §. 1. Instit. de replicat.*

Et claudicaret vtiq; iudiciū, si audiretur exceptio rei, & non replicatio acto-
11 ris. cum iudex non debeat pendere ad alteram partium fortè fauore, vel odio personæ, licet sit disparitas inter personas actoris, & rei; sed debet indifferenter, & sine personarum exceptione iudicare. *cap. nouit. extr. iudic.*

Alias si propter amicitiam, quam forte habet cum actore, ferret sententiam pro eo, licet aliàs non rogatus ab eo,
12 vel etiam propter odium, quod habet ad reum, faceret litem suam, & incurreret pœnam legis Cornelię de falsis. secundum Io. de Imol. *si is ad quem. nu. 4. ff. de acquir. heredit.*

Item facit, quia sicut exceptio est de-
13 fensio rei. *cap. cum inter. de except.*

Ita replicatio est defensio actoris, cū sit exceptionis exceptio. *d. l. exceptio 22. ff. de except.* Abb. *in d. cap. à nobis num. 12.* vbi quod replicatio est quædam defensio contra exceptionem.

Defensio autem, cum sit de iure naturali, tolli minime potest. *Clement. pastoralis. de re iudic.*

Intellige tamen de illa replicatione, quæ re vera de iure sit efficax, ac pertinens, idest. quod sit talis, quæ rei exceptionem excludat. nam imperti-
14 nens repelli debet. vt *in d. cap. dilecti.* & ibi Abb. *num. 9.*

Sicut exceptio propriè illa dicitur, quę
15 sit competentis actionis exclusio. vt late per Io. de Imol. *in l. quæsitum num. 3. ff. à quib. appellar. non licet.*

Verum quia huius conclusionis materia est adeo difficilis, & obscura, adeoque confuse recitata per doctores, vt certa

certa dari non possit doctrina, quando, videlicet, replicatio dicatur exceptionem excludere, cum hoc solum ex natura ipsius exceptionis, & replicationis perpendi possit, vt dicit Abb. *in d. cap. dilecti filij. num.* 9.

Idcirco in eius declaratione solito more procedam ampliando, & limitando eam iuxta iuris, & doctorum regulas, & approbatas doctrinas, ex quibus forte clarius, ac ordinatius enucleata, quam hactenus apparebit. vel potius per huiusmodi præparatorium veritatis inuestigandæ materiam alijs præparabo.

Primo igitur ampliatur, vt eo magis procedat in præparatorijs iudiciorum,
17 in quibus, data causæ paritate, magis fauendum est actori replicanti, quam reo excipienti, cum in ijs fauorabilior sit actor, quam reus, etiam in exceptionibus dilatorijs. vt dixi supra *in præparatorio* 20. *num.* 4. *&* 33. *parte prima.*

Non obstat regula in pari. de reg. iur. in 6. vbi quod in pari delicto, vel causa melior est excipientis non replicantis conditio. secundum Abb. *in d. cap. dilecti. num.* 7. *in fine. de except.*

Quia procedit in exceptionibus peremptorijs, quæ in decisorijs opponuntur, quia in his magis fauetur reo excipienti, quam actori replicanti, quia in dubio absoluitur reus. *l. fauo-*
19 *rabiliores. ff. de reg. iur.* Io: de Imol. *in l. in huiusmodi. num.* 3. *ff. de prætor. stipulat.* vbi quod in decisorijs fauetur reo, quem iudex condemnare non debet, nisi in quantum minus potest.

Secus in dilatorijs, quas reus tenetur
20 probare in præparatorijs, non actor. vt dixi in dicto præparatorio, & colligitur ex Abb. *in d. cap. à nobis. num.* 20. vbi quod dilatoria solutionis debet per reum excipientem probari. sed peremptoria non nisi ex quo fundata sit actoris intentio. qua non fundata vincit re-
22 us, etiam sine aliquo obiectu. *l. si quidem. C. de except.*

Vel nisi exceptio in mera negatiua
23 contestat, quam nõ tenetur reus excipiens probare. Bald. *in l. exceptionibus. ff. de probat.* nisi negatiua sit fundamẽtum exceptionis; quia tunc reus tenetur illam probare. Surd. *decis.* 104. *num.* 4.

Cum exceptio dilatoria solutionis opponi debeat, & probari in præpa-
24 ratorijs. Io: de Imol. *in l. cum qui. §. te, & titium. num.* 10. *ff. de verb. obligat.* & omittens eam scienter proponere, illam remisisse videatur, sicut soluens ante diem videtur tali exceptioni re-
25 nunciasse. Alex. *in l. lecta. col.* 7. *vers. vnde tunc putarem, quod si scienter. ff. si cert. pet.*

Prout omnis exceptio in præparatorijs opposita debet regulariter ab exceptione probari, & quidem clarè, non
26 autem per iuramentum. *l. in exceptionibus.* & ibi Bald. *ff. de probat.*

Intellige postquam fundata sit actoris intentio, quam reus intendit per exceptionem excludere. Abb. *in d. cap. à nobis. num.* 20. *de except.* & habens regulam pro se dicitur habere intentionem fundatam. Surd. *decis* 126. *num.* 2.

Ampliatur secundo, vt etiam procedat in editione iurium, & instrumentorũ, quæ licet non teneatur reus edere ad fundandã intentionem actoris, tenetur tamen edere etiam in præ-
27 paratorijs ad fundandam illius replicationem. *l. acceptis à Mæuio. §. post aditam hæreditatem*, & ibi Io: de Imol. per illum textum *num.* 3. *ff. ad l. falcid.* vbi exemplificat de venditore cõuento per emptorẽ, ex eo quod portio fundi venditi dicatur euicta ipsi emptori, & venditor dicat portionem euictam non fuisse portionem illius fundi, ex eo quia ille fundus habebat breuiores confines; emptor verò replicet contrarium, & ad hoc ostendendum petat, quod venditor conuentus cogatur ostendere instrumentum suæ emptionis, quam fecit ab alio, in quo sunt designati fines eiusdem fundi, & dicit quod tenetur ostendere per illum textum.

Ampliatur tertio, vt contra exceptionem non factæ excussionis bonorum

Q 2 princi-

principalis debitoris in preparatorijs
oppositam per fideiussorem, vel terti-
um bonorum possessorem possit, actor
in præparatorijs replicare, quod non
intereit excipienti huiusmodi excep-
tionem opponere, cum nullam sibi
afferat commoditatem, ex quo debitor
principalis soluendo non est. qua re-
28 plicatione opposita poterit actor, pen-
dente iudicio contra tertium posseso-
rem, vel fideiussorem probare debito-
rem non esse soluendo. *l. nisi hoc actum.*
& ibi glossa, & Bald. *in addit. ff. de pact.*
Boer. *decis. 221. num. 16.*

Sed Genuæ non requiritur ista repli-
catio, sed potest quis agere contra ter-
tios possessores, non facta prius excus-
sione, dummodo faciat cōstare in pro-
cessu debitorem ipsum non habere bo-
na expedita. vt *in statuto. lib. 3. cap. 4.*
& quod Venetijs conueniatur fideius-
sor non discusso principali testatur
Menoch. *de arbitr. iud. quæst. 51. num.
12. lib. 1.*

Quæ bonorum excussio probari po-
test per vicinos testificantes non ades-
29 se alia debitoris bona, quę sine contro-
uersia valeant possideri; & valet huius-
30 modi probatio, quamuis in negatiua
consistat. Bald. *in l. cum de lege. ff. de
probat.*

Item huiusmodi negatiua bene pro-
batur, si nuncius ad hoc deputatus re-
ferat se fuisse, & perquisiuisse in locis,
& de personis, à quibus, & in quibus
verisimiliter hoc scire debent, & repe-
31 rit, vel non solutionem factam, vel
quod nihil clarum potuit reperire. vt
late per Io: de Imol. *in l. in illa stipula-
tione. num. 5. ff. de verbor. obligat.*

Non tamen sufficit ad hoc, osten-
dere Libros æstimi communis. idem
32 Io: de Imol. *in l. decem. num. 4. ff. eod.
tit.*

Ampliatur quarto, vt sicut excipiens
debet appellare, cum iudex exceptio-
33 nem reiecerit, quia paria sunt, non ex-
cipere, vel excipere, & à reiectione ex-
ceptionis non appellare. Abb. *in cap.
cæterum. num. 9. de rescript.*

Quod procedit etiam in tacita reiec-
34 tione per processum ad vlteriora. Ga-
bariel. *conclus. 1. num. 1. de except.*

Ita etiam actor replicans à reiecta re-
plicatione debeat appellare, aliàs vale-
bit processus, cum nunquam vitiet or-
do in præparatorijs non seruatus, vel
35 omissus. Bald. *in l. arbitro. col. 2. num.
6. in fine. ff. qui satisd. cog.* & *in l. si
mancipatum. §. communi. ff. de euiction.*

Ad differentiam ordinis iudiciarij;
qui, cum sit ordo ad substantiam iudi-
36 cij, peruerti non potest. idem Bald. *in
l. tale pactum. §. qui procurauit. num.
14. ff. de pact.*

Sed dices tu. quod non interest ap-
pellare à reiectione exceptionis, seu
replicationis oppositę in præparatorijs,
ex quo grauamen istud potest repara-
ri per appellationem à diffinitiua.

Respondeo, quod vbi grauamen est
illatum ex temeritate veniendi ad litē
contestatam præpostero iuris ordine,
tunc non potest reparari per appella-
tionem à diffinitiua, cum simus in prę-
paratorijs, & agatur de exceptione
dilatoria, quæ non tangit negotium
principale; ideo ab huiusmodi præ-
posteratione commissa in præparato-
rijs debet in pręparatorijs appellari, &
in causa appellationis de ea poterit co-
gnosci, secus si non fuerit appellatum,
cum in causa appellationis à diffinitiua
nō possit opponi exceptio dilatoria. ita
respondit Bald. *in l. prima. num. 6. C. de
appellat.*

Ampliatur quinto, vt replicatio pos-
sit etiam dici perpetua, sicut exceptio,
37 & possit quandocunq; excipiatur op-
poni secundum Abb. *in d. cap. à nobis.
num. 16. & 17.* vbi dicit hoc verum,
vbi replicatio non sit in potestate acto-
ris, nisi postquam reus excipiat, & non
prius. cum non possit resolui, nec ex-
pugnari non dum obiectum. quo casu
cum replicatio sit exceptio, non præ-
scribitur ei. iuxta regulam; quæ sunt
temporalia ad agendum, sunt perpetua
ad excipiendum. *l. licet, & l. si pactum.
C. de except.*

Secus dicit, vbi esset quid imputandū
38 actori replicanti, vt si contra exceptio-
nem

nem rei iudicatę replicat de appellatione, quam deseruit, vel prosequi neglexerit. quia tunc sicut obstaret exceptio contra eum agentem, ita etiam obstaret contra eundem replicātem. quia vt supra dixi actio, & replicatio sunt eiusdem naturæ, & sicut actio est temporalis, ita et replicatio, & sicut pręscribitur actioni, ita & replicationi. *l. quęsitum. §. in dolo. ff. de pecul.* vbi Bal. inducit illum textum in argumentum, quod iuri dicendum nullum præscribatur, si mouetur agendo, vel replicando, secus si excipiendo, vel duplicando. idem in restitutione in integrū petenda infra tempora statuta cui pręscribitur, siue petatur agendo, siue replicando. idem Bald. *in l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiur.*

Vnde etiam conferri potest, quod si replicans succumbat in replicatione,
obstabit sibi exceptio rei iudicatæ; si il-
39 lud idem proponat in modum actionis si tendat ad eundem finem, secus si ad diuersum, per ea, quæ notat Bald. *in l. quod in diem. §. si rationem. ff. de compensat.*

Nam sublata actione intelligitur sub-
40 lata replicatio, quę præsupponit actionem pręexistere. Bald. *in l. si vnus. §. quod in specie. num. 5. ff. de pact.*

Cum replicatio sit accessoria, quę per se stare non potest sine suo principali,
41 quod est actio. vt ibidem subiungit Bald. *sub num. 15.*

Destructo igitur principali, destrui-
42 tur accessorium, sed non ē contra. *l. in pupillari. ff. de vulg. subst.*

Et propterea vbi replicatio non habet actionem per prius intentatam, est
43 impertinens, & non admittenda. idem Bald. *in d. l. cum mulier. col. 10. vers. & pro tanto dico. ff. solut. matr.*

Sicut nec exceptio, quæ non habet
44 locum non prodest excipienti. idem Bald. *in l. in leg. ff. de contrah. empt.*

Ampliatur sexto, vt sicut reus non debet excipere, nisi prius præcedat actionis petitio, ita nec debet actor
45 replicare, nisi prius per reum opponatur exceptio, quia ita se habet iudiciorum ordo, quem poni tex. *in d. §. 1. instit. de replicat.* & bene declarat. Bald. *in d. §. quod in specie. sub. num. 14.* & *in l. sub conditione. col. 3. vers. item quia in exceptionibus. ff. de condit. indeb.* vbi quod in exceptionibus desideratur factum opponentis. Surd. *decis. 24. num. 5.*

Sed data petitione per actorem, debet reus excipere, & actor contra exceptionem replicare, aliàs imputet sibi, qui non excipit, vel non replicat, cum
46 potuit. vt notat Bald. *in l. titius cum decederet. in fine ff. de act. empt.*

Intellige post porrectum libellum,
47 quia ante nulla exceptio potest proponi. idem Bald. *in l. eleganter. §. si quis post. in princ. ff. de condit. indeb.*

Cum iudex non possit ex se supplere exceptiones, & replicationes nō obiectas. in tantum quod si actor post fundatam intentionem suam confiteatur se fecisse pactum de non petendo, vel
48 dolo, siue metu induxisse reum, tamē si reus non opponat exceptionem, iudex
49 debet condemnare reum secundum glossam. *in d. l. si vnus. verb. in pactis*, quam glossam. Bald. *in d. §. quod in specie. num. 19.* declarat posse procedere, nisi confessio sit euidens, eam tamen dicit veram, si id constaret ex testibus, quia, inquit, testium probatio requirit ordinem iudicij, videlicet, vt primo allegetur, deinde probetur. secus dicit in probatione per confessionem partis, quæ non requirit ordinem iudicij. *l. si debitori. ff. de iudic.* idem Bald. *in lege aliàs autem. col. 4. vers. nam confessio. ff. de iureiur.*

Ampliatur septimo, vt sicut exceptio non requirit conclusionem, dummodo
50 ex ea resultet tacita conclusio, ita nec replicatio actoris, ad differentiam libelli, qui conclusionem continere debet. ita Bald. *in d. §. quod in specie num. 22.*

Ampliatur octauo, vt licet super exceptione rei iudex pronunciare teneatur, tamen super replicatione actoris non habeat necesse pronunciare, quāuis post replicationem opponatur duplicatio

plicatio, triplicatio, quadruplicatio, & sic in infinitũ, vt si exceptio contra testẽ esse excommunicatum, tu replicas, illum esse absolutum, ego duplico absoluentem non habuisse potestatem absoluendi, eo ipso quod iudex pronuntiat testem esse admittendum, satis
51 super replicatione, duplicatione, & triplicatione pronunciat. ita Abb. *in d. cap. a nobis. num.* 21. vbi tamen subdit, quod si pronuntiaret super replicatione, non esset peccatum.

52 Ampliatur nono, vt sicut super exceptione opposita per reum non est necessaria litis contestatio, ita nec super replicatione actoris, quia si contestaretur lis, deberet etiam ferri diffinitiua, & sic in eadem causa reperirentur plures diffinitiuæ, quod non est dicendum secundum Felin. *in cap. prudentiam. §. sexta. num. 2. de offic. & potest. iudic. delegat.*

53 Ampliatur decimo, vt sicut reus vti potest in iudicio contrarijs exceptionibus, vt si primo negauit homicidium comisisse, potest postea excipere, quod fecit ad suam defensionem, licet defensionem probare teneatur. Bald. *in l. cum de indebito. ff. de probat.* vbi quod mendacium non aufert alicui, veram defensionem nisi in casibus expressis in iure. Baer. *decis.* 43. *num.* 10. vbi quod reo vtenti pluribus exceptionibus contrarijs incumbit onus probandi. nisi exceptiones essent in facto contrario, & incompatibiles, quia tunc non est admittendus, ita etiam possit actor vti in iudicio replicationibus contrarijs. *l. nemo. ff. de except.*

Declara, quod si reus ab initio confessus fuisset delictum, & hæc confessio fuerit acceptata per partem, seu fiscum; non poterit postea eandem confessionem perimere, seu reuocare in præiudicium partis, seu fisci cui est ius quæsitum. Baer. *d. decis.* 43. *num.* 13. vbi quod poterit eam declarare, vel limitare.

Cum nemini, etiamsi sit pupillus, vel alia persona priuilegiata concedi beneficium debeat in pręiudicium alterius, cui sit ius quęsitum. Io. de Imol. *in l. apud Iulianum. §. vtrum autem presenti. num.* 10. *ff. ad trebell.*

54 Ampliatur vndecimo, vt etiam procedat in exceptione, qua passim vtuntur aduocati contra petentem executionem instrumenti, opponendo in pręparatorijs, tu non es nominatus in instrumento, ergo eo non iuuaris, quia licet valeat huiusmodi exceptio, etiam vbi adsit statutum, quod contra instrumentum opponi nulla possit exceptio, cum non sit exceptio contra instrumentum, nec eius tenorem, sed contra personam petentis, qui negatur heres. vt notanter dicit Bald. *in l. si quis inficiatus. in fine. ff. de posit.*

Nihil contra huiusmodi exceptionem potest actor replicare, & probare, quod licet non sit nominatus, habet tamen causam ab ibi nominato, quia ei successit. Io. de Imol. *in l. si benę tabulę. in fin. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam.*

55 Ampliatur duodecimo, in petente ab eo, qui a iure priuilegiatus est, vt non teneatur vltra quam possit, quia si reus excipiat de hoc priuilegio, petens poterit replicare de sua inopia, & excludet reum de pari inopia excipientem non obstante *d. regula in pari*, quę non militat in hoc casu; cum creditor habeat duo iura, scilicet actionem, & replicationem, debitor vero solam exceptionem, ergo est præferendus, qui habet plura iura, item exaudiendo reum pauperem, esset cooperire vnum altare & aliud detegere, quod non est faciendum. vt in proposito Felin. *in d. cap. dilecti. num.* 8.

57 Limitatur primo conclusio prædicta, vt non procedat in exceptione inhabilitatis opposita per reum in præparatorijs contra personam actoris; contra quam non potest actor replicare, ex quo reũ habilitauit eo ipso, quod eum citauit, & traxit ad iudicium. ideo cum sit reus necessarius, non potest contra eum de inhabilitate replicari. Abb. *in d. cap. cum dilecti. num.* 8. *de except.* Bald. *in l. alias autem. col.* 2. *ff. de iuretur.* vbi quod in respicientibus in habilitatem perso-

personæ potior est causa rei, ita quod nec debet ad replicandum admitti volens probare contrarium, late Surd. *decis.* 104. *num.* 11. *& seq.*

58 Etiamsi replicans tractet de damno, vt quia forte repeteret debitum. Io. de Imol. *d. l. cum mulier. num.* 25. *ff. solut. matrim.* vbi differentię rationem assignat. quia, inquit exceptio inhabilitatis est declinatoria, quę non respicit me-
59 rita causæ, sed personam. vnde cum actor prouocans approbauerit personam rei, non potest eam reprobare, quæ
60 ratio cessat in reo respectu personæ actoris, merito non potest actor replicare eandem declinatoriam opponendo aliam rationem. assignat Felin. *in d. cap. dilecti num.* 4. *vers. secunda ratio.* quia dato, inquit, quod reus opponat actori excommunicationem, certe talis exceptio, quamuis non tangat merita causę, excludit tamen personam actoris, sed dato, quod actor replicet de excomunicatione rei, non per hoc est sublata exceptio rei, & sic cum talis replicatio non tollat, vt debet xceptionem, nec causam tangat, merito non iuuat actorem. per Hostien *in cap. fin. de ordin. cognit.*

61 Declara tamen, quod si reus excipiat de inhabilitate actoris, vt quia dicat, eum esse prohibitum comparere in casu, qui sibi regulariter a iure permittitur, tenetur reus huiusmodi inhabilitatem probare. non actor. Bald. *in l. ab ea parte. quę. ff. de probat.* vbi notat, quod
62 quando constat de facto, præsumitur, quod poterit de iure fieri, nec præsumitur inhabilitas, nisi probetur.

Secus quoad alias inhabilitates obiectas, quas obijciens non tenetur probare, sed is, contra quem obijcitur; cum interim præsumatur inhabilis. vt dixi
63 supra *in prępa ratorio* 6. *num.* 13. *& seq. parte* 2. adde Io. de Imol. *in l. in illa stipulatione. num.* 3. *ff. de verb. oblig.* vbi dicit, quod omnis exceptio negatiua, non concernens legittimationem personę agentis, debet per excipientem probari.

64 Item declara, quod nec reus, quamuis necessarius potest excipere contra personam actoris tanquam inhabilem, vel forte criminosam, si ipse actor sit, vel fuerit domesticus familiaris ipsius rei, ex quo ante tolerauit ipsum in familiaritate sua. secundum Abb. *in d. cap. dilecti: num.* 8: vbi tamen hoc videtur restringere ad Episcopum conuentum
65 per suum cubicularium, quem inquit, non potest Episcopus dicere inhabilem propter familiaritatis pręsumptionem, cum non pręsumatur Episcopus habere in familiaritate sua, nisi bonas, & honestas personas. sed Felin. *in d. cap. dilecti. num.* 5. dicit hanc restrictionem esse fortem, & vt ipse putat non sustentabilem, tum propter generalitatem illius textus indistinctè concedentis posse reum opponere contra personam actoris, tum etiam propter regulam, *cum quod vna via. de reg. iur. in* 6. & licet ipse examinando illam difficilem quæstionem, vtrum excommunicatus specialiter non vocatus possit excipere contra electum dicat Hostiensem tenere, quod sic exceptis duobus casibus, quos ibi notat. ipse tamen putat in puncto iuris contrariam opinionem esse veriorem, ac tutiorem, cui, inquit, sine scrupulo adhęreret, nisi Domini de rota sequerentur opinionem Hostiensis propter Specul. attestantem illam de stylo curię seruari, cuius verbis ait, multum pręfatos dominos inhęrere.

Item multominus poterit actor replicare contra reum recusantem iudicem tanquam suspectum, vel non competentem, cum ipse approbauerit iudicem comparendo coram eo, sed reus potest illum recusare in præparatorijs, & pendente recusatione non poterit iudex aliquid innouare, sicut non potest pendente appellatione. Bald. *in l. prima appellatione. num.* 3. *C. de appellat.*

66 Limitatur secundo in exceptione doli, contra quam non datur replicatio doli. Bald. *in l. militis codicillis.* §. *veteranus. in fine. ff. de militar testam.* & est tex. *in l. apud celsum.* §. *Marcellus. ff. de dol. mal. vel met. except.* vbi quod exceptio banni pręualet replicationi banni.

Intel-

67 Intellige vbi actor replicans, & reus excipiens tractant pariter vel de damno euitando, vel de lucro captando, nam tunc contra exceptionem doli non datur replicatio doli, secus vbi vnus certat de lucro, alter de damno euitando, quia tunc præfertur, qui agit de damno. ita intelligit Felin. *in d. cap. dilecti. num. 5. vers. limita tertio.* vbi dicit hac vnica intelligentia posse summari totam hanc materiam, subintellige, dumodo dolus sit circa idem in indiuiduo, vt idem Felin. *ibidem sub num.* 24.

Sed intelligentię prędictę videtur obstare textus. *in l. si duo. ff. de dolo malo.* per quem textum dicit ibi Bald. quod si exceptio, & replicatio continent dolum, circa idem commissum, replicans debet obtinere. ergo non est verum, quod si reus, & actor ambo sunt in pari causa, debeat reus excipiens obtinere, & propterea Io. de Imol. *in d. l. cum mulier. num. 26. & seqq.* ad hanc regulam de pari causa ponit plures fallentias, ex quibus patet, quod actor replicans debet abstinere, etiam vbi tractet de lucro contra reum, qui certet de damno euitando super dolo circa idem hinc inde commisso, & sic quod dolus cum dolo compensetur. & tandem concludit, quod si agatur criminaliter, potest reus in pręparatorijs, & ante nomen receptum inter reos excipere contra accusatorem de alio crimine ad ef-
68 fectum excludendi personam accusatoris, sed non ad effectum excusandi seipsum a pęna, cum in delictis non fiat compensatio ad hunc finem: secus post litem contestatam, nisi exciperet de crimine connexo, vel contiguo, vt adulterium, & lenocinium, quæ reputantur pro vno. quia tunc potest etiam excipere, non vt accusator repellatur, sed vt puniatur, sed si essent separata delicta, ita quod vnum non inferret in aliud, tunc non fit compensatio, cum multiplicare inconueniens non sit soluere. *l. is qui reus. ff. de public. iudic.*

69 Si vero agatur ciuiliter ex communi delicto, puta, agit maritus pro lucro dotis contra vxorem adulteratam iuxta *cap. plerumq; de dot. post diuort. restit.* ipsa excipit de lenocinio viri, & sic euitando damnum vir replicat de adulterio, vel agit mulier petendo dotem soluto matrimonio, excipit vir de adulterio, ipsa vero mulier replicat de lenocinio. certe in his casibus exceptio lenocinij opposita siue in præparatorijs,
70 siue post litem contestatam excludit actorem, quia in criminalibus est dilatoria, sed in ciuilibus est peremptoria. secundum Felin. *in d. cap. dilecti. num.* 14. & videtur etiam esse de mente Abb. *ibidem. num.* 17.

Idcirco si quis, siue reus excipiendo, siue actor replicando, velit præmium consequi, non debet audiri, quia non meretur præmium, qui committit illicitum. ad *l. siue heredi. de negot. gest.* sed si velit euitare damnum, vel tueri ius suum iam radicatum, & tunc debet audiri. hæc Io. de Imol. *in loco supra citato & num.* 30. vbi multa cumulat, quæ non magis dilucidant materiam, quam reddant obscuram, nisi ad practicam reducantur. vnde ad maiorem dilucidationem nostræ limitationis ponamus exemplum de bannito, qui offendit
71 alium bannitum in loco, vbi extet statutum, quod bannitus non audiatur agendo, neq; excipiendo. in quo Abb. *in d. cap. dilecti. num.* 11. quem alij sequuntur, videtur tenere, quod neuter debeat audiri, ex quo vterq; est bannitus, & ratione banni debet iudex vtrumq; repellere. quia, inquit, licet vterq; repellatur, non tamen silere debet officium iudicis, qui potest ex officio repellere in actibus iudicialibus personas inhabiles, etiamsi aduersarius, propter suum delictum, sit priuatus facultate ecixpiendi, vel replicandi, & sequitur Felin. *ibi num.* 7. ego autem dico, quod bannitus offendens debet audiri. nec potest replicatione banni repelli. quia exceptio banniti offendentis non est proprie exceptio, sed quædam defensio, quod ipse licite offenderit, ideo debet audiri non obstante statuto. quod non audiatur agendo, neq; excipiendo. ita

notat.

notat Bald. *in l. 1. num. 2. C. ne quis in ius vocat. est vi eximat.* vbi rationem assignat, quia omnis exceptio, quę crimen excludit, opponi potest a quocunq; reo, etiam indigno, non obstante dicto statuto. cum exceptio crimen excludens sit defensio, quæ non potest tolli per statutum. *d. clement. pastoralis. de re iudic.*

Aliud exemplum ponit Bald. *in d. cap. dilecti. num.* 10. de statuto, quod bannitus impune possit offendi, accusatur Titius, quod offendit Semproniū, excipit Titius in præparatorijs, quod Sempronius est bannitus, & quod potuit illum impunè offendere, replicat Sempronius, quod etiam ipse Titius est bannitus, & dicit, quod talis replicatio non debet admitti, quia cum titius sit reus necessarius potest opponere in præpa-
72 ratorijs omnē exceptionem inhabilitantem ipsum accusatorem, non tamen potest ipse reus per replicationem banni repelli. sed hęc non est bona ratio, sed vera ratio est, quia bannum Titij non facit Sempronium esse illicitè offensum, & sic hęc banni replicatio non rumpit de directo exceptionem Titij offendentis, & sic non obstat. ita Felin. *in d. cap. dilecti. num.* 5.

Et si Sempronius replicaret, quod eius bannum sit cancellatum, poterit Titius duplicare, quod fuit cancellatum a non habente auctoritate cancellandi, & quod pro non cancellato habetur. secundum Io. de Imol. *in l. 1. num. 8. ff. de his, quæ in testam. delent.*

73 Limita tertio, in exceptione nullitatis, contra quam non admittitur replicatio nullitatis. Bald. *in d. l. cum mulier. col. 10. vers. & pro tanto dico. ff. solut. matrim.* vbi ponit de statuto, quod de quolibet contractu soluatur gabella
74 infra decem dies, alias contractus sit ipso iure nullus, modo vendidi tibi rem & tradidi, neuter nostrum soluit gabellam, & ideo volo a te repetere rem, quia dico te non soluisse gabellam, tu excipis, quod nec ego solui, arguit ad partes, vltimate concludit, quod aut volo expugnare contractum, tanquam nullum ipso iure, & possum, aut volo agere ex eo, non possum, quia si opponatur mihi exceptio non solutæ gabellæ, replicatio non posset mihi prodesse quia careo omni actione, item dicit, quod nemo potest excipere de dolo extra iudicium commisso, nisi ille, in cuius præiudicium est commissus, vnde cum ista non sit exceptio doli, sed nullitatis, exceptio autem nullitatis non excluditur per nullitatis replicationem ergo excipiens de nullitate præferri debet, non autem replicans, qui non habet actionem intentatam, & sic talis replicatio esset impertinens, & non admittenda. & ita dicit se tenere, salua semper substantia veritatis, licet Bart. videatur sentire contrarium. tu vero dicas, quod si venditor, & emptor ambo scientes non soluerunt gabellam, ambo fuerunt in dolo; ideo neuter potest dicere de nullitate contractus, ratione non solutæ gabellę, quia communis dolus vitiat contractum bonæ fidei. *l. domum emit.* & ibi Bald. *ff. de contrahend. empt.* & sic neuter auditur, quia vterq; dolosus.

76 Non agendo, quia agit ex contractu, cui inest turpitudo. & sumus in casu, in quo agens non potest iuuare petitionem replicando, non enim dolus debet doloso prodesse. *l. ex dolo. ff. de dolo.* Io. de Imol. *in l. quicquid. ff. de stipulat. seruor.* non excipiendo, cum excipiat de pari turpitudine, nec dolosus potest excipere de dolo suo. *l. eleganter. ff. de dolo.*

77 Et proinde etiam notarij, qui rogitus, ex quibus debet solui gabella, non notificant gabellarijs, dicuntur esse in dolo præsumpto. Bald. *in l. si fundo. §. si cum possit. ff. de euict.*

Non obstat, quod in pari turpitudine potior est causa rei excipientis. *l. si ob turpem. §. porro. ff. de condict. ob turp. caus.*

Respondeo, quod illud procedit in contractu inito in fraudem hominis. *l. cum profitearis. C. de reuoc. donat.* hic autem sumus in contractu in fraudem legis annullantis ipso iure contrac-

tum. *l. si libertus minorem. ff. de iure patron.* cum non debet effectum sortiri illud, per quod lex fraudatur. Io. de Imol. *in l. heres meus. num. 3. ff. de condit. & demonstrat. & in l. hoc modo. num. 2. ff. eod. tit.*

Item procedit, quando exceptio est iustior, hic autem exceptio, & replicatio nulla nituntur ęquitate.

Item non obstat, quod vbi exceptio, & replicatio continent dolum, replicans debet obtinere, vt supra dictum fuit, quia id obtinet locum, quando quis alienauit in fraudem legis, & agit ratione dominij rei vendicatione ad rem alienatam. nam si cõtra eum excipiatur de contractu, ipse potest replicare de fraude, quia contractus fuit ipso iure nullus, tanquam factus in fraudem legis, & sic replicatio, cum sit iustior, debet pręualere. secus in contractu in fraudem hominis, & non legis. *l. iubemus. §. œconomus. C. de sacros. Eccles.* Bald. *in d. l. alias autem. col. 2. vers. & ideo qui alienauit. ff. de iureiur.*

78 Limitatur quarto, in exceptione compensationis, quæ non tollitur per replicationem compensationis. Bald. *in l. cum mulier. col. 6. vers. & primo arguo sic.*

79 Ratio, quia compensatio fit ipso iure, idest exceptionis, quod non est de natura aliarum exceptionum. nam aliæ vulnerant quidem petitionem, non tamen illam funditus perimunt, ideo alię exceptiones possunt per replicationem excludi, sed non compensationis exceptio, sicut nec acceptilatio, quę replicationem non patitur. idem Bald. *in l. sub conditione. col. 2. vers. quarto modo. ff. de condict. indeb.*

80 Intellige de exceptione compensationis, quæ sit liquida ab initio, & sit iam nata, & pura. *l. quod in diem. ff. de compensat.* Surd. *decis.* 184. *num.* 6. sicut omnis exceptio debet esse clara, quia exceptio obscura habetur pro nulla, cum paria sint non excipere, vel obscure excipere. Io. de Imol. *in l. titia textores. num. 1. & 2. ff. de legat.*

81 Quod autem dixi de compensatione, quę fit ipso iure, idest, si illa opponatur ab homine, hoc fallit in maleficijs, vt si mihi tenebaris in decem ex causa furti, quia illa mihi surripuisti; si ego debeam tibi decem ex alia causa; fit ipso iure compensatio, idest a lege, absq; eo, quod ego tenear opponere compensationem, idem in vsuris in odium earum, quia debitum impedit ipso iure cursum illarum, vel pęnam committi. quia negligentia cum negligentia, & dolus cum dolo compensatur ipso iure cum non sit dolus, vel mora, vbi est exceptio; item liberat ipso iure pignus. vt declarat glossa. *in l. si ambo. § quoties. in verb. ipso iure. ff. de compensat.* & glossa. *in l. si constat. in verb. ipso iure. C. eod. titul.* vide Ias. *in §. in bonæ fidei. Inst. de act.* quid in vsuris pretij non soluti secundum ęquitatem. *l. curabit. C. de act. empt.* vide Surd. *decis.* 117. *num.* 3.

82 Item quando spoliat spoliatorem, est locus compensationi ipso iure, nec potest spoliator excipere de prima violẽtia; quia illa iuris dispositione fuit consumpta. Io. de Imol. *in d. l. cum mulier. num. 25.* Felin. *in d. cap. dilecti. num 24.* item nec potest spoliator agere retinendę, quia interdictum, vnde vt absorbet interdictum retinendę. *l. 1. in fin. ff. vti possidet.*

83 Limitatur quinto in exceptione iurisiurandi, aduersus quam non admittitur replicatio. *l. aduersus. ff. de except. l. non erit ratum. §. dato iuramento. ff. de iureiur.*

84 Fallit in minore, cui datur replicatio aduersus eum, cui detulit iuramentum, si pręuisa restitutione in integrũ probet se læsum. *l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiur.* vbi Bald. dicit, huiusmodi restitutionem in integrum posse per minorem peti etiam incidenter implorato iudicis officio.

PRAE-

PRAEPARATORIVM XVI.

Vtrum reconuentio tanquam exceptio dilatoria necessario facienda sit in præparatorijs iudicij conuentionis. quibus in causis, & coram quibus iudicibus locum habeat. & an, & quãdo super vtraq; simul, & semel procedendum, ac pronuntiandum sit?

SVMMARIVM.

Reconuentio est exceptio dilatoria in præparatorijs opponenda. 1.

Reconuentio facta post litem contestatam non dicitur reconuentio, sed conuentio. 2.

Continentia causę non diuidenda. 3.

Actor non debet pati moram litis ex facto rei. 4.

Reconuentio facienda in prima responsione, vel protestandum de ea facienda. 5.

Protestatio reseruatiua operatur effectum reseruatiuum actus, perinde ac si suo tempore factus esset. 6.

Reo protestanti de reconueniendo actorem, debet ad instantiam actoris assignari terminus ad reconueniendum. 7.

Ordo iudicij, in præparatorijs non seruatus, non vitiat processum. 8.

Ordo iudicij incipit a litis contestatione. 9.

Protestatio de reconueniendo non releuat, nisi reconuentio fiat in præparatorijs. 10.

Protestatio de reconueniendo non iuuat, nisi ei aduersarius consentiat. 11.

Reseruatio actus contra naturam actus, non valet. 12.

Reconueniens potest petere, cogi, & compelli reconuentum ad respondendum reconuentioni, alias non audiri. 13.

Facta reconuentione in præparatorijs tenetur index procedere simul, & semel cum conuentione. 14.

Simultaneus processus super conuentione, & reconuentione, in quibus consistat. 15.

Peruersio ordinis causa ad causam, non vitiat ipso iure sententiam. 16.

Pronundum est simul, tam super conuentione, quam reconuentione, quando ad inuicem se periment. 17.

Appellandum est, quando iudex non admittit, vel non vult procedere super reconuentione. 18.

Compensatio potest opponi, etiam contra sententiam. 19.

Iudex super reconuentione procedere recusans potest allegari suspectus, etiam post latam sententiam, super sola conuentione. 20.

Cõtra procuratorem actoris potest opponi, quod nõ audiatur, nisi prius data satisdatione de defendendo eum in causa conuentionis. 21.

Contra protestantem de reconueniendo potest protestari, quod reconueniat, & quando ei liceat replicare, quod non habet in promptu iura sua. 22.

Satisdatio de defendendo quid includat. 23.

Procurator qui debet satisdare, quando possit replicare, quod non inuenit fideiussorem. 24.

Procurator legittime releuatus a Domino non tenetur satisdare de eum defendendo. 25.

Verba in dubio debent interpretari potius in fauorem actoris, quam rei in pręparatorijs. 26.

Statutum, quod forensis non audiatur, nisi data satisdatione de stando iuri in causa reconuentionis, quomodo intelligendum. 27.

Reconuentionis causa regulatur secundum naturam causę reconuentionis. 28.

Conuentionis causa est præparatoria reconuentionis, & de vtraq; debet idem iudicari. 29.

Causa conuentionis si talis sit, quod appellationem non recipiat, ita etiam erit reconuentio. 30.

Causa conuentionis commissa cum clausula appellatione remota, intelligitur etiam cum tali clausula reconuentio. 31.

Dispositio iuris super conuentione trahitur ad reconuentionem propter connexitatem. 32.

Conuentio, & reconuentio pari passu ambulant, & aut coram quo iudice quis conuenire potest, coram eodem reconueniri possit. 33.

Reconuentio recipit a conuentione priuilegium simultanei processus circa præparatoria, non autem circa decisoria iudiciorum. 34.

Dilatoria exceptio debet in præparatorijs concludenter probari, non autem per iuramentum. 35.
Instantia non currit in præparatorijs iudiciorum. 36.
Reconuentio potest fieri tam coram ordinario, quam coram Delegato. 37.
Item coram arbitro iuris. 38.
Reconuentio est de connexis, & præparatis ipsius conuentionis. 39.
Præparatorum ad præparata idem debet esse iudicium. 40.
Commissio iudici præsentata, efficitur communis, eo ipso quod est citata pars ad dicendum contra, ita ut potest ea vti vna pars inuita altera. 41.
Reconuentio cessat coram iudice delegato motu proprio principis. 42.
Citatio ad dicendum contra commissionem, de iure canonico inducit litis pendentiam ad omnem effectum. 43.
A litis pendentia per citationem legittimè præsentatam non potest desisti. 44.
Iudex delegatus per decretum de citando firmat iurisdictionem. 45.
Iudicem qui elegit pro se in conuentione, non debet dedignari eundem habere contra se in reconuentione. 46.
Declinatoria fori non potest opponi in causa reconuentionis. 47.
Declara vt hic. 48.
Reconuentio non procedit super re, de qua iudex non potest cognoscere, etiam vtraq; parte volente. 49.
Actor non potest in præparatorijs a lite desistere, vt euitet reconuentionem. 30.
Declara vt hic. 51.
Litis pendentia inducitur de iure canonico per solam citationem legittimè præsentatam ad omnem effectum. 52.
Desistentia a lite non potest fieri, etiam in præparatorijs ad deceptionem aduersarij. 53.
Appellans non potest, etiam re integra renunciare appellationi, vt auferat appellato ius prosequendi appellationem. 54.
Renunciatio omnis in alterius praiudicium est odiosa. 55.
Clericus an possit reconueniri coram laico. 56.
Iurisdictio contra Clericos est solum a Deo, ideo impossibilis est eius prorogatio quoad laicos. 57.
Clericus non potest testificari coram laico. 58.
Actus non debet operari vltra intentionem agentis. 59.
Clericus falsum testificans coram iudice laico, non potest per laicum puniri. 60.
Reconuentio admittitur, etiam post litem contestatam in causa, quæ tempore peritura sit. 61.
Reconuentio constituit reconuentum in mala fide, & præscriptionem interrumpit. 62.
Reconuentio, & conuentio dicuntur causæ connexæ, & litis contestatio super vna operatur idem super alteram. 63.
Reconuentio non potest fieri post litem contestatam. 64.
Declara vt hic. 65.
Exceptio dilatoria potest opponi incontinenti post litem contestatam. 66.
Reconuentio non habet locum in causa appellationis. 67.
Appellationis causa non potest ventilari coram iudice incompetenti. 68.
Reconuentio quando possit fieri coram iudice ad quem. 69.
Reconuentio non fit in causis summarijs, vel executiuis. 70.
Reconuentio non fit in causa depositi. 71.
Nec in causis, quæ expediuntur iudicis officio. 72.
Declara vt hic. 73.
Reconuentus non potest reconuenire. 74.
Declara vt hic. 75.
Reconuentio non fit de debito non liquido contra debitum liquidum. 76.
Compensatio non fit de liquido ad illiquidum. 77. 78.
Debitum non dicitur liquidum, vbi non sit per sententiam liquidatum. 79.
Debitum non potest dici liquidatum per sententiam, a qua sit appellatum. 80.
Reconuentio non habet locum in iudicio possessorio. 81.
Fallit vt hic. 82.
Reconuentio facta etiam post litem contestatam sustinetur, si non fuerit opposita exceptio. 83.
Reconuentio valet volente actore, etiam in quacunq; parte iudicij ad effectum, vt hic declaratur. 84.

Recon-

Reconuentio cessat. quando actor agit ex necessitate, non autem ex voluntate. 85.
Excommunicatus potest appellare, quia appellat ex necessitate. 86.
Reconuentio non habet locum in criminalibus. 87.
Ad inducendam prorogationem iurisdictionis iudicis non sui, requiritur vtriusq; partis consensus. 88.
Agens in criminalibus prosequendo per suam, vel suorum iniuriam non dicitur consentire in iudicem. 89.
Iurisdictionis prorogatio facta per metum, non valet. 90.
Reconuentio valet in criminalibus facta in præparatorijs, secus post litem contestatam. 91.
Litis contestatio, quando dicatur facta in iudicio criminali. 92.
Reconuentio in criminalibus valet etiam post litem contestatam modo sit de maiori delicto. 93.
Reconuentio in criminalibus facta in præparatorijs valet indistincte de quocunq; crimimine, siue maiori, siue pari, vel minori. 94.
Reconuentio non fit coram arbitro a partibus electo. 95.
Coram arbitro non potest fieri prorogatio iurisdictionis. 96.
Iurisdictionis prorogatio fieri debet in his, quæ sunt eiusdem naturę, & formæ. 97.
Coram arbitro iuris, non potest fieri prorogatio iurisdictionis, ita quod alteretur ordo iudiciorum. 98.
Reconuentio non procedit in actibus voluntariæ iurisdictionis. 99.
Reconuentio non potest fieri contra agentem nomine Ecclesiæ. 100.
Agens nomine Ecclesiæ potest in præparatorijs iudiciorum constituere procuratorem. 101.

1 RECONUENTIONEM esse dilatoriam exceptionem in præparatorijs iudicij conuentionis necessario opponendam. firmaui supra *in præparatorio xi. num. 43. parte prima.* quibus adde Trancretum. *in suo tract. de ordine iudiciario in rubrica de reconuentione, & mutuis petit. in 3. tomo tractatuum diuers. fol.* 50. Bald. *in auth. & consequenter. num. 8. C. de sent. & interlocut. omn. iudic.* vbi dicit, quod reconuentio facta post litem contesta-
2 tam non dicitur reconuentio, sed conuenti. Dec. *cons. 200. incip. in casu proposito. num. 1. vers. & breuiter non laborando.* & hanc opinionem sequitur, & pluribus rationibus coadiuuat. Abb. *in cap. 1. sub. num. 13. vers. opinionem contrariam de mutuis petit.* & hanc esse communem omnium doctorum opinionem dicit Marant. *in specul. part. 3. in tit. an sit iudicium conuentionale, vel reconuentionale. num. 5.* Felin. *in d. cap. 1. num. 2.* Lanfranc. *in repetit.* Clem. *sæpe. in verb. libellus. num. 20. de verb. signific.* vbi quod reconuentio fieri debet in præparatorijs ad hoc, vt simul, & semel vna cum causa conuentionis agitetur, & vtraq; causa vna sententia terminetur. Alex. *cons. 94. visis. & sæpius. in fine. lib. 5.*
3 Est ratio, ne continentia causæ diuidatur. Bald. *in d. auth. & consequenter. num. 8.*
4 Item ne actor plures lites, & longam litium moram de facto rei patiatur. vt ibidem Bald.
5 Amplia primo, vt reconuentio omnino facienda sit in prima responsione, vel protestandum de ea facienda. alias non sit locus reconuentioni. secundum Tancretum *loco supra citato.* Abb. *in d. cap. 1. num. 13. vers. Hostiensis tenet contrarium.*
6 Nam protestatio reseruatiua operatur effectum reseruatiuum actus, perinde ac si suo tempore factus esset quoad omnia. Felin. *in cap. cum dilecti. num. 22. vers. quia reseruatio. de accusat. & in cap. ex parte. num. 13. de testib.*
7 Aduerte, quod si reus protestetur de reconueniendo, debet actor instare, vt assignetur ei terminus ad reconueniendum, quo elapso non audiatur; quem terminum tenetur iudex assignare. Bald. *in l. non tamen circa fin. ff. de procurat.*
8 Sed si iudex non admittat reconuentionem,

tionem, nec protestationem de reconuemendo, vel non assignet terminum, nō propterea vitiabitur processus, quia ordo in preparatorijs iudiciorum non
8 seruatus non vitiat, neq; est de substantia processus, cum talis ordo incipiat à litis contestatione, & non ante. idem
9 Bald. *in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. num. 1. ff. de iureiur.*
10 Item dicta protestatio non videtur aliquid operari posse, tum quia non valet quis sibi reseruare ius reconueniendi, nisi postea conueniat in præparatorijs, ex quo non potest quis extendere potestatem limitatam a iure, ad quod se refert. tum etiam quia huiusmodi iuris reseruatio fieri non potest,
11 nisi aduersarius consentiat. ita Bald. *in l. edita. in lectura patauina. num. 99. & 100. C. de edendo.* Felin. *in cap. presentium. num. 2. de testib.*
12 Tum etiam & tertio, quia ista reseruatio est contra naturam reconuentionis. cum non possit fieri post litem contestatam, ergo non valet. *cap. cum ferrariensis. extr. de constit.* quod reseruationis protestatio contra naturam actus non valet.

Amplia secundo, vt reus conuentus possit in preparatorijs, non solum reconuenire actorem, sed etiam petere illum cogi, & compelli ad respondendum reconuentioni, aliàs quod ipse re-
13 us non teneatur respondere conuentioni actoris. *d. cap. primo de mutuis petit.* Tancret. *loco citato.* quia, inquit, iudicium redditur in inuitum. *l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de verb. obligat.* Marant. *in specul. par. 3. in tit. an sit iudicium conuentionale, vel reconuentionale. num. 9.* vbi dicit, quod si actor nollet respondere super reconuentione, patitur hanc pœnam, quia non proceditur in causa conuentionis, & denegatur sibi audientia, donec respondeat.

Amplia tertio, vt facta recōuentione in præparatorijs teneatur iudex simul, & semel procedere, tam super conuen-
14 tione actoris, quam super reconuentione rei, facta prius litis contestatione super reconuentione, & postea vicissim auditis interrogationibus, probationibus, & allegationibus vtriusq; partis, ad sententiā procedere, per quam vtrumq; negotium terminatur. *cap. 1. & 2. de mutuis. petit.* Tancretus. *loco supra allegat. circa finem.* vbi ponit quomodo facienda sit reconuentio, debet tamen prius pronunciare super conuentione
15 actoris, & deinde super reconuentione rei. *cap. cum dilectus de ordin. cognit.* Dec. *d. cons. 200. num. 1. vers. & applicando ista.* Abb. *in d. cap. 1. num. 7. de mut. pet.* vbi quod huiusmodi vicissitudo consistit in tribus. primo quoad simultaneum processum, cum prærogatiua actoris, quando actus vtriusq; causæ non potest concurrere in tempore, aliàs quod potest simul expediri. Secundo vt inducię deliberatoriæ dentur vtriq; parti. Tertio quod vtraq; causa vna sententia terminetur.
16 Declara, quod si iudex non pronuntiat super vtroq; negotio, vel si pronuntiat super conuentione, & non super reconuentione, valebit sententia mero iure, ex eo quia peruersio ordinis causæ ad causam nunquam vitiat sententiam ipso iure, secundum opinionem, quam tradit Ripa. *in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 195. ff. de acquir. possess.* Abb. *in d. cap. cum dilectus. num. 14. de ordin. cognit. & in d. cap. 1. num. 11. de mut. pet.*
17 Fallit, si causa conuentionis, & reconuentionis ad inuicem se perimunt, quia tunc necesse est super vtraq; causa pronuntiari, cum tunc reconuentio habeat vim exceptionis in conuentione. secus quando non se perimunt, sed sunt disseparatæ. vt distinguit Bald. *in l. vero atq; vxore. in fin. ff. solut. matrim.* tamen se remittit ad non *in l. 1. in fin. ff. quæ sent. sine appellat. resc. ind. poss.* vt si peto contra te pronunciari instrumentum vsurarium, tu vero quod pronuntietur purum. vt per Felin. *in cap. in præsentia. num. 9. de probat.*
18 Ideo a tali sententia semper est appellandum, & protestandum, quod appellatione pendente non fiat executio sen-

ſententiæ latæ ſuper conuentione, niſi ſit caſus, in quo contra ſententiam, &
19 eius executionem poſſit obijci compenſatio. Abb. *in d. cap. cum dilectus. num.* 14.

20 Item poterit recuſari iudex vt ſuſpectus, ne poſtea procedat ſuper reconuentione, ex quo ſuperuenit talis facultas recuſandi, & licet Abb. *in d. cap. cum dilectus. num.* 15. ſequatur opinionem Io. And. dicentis, non poſſe recuſari, ex quo eſt concluſum in cauſa. tamen idem Abb. *in d. cap.* 1. *num.* 10. ſequitur opinionem Ant. dicentis, poſſe recuſari, ex quo de nouo ſuperuenit huiuſmodi facultas, quod eſt verius.

21 Amplia quarto, vt etiam contra procuratorem actoris agentem, poſſit reus in præparatorijs proteſtari, quod non audiatur, etiamſi oſtenderit mādatum, niſi prius data idonea cautione de defendendo principalem ſuum in cauſa reconuentionis, quam ipſe reus intendat facere. Secundum Federic. Schench. *in ſuo tract. de ſatiſdationibus, quæ in iudicio præſtant; in princ. num.* 10.

22 Quam cautionem tenetur procurator præſtare, etiam vbi non ſit releuatus, cum conſtitutus ad agendum intelligatur etiam ad defendendum. ſed contra petentem huiuſmodi cautionem poteſt replicare, quod eſt paratus defendere, ideo agat, iuxta illud, hodie conſtat, hodie agatur, niſi ſatiſdationem petens reſpondeat. ego non habeo in promptu probationes, & volo eas præparare, interim caueas de defendendo nam tunc, ſtante hac duplicatione, tenebitur procurator ſatiſdare, dumodo non petatur per calumniam, puta, quia dicat, volo conuenire in mille marchis, & de hoc petat ſibi ſatiſdari, ita Bald. *in l. actionem. in fine. C. de procurat. & in l. ſeruum quoq; §. ait prætor. verſ. præterea eſſet deducere ad inconueniens. ff. de procurat.* vbi dicit, quod ſuper eo, vtrum habeat iura ſua in promptu, an non, debet ſtari ſuo iuramento, item quod in hoc caſu tenetur procurator ſatiſdare in præparatorijs iudicij conuentionis, non reconuentionis, & quod ſufficit, ſi ſatiſdet de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, quia in tali ſatiſdatione tacite includitur promiſſio defendendi, & hæc opinio eſt verior ſecundum eum.

23 Declara, niſi tu procurator iterum replices, quod tu neq; habes in promptu fideiuſſorem, & quod vis eum inuenire, quo caſu non eris in mora, dū procuras pro eo inueniendo, niſi hoc replices, vel excipias per calumniam, cum
24 exceptio calumnioſa non excuſet a mora: Bald. *in l. ſciendum eſt. in additione. ff. de vſur. & fructib.* de quo ſtabitur tuo iuramento per prędicta.

25 Sed vbi mandatum oſtendas cum clauſula, ad agendmm, & defendendum cum legittima releuatione, tunc eris poſitus extra has anguſtias ſatiſdationis, quia debes defendete, ſed non cogeris ſatiſdare. idem Bald. *in d. §. ait prætor. verſ. adde tamen.*

26 In dubio tamen debet iudex verba interpretari in fauorem actoris, cum ſimus in præparatorijs iudiciorum. *l. de die. in princip. ff. qui ſatiſd. cog.* Dec. *conſ.* 449. *viſis duobus conſilijs. num.* 2.

27 Et vbi videt, id peti, vel excipi per calumniam, debet reijcere. vnde infertur, quod ſi ſtatuto caueatur, quod nullus forenſis audiatur contra ciuem, niſi prius ſatiſdet de expenſis reficiendis, & de ſtando iuri in cauſa reconuentionis, & ciuis reus excipiat in præparatorijs de huiuſmodi ſatiſdatione præſtanda, actor vero forenſis replicet, quod talis cautio petitur per calumniam, cum ipſe actor non ſit ſuſpectus, debet iudex eum audire, ſi ſibi conſtat de calumnia, & quod forenſis propter paupertatem ſatiſdare non poſſit. vt notat Io. de Imol. *in l. cum non facile. ff. ſi cui plus quam per l. Falcid.* quia, inquit, ſtatutum prædictum intelligi debet, quando iuſte petitur ſatiſdatio, vt quia actor ſit ſuſpectus.

28 Amplia quinto, vt reconuentionis cauſa, quamuis ſit plenaria, & cauſa conuentionis ſit ſummaria, ſi tamen cognoſci debeat vt ſummaria, ſicut e contra ſi cauſa conuentionis ſit plenaria, recon-

reconuentionis vero sit summaria, debeat cognosci vt plenaria. ea ratione, quia causa reconuentionis semper trahitur indistinctè ad naturam causæ conuentionis. *sed non e contra.* vt late declarat Abb. *in d. cap. 1. num. 19. de mut. petit.* vbi subdit hoc, ideo esse, quia causa conuentionis fuit primo deducta
29 in iudicio, & eius occasione prorogatur iurisdictio, ideo tanquam dignior debet ad se aliam trahere. sed forte verior ratio est, quia conuentio est præparatoria reconuentionis, & de præparatorijs idem, quod de præparatis iudicari debet Dec. *cons. 420. num. 2.*

30 Vnde si causa conuentionis talis sit, vt appellationem non recipiat, ita etiam causa reconuentionis factę coram eodem iudice appellationem recipere non poterit. vt late per Tancretum. *loco supra citato.* vnde si causa conuentionis fuerit commissa cum clausula,
31 appellatione remota, erit sublata appellatio etiam in reconuentione. Abb. *in d. cap. 1. num. 13. vers. item sublata de mut. pet.* licet quoad tertium non intelligatur appellatio sublata. Felin. *in cap. qualiter, & quando. num. 13. vers. facit quod not.* Bart. *de accusat.* quia dis-
32 positio iuris, seu modi procedendi super causa conuentionis trahitur etiam ad causam reconuentionis. vt in proposito Abbas. *in d. cap. prudentiam. num. 10. de mut. petit.* vbi respondet *ad l. quod fauore. C. de legib.* Marant. *in loco preall. num 7.*

33 Conuentio enim, & reconuentio pari passu ambulant, & eisdem iuribus regulantur. ita vt coram quo iudice quis potest conuenire, coram eodem reconueniri possit. *d. cap. 1. & 2. de mut. petit.* quod rota passim sequitur. *vt in ferrarien. bonorum Lune 24. Ianuarij 1600. coram Corduba.*

34 Intellige precedentem ampliationem esse veram, & procedere quoad præparatoria, & ordinatoria iudiciorum; nam quoad hęc reconuentio a conuentione suscipit priuilegium simultanei processus, secus quoad decisoria, quia in his istæ causæ non adęquantur virtute reconuentionis, puta si vna causa sit summaria quoad decisoria, vt quia admittit leuiores probationes. videlicet iuramenti, vel vnius testis, vel similes, vt *in l. thesaurus. ff. ad exhibend.* altera vera requirat concludentes, & pleniores probationes, iustum non est, quod in hoc fiat huiusmodi causarum adęquatio, quia sic fieret magnum pręiudicium alteri causæ, quod non est dicendum. vt bene per Abb. *in d. cap. 1. num. 18.* vbi dicit, quod hæc verba tanquam notabilia multum sibi placent. & *num. 19. vers. & hoc verum* vt. & ibi etiam Felin. *num. 4. vers. declara primo,* & clarius idem Felin. *in d. cap. prudentiam. num. 7. eodem titulo.*

35 Regulariter tamen omnis exceptio dilatoria opposita in præparatorijs debet concludenter probari, nec sufficit iuramentum, neq; vnicus, licet respectu modi procedendi summarie procedatur, cum super huiusmodi exceptionibus non contestetur lis. idem Abb. *cum dilectus. num. 42. & 55.* Felin. *in cap. venerabilis. num. 37. vers. dicas. tamen. de iudic.* vbi quod decennio litigaretur super exceptione legitimatio-
36 nis personarum, quæ disceptatur in præparatorijs, non currit instantia, nec fit contestatio litis.

37 Amplia sexto, vt reconuentio locum habeat non solum coram iudice ordinario, sed etiam coram delegato; nisi delegatus de consensu partium, cum lex non suppleat, vbi partes sibi prouiderunt, hinc est, quod coram arbitro, de consensu partium, electo non habet locum reconuentio, licet secus dici
38 possit de arbitris iuris, cum habeant iurisdictionem ordinariam a lege. ita Abb. *in d. cap. 1. num. 33.* Marant. *in loco preallegato. num. 13.* vbi dicit, quod in hoc non differt delegatus ab ordinario. adde Bald. *in l. si de proprietate. ex fin. C. si a non compet. iud.*

Intellige de arbitris iuris, qui non sint dati ad certum articulum. Fel. *in cap. fin. num. 11. de re iud.*

39 Non obstat, quod delegatus quoad causas in delegatione non comprehensas

hensas remanet priuatus, ergo coram
eo non habet locum reconuentio, quia
vltra responsiones datas per Marant.
vbi 5. num. 29. & 30. dico, quod recon-
uentio est de præparatis, & connexis
ipsius conuentionis tanquam præpara-
toriæ, vnde cum actor elegerit, vel pro-
curauerit sibi dari iudicem pro sua
conuentione, videtur eundem iudicem
elegisse pro reconuentione tanquam
connexa, & præparata cum connexo-
rum, & præparatorum ad preparata
idem debeat esse iudicium. vt dixi *su-
pra, & in præparatorio. 4. num. 2. & seq.
part. prima*. preparatorium aut est de
connexis ipsius præparati. Gratian. *dis-
ceptat. 262. num. 14.*
40 Subamplia, vt etiam coram iudice de-
legato per rescriptum ab vna parte
etiam inique impetratum locum ha-
beat reconuentio, nam cum actor ta-
lem iudicem impetrauerit, dedignari
non debet coram eo se defendere. in-
tellige postquam rescriptum sit factum
41 commune per citationem ad dicen-
dum contra. Seraphin. *in Burgen. præ-
turę 30. Octobris* 1598. cum tunc non
possit impetrans ei renuntiare in preiu-
dicium partis. secus ante. secundum
Felin. *in cap. de testibus. num. 13. de te-
stib.* vbi quod potest illo vti inuita par-
te. Bald. *in l. si quis iniquum. §. si impe-
trauerit. ff. quod quisq. iur.* quem sequi-
tur. Alex. *ibi num.* 8. dicens quod tali
42 impetranti obstat exceptio retorcu-
tionis: idem Alex. *cons. 87. num. 4. lib. 5.*
Felin. *in d. cap. prudentiam. num. 8.
vers. amplia vltra alios.* nisi sit rescri-
ptum motu proprio concessum, in quo
non habet locum retorcutio. idem Fe-
lin. *vbi supra. num. 6. in fine, & in cap.
causam quæ. num. 14. de testib.*
43 Ratio, quia citatio ad dicendum con-
tra commissionem inducit litis penden
tiam, immo solum decretum de citan-
do vigore commissionis iudici præsen-
tatæ, iuxta opinionem, quam rota pas-
sim sequitur. vt late dixi *supra in prępa-
ratorio. 6. num. 37. parte prima.* vnde in
44 prę iudicium litis pendentię non potest
actor desistere ad hoc, vt non recon-
ueniatur: nec etiam ante factam recon-
uentionem. quia licet contrarium asse-
rat Marant. *loco prçallegato. num.* 17.
tamen illius dictum non procedit in
45 præiudicium iudicis, qui per decretum
citationis firmauit iurisdictionem, neq;
partis citatæ, cui fuit ius quæsitum. vt
dixi *in d. preparatorio. num.* 29. & dicam
infra in octaua ampliatione.
46 Amplia septimo, vt licet iudex, coram
quo sit facta conuentio, habeat limita-
tam iurisdictionem, vt quia non possit
cognoscere nisi de certis causis, seu de
certa quantitate; tamen si coram eo
fiat reconuentio non sit limitata eius
iurisdictio quoad reconuentionem, ita
vt non possit declinari, ne in potestate
sit actoris, ne reconueniatur coram eo-
dem iudice, quem ipse elegit pro se, vn-
de debet pati eũ esse iudicem contra se,
cũ per electionem sibi pręiudicauerit,
quoad declinatoriam fori, quæ non
47 potest opponi in causa reconuentionis.
Bald. *in l. si idem cum eodem. §. quod si
mutua. & in additione. ff. de iurisd. omn.
iud.* & dixi supra *in preparatorio.* 15.
num. 101. vers. declara tamen parte 2.
48 Declara, quod declinatoria fori non
potest opponi in causa reconuentionis,
si fuerit facta in prçparatorijs, secus si
post litem contestatam, ex interuallo,
quia tunc si actor reconuentus contra-
dicat, quod non sit facta debito tempo-
re, & quod non vult respondere nisi
coram suo iudice audiri debet. Marant.
vbi supra. num. 6.
49 Item Declara, nisi reconuentio fiat de
re, vel causa, de qua iudex non posset
cognoscere etiam vtraq; parte volen-
te, quia tunc non procedit reconuen-
tio, vt si fiat de causa status, vel mona-
chatus, vel matrimonij, vel de alia si-
mili, quæ sit præiudicialis causæ con-
uentionis, ita notabiliter declarat. Abb.
in d. cap. 1. num. 28. & seqq. de mut. pet.
vbi rationem assignat, quia licet lex
concedat, quod actor patiatur ipsum
esse iudicem contra se, quem elegit pro
se, vt *in l. cum Papinianus. in fine. C. de
sent. & interloc. om. iud.* Canonizata *in
cap. cuius in agendo. 3. q. 8.* hoc tamen

intelligitur respectu personę, non causæ, quia licet patiatur actor, non tamen patitur natura causę, & sic, inquit, cessat ratio. *d. l. cum Papinianus*. & hanc canonistarum opinionem dicit esse valde notandam, quia aperit materiam reconuentionis, & omnium iurium de ea loquentium. Marant. *vbi supra. num.* 33.

50 Amplia octauo, vt actor etiamsi desistat in præparatorijs a lite inchoata, adhuc non euitet, quia possit coram eodem iudice reconueniri desistentia non obstante. Alex. *in d. l. si quis iniquum. in fine. ff. quod quisq; iur.* Felin. *in d. cap. cum prudentiam. num.* 8. *vers. secus si lis iam esset mota*. Bald. vero. *in d. auth. & consequenter. num.* 16. dicit,
51 quod si desistat re integra, idest antequam sit reconuentus, non potest reconueniri, secus si fuerit præuentus per reconuentionem, quia primo casu, inquit, sopita est iurisdictio, ideo non potest extendi, secundo vero casu quęsitum est ius aduersario, ideo non potest renuntiari. & subdit, quod in hoc differt conuentio a prorogatione, quia in conuentione, inquit, habet locum pœnitentia, sed non in prorogatione.
52 Sed tu dic contra, quia per desistentiam, ante reconuentionem, non potest dici sopita iurisdictio, quoad reum, qui sit super conuentione legittimè citatus, cum per solam citationem de iure canonico inducatur litis pendentia, *cap. gratum. §. 2. de offic. delegat.* gloss. *in clem. 2. in verb. ad partem. vt lit. pendent.* Marchess. *de commiss. cap. 2. num.* 136. *parte* 2. etiam ad effectum reuocandi attentata lite pendente, & perpetuandi iurisdictionem. Felin. *in cap. causam qua. num.* 18. *de testib.* cui litis pendentiæ non potest actor etiam in præparatorijs renunciare in totum, vt non reconueniatur. tum quia sic declinaret iudicem, quem non potest, ex quo cum semel approbauit, id circo declinatoria fori non habet locum in causa reconuentionis. vt supra dixi. *in 7. ampliatione*.
53 Tum etiam quia sic deciperet ipsum reum citatum, quę deceptio non est permittenda, etiam in præparatorijs. vt dixi *in d. preparatorio 6. num. 7. & num.* 71.
54 Tum & tertio, quia sicut appellans, etiam re integra, & in præparatorijs, non potest renuntiare appellationi, ne auferat appellato ius prosequendi appellationem, vel ei adhęrendi. Bald. *in d. l. per hanc. in fine*. Imol. *in cap. ex parte. num. 2. 12. & 13.* ita etiam non potest actor renunciare conuentioni, etiam in pręparatorijs, ne auferat reo
55 conuento ius reconueniendi; & in vtroq; casu militet eadem finalis ratio. *C. illud. ff. ad l. aquil.* omnis enim renunciatio in alterius pręiudicium est legibus odiosa, & improbata, ne fructum ex sua calliditate valeat obtinere. *l. dubium. C. de repud.*
56 Amplia nono, vt etiam Clericus conueniens laicum coram iudice seculari, possit a laico coram eodem reconueniri. ita vt non possit vti priuilegio fori, cū qui ille agit, semper cogatur se desēdere. secundum Bald. *in l. consensisse. §. sed si agant. ff. de iudic.* vbi dicit non obstare, quod Clericus non potest prorogare iurisdictionem iudicis secularis, quia, inquit, est prorogatio legalis, de qua. *in cap. cuius in agendo 3. q. 8.* & hanc opinionem dicit communem, licet eam non firmet. Felin. *in cap. at si Clerici. num. 23. vers. exceptis istis casibus. extr. de iudic.* sed eam bene firmat, pluribus allegatis, Marant. *loco supra citato. num.* 53. vbi dicit, quod ita communiter obseruatur, & quod hęc opinio est hodie expedita in regno per visum magnæ curiæ.
57 Sed dicas contra, quia lex ciuilis, vel canonica non potest prorogare iurisdictionem iudicis secularis cōtra Clericos, cum sit iurisdictio, quę non venit ab homine, sed solum a Deo, ideo impossibilis est omnis prorogatio illius quoad iudicem secularem, vt dixi supra *in preparatorio. 9. num. 46. parte prima.*
58 Cum Clericus nec possit compelli per Episcopum, vt testimonium ferat coram iudice laico, ne videatur laicus in Clericum autorizare. *cap. testimonium.*

nium. xi. q. 1. accedat, quod licet Clericus conueniens laicum coram seculari sit quodámodo obligatus per quasi contractum, qui fit in litis contestatione super conuentione, iste quasi contractus non potest extendi ad reconuentionem, quæ tendit ad diuersum finem, cum talis quasi contractus sit
59 stricti iuris, nec possit extendi vltra intentionem agentis. *l. quicquid astringendę. ff. de verb. obligat.* nec cadat inter dissentientes. Felin. *in cap. examinata. num. 6. de iudic.*

Preterea si Clericus posset conueniri corá laico ratione prorogatę iurisdictionis a lege sequeretur, quod posset etiam puniri per laicum ratione falsæ testificationis coram eo, quia in hoc casu lex prorogat eius iurisdictionem. *l. nullum. C. de testib.*

60 Sed consequens est falsum, quia ista legis prorogatio non extenditur ad Clericum. qui licet falsum deponat coram laico, non tamen potest per laicum puniri. *cap. verum.* & ibi Innoc. *de for. compet.* & dicit glossa. *in d. l. nullum.*

61 Amplia decimo, vt in causa, quæ sit tempore peritura, & celeritatem requirat, admittatur reconuentio, etiam post litem contestatam secundum Felin. *in d. cap. 1. num. 2. vers. prima declaratio de mut. petit.*

62 Amplia vndecimo, vt reconuentio facta in pręparatorijs constituat actorem reconuentum in mala fide; ita vt per litis contestationem ad instantiam actoris in causa conuentionis postea subsecutam intelligatur interrupta, & perpetuata præscriptio ad fauorem rei, non obstante, quod litis contestatio non debeat esse damnosa actori, & vtilis reo. iuxta *l. non solet. ff. de reg. iur.* nam dicta regula limitatur non procedere in reconuentione propter conne-
63 xitatem, quam habet cum conuentione. vt æqualitas inter vtramq; seruetur. vt in his terminis eleganter dicit Felin. *in cap. significauerunt. num. 9. in fine. de testib.*

Fallit ista ampliatio, nisi reus renunciasset expresse instantiæ, nam propter huiusmodi expressam renunciationem tollitur effectus malæ fidei inductus per litis contestationem, ea ratione, quia forte reus renunciando reconuentioni videtur quodamodo penituisse interpellationis iam factæ, & forte dubitare de iure suo, ideo non mirum si purgatur, mala fides actoris reconuenti. ita notabiliter idem Felin. *in d. cap. significauerunt. num. 7.*

64 Limita primo, conclusionem principalem non procedere post litis contestationem secutam super conuentione, quia tunc regulariter non admittitur reconuentio, nisi ea fuerit in pręparatorijs reseruata, vt supra dixi in principio. & est communis opinio secundum DD *in d. cap. 1. de mut. pet.*

65 Intellige de reconuentione facta post litem contestatam ex interuallo. quia hæc non admittitur iuxta communem opinionem, de qua per Felin. *in d. cap. 1. num. 2. de mut. pet.*

Secus de reconuentione post litem contestatam incontinenti facta, quia hęc bene procedit, dummodo fiat antequam ad alios actus diuertatur secundum Marant. *in loco preallegato. num. 5.* Lanfran. *in repetit. d. clem. sępe. in verb. libellus. num. 20. de verb. signific.*

66 Sicut patet in omni exceptione dilatoria, quę potest opponi etiam post litem contestatam, dummodo incontinenti opponatur. vt late per Felin. *in cap. qualiter, & quando num. 33. vers. facit.* quod notat glossa singularis. *de accusat.*

67 Limita secundo, vt nec locum habeat reconuentio in causa appellationis coram iudice, ad quem Bald. *in l. per hanc. num. 30. C. de tempor. appellat.* Lanfran. *in d. clem. sępę. in verb. libellus. num. 23.* & est communis opinio secundum Bald. *in d. auth. & consequenter. num. 14.*

68 Sicut coram iudice appellationis cessat iurisdictionis prorogatio, cum appellatio fieri debeat gradatim, nec possit ventilari coram iudice incompetenti. Bald. *in titulo de pace constant. in verb. secundum mores illius ciuitatis. super feud.*

69 Sub limita, nisi esset appellatum a sententia lata in præparatorijs super causa conuentionis, & iudex ad quem pronuntiauerit bene appellatum, & cęperit de causa principali cognoscere; quia tunc cum iudex ad quem successerit iudici causæ principalis bene coram eo procedit reconuentio, secus si pronunciauerit male appellatum. cum tunc causa remittatur ad iudicē a quo. Abb. *in d. cap. 1. num. 31. de mut. petit.* Marant. *loco citato. num. 24. & seq.*

70 Limita tertio, vt nec locum habeat reconuentio in causis summarijs, vel executiuis de alia causa, quę maiores dilationes requirat. Specul. *in tit. de reconuentione. §. nunc dicamus. vers. sed nec habet locum. & facit tex. in d. cap. cum dilectus. de ordin. cognit.* Marant. *in loco supra citato. num. 38. & 39.*

71 Limita quarto, vt nec admittatur reconuentio in causa depositi, quę causam habet summariam; & executionem paratam. Bart. *in d. auth. & consequenter. vers. vtrum liceat actori.* Abbas. *in d. cap. 1. num. 14. de mut. pet.*

72 Limita quinto, vt nec in causis summarijs, quæ officio iudicis expediuntur, admittatur reconuentio. Bald. *in l. sed & si restituatur. ff. de iudicijs.*

73 Intellige, vbi officium iudicis intentatur incidenter, secus vbi principaliter, quia tunc, cum succedat loco actionis, habet locum reconuentio. Abb. *in d. cap. 1. num. 32. de mut. petit.* Marant. *vbi supra. num. 36.* vbi limitat, nisi officium iudicis principaliter imploraretur super eo, quod celeritatem requirit, quia tunc bene conceditur reconuentio, sed suspenditur, & expeditur conuentio celeritatem requirens.

74 Limita sexto, vt nec actor reconuentus possit reum reconuenire. Abb. *in cap. prudentiam. num. 6. de mut. petit.*

75 Nisi actor reconuentus coram iudice delegato voluerit reconuenire eundem reum super re non comprehensa in rescripto. secundum Marant. *in loco citato. num. 18.*

76 Limita septimo, vt nec etiam de debito non liquidato, vel quod statim liquidari possit, non admittatur reconuentio contra debitum liquidum. Bald. *in l. neq; C. de compensat.*

78 Sicut neq; compensatio fit de liquido ad illiquidum. *l. fin. C. de compensat.* Bart. *in l. aufertur. §. qui compensationem. ff. de iure fisci.*

79 Neq; dici potest liquidum debitum, quod per sententiam non fuerit liquidatum. Bald. *in l. item quia. in 2. lectura. num. 1. ad fin. ff. de pact.*

80 Item nec per sententiam dici potest esse perfectè liquidatum, si liquidatio fuerit nulliter, vel iniuste facta, & effectus liquidationis suspensus per appellationem. Rota *in Romana de Naris. Luna 22. Martij. 1583. coram Penia.*

81 Limita octauo, vt nec in iudicio possessorio, in quo proceditur absq; litis contestatione, locum habeat reconuentio. Ripa. *in d. §. nihil commune. num. 193.* Abb. *in cap. fin. num. 14. de ordin. cognit.*

82 Fallit in agente iudicio possessorio pro causa spoliationis, quia potest reconueniri non solum pro simili causa spoliationis, sed etiam pro alio spolio. iuxta magis communem opinionem, de qua per Alex. *cons. 94. circa fin. lib. 5.*

83 Item fallit, nisi fuerit facta reconuentio, & actor contra eam non excipiat in præparatorijs, quia tunc reconuentio sustinetur. Abb. *in cap. super spoliatione. num. 7. de ordin. cognit. & in d. cap. 1. num. 25. de mut. pet.*

84 Nam volente actore valet reconuentio in quacunq; parte iudici, non ad effectum simultanei processus, sed ad effectum extendendi iudicis competentiam. Felin. *in d. cap. 2. num. 2. vers. secunda declaratio.* Lanfranc. *in d. clem. sæpe. in verb. libellus. num. 20.*

85 Limita nono, vt cesset reconuentio, quando actor agit non ex voluntate, sed ex necessitate coactus, veluti si passus iniuriam, furtum, vel rapinam. nam cum propter hoc necessitetur agere, non potest conuentus eum reconuenire. Lanfran. *in d. clement. sæpe. in verb. libellus. num. 22.* vbi dicit, hoc esse valde notan-

notandum, quia per hoc tota conuentionis materia limitatur.

86 Vt etiam patet in excommunicato, qui licet in prima instantia non audiatur agendo, tamen in secunda instantia auditur appellando; cum appellet ex necessitate, vt se defendat ab iniuria iudicis, ideo reconueniri non potest. Bald. *in d. l. per hanc. num.* 30.

87 Limita decimo, illatiuè ex præcedenti limitatione, vt in causis criminalibus regulariter cesset reconuentio coram iudice, qui non sit ordinarius reconuenti, ex ea potissimum ratione, quam supra deduximus. videlicet quia agens criminaliter propter iniuriam sibi factam non agit ex voluntate, sed ex necessitate, ideo non intelligitur prorogare, seu extendere iurisdictionem quoad reconuentionem, & sic in criminalibus cessat ratio *d. l. cum Papinianus. C. de sent. & interlocut. omn. iud.* secundum Marant. *in loco pręallegato. num.* 60.

88 Et ratio huius limitationis est, quia ad inducendam prorogationem iurisdictionis iudicis non sui, requiritur vtriusq; partis consensus. *l.* 1. & ibi Bart. *num.* 3. *ff. de iudic. l.* 1. *C. de iurisd. omn. iud. l. si conuenerint. ff. de iudic.* Io. de Anan. *in cap. ad petitionem. col.* 6. *de accusat.* Bart. *in l. fin. in fin. ff. de iustit. & iure*, & ibi etiam Ias. *in vlt. col.*

At qui agit criminaliter coram iudice non suo ad prosecutionem propriæ iniuriæ; cum agat ex necessitate, non dicitur ex voluntate consentire in iudicem cessante igitur consensu cessat iurisdictionis prorogatio. Specul. *in tit. de compet. iud. adit. in §.* 1. *in verb. sed nun-*
89 *quid.* Bald. *in cap. P. & G. & in l.* 1. *C. de sicar. & in l.* 1. *post princ. C. vbi de crimin. agi oport.* Alex. *cons.* 216. *ponderatis. col. vlt. lib.* 6.

90 Hinc est, quod prorogatio iurisdictionis facta per metum, qui excludit consensum, non valet. *l.* 2. *in princip. ff. de iudic.* Sebast. Sap. *in d. l.* 1. *num.* 13. *ff. de indic.*

91 Amplia hanc decimam limitationem, vt etiam coram ordinario iudice tam accusatoris, quam accusati non possit accusatus reaccusare, postquam nomen ipsius accusati sit receptum inter reos, hoc est, postquam sit facta litis contestatio super accusatione, quę tunc dicitur facta statim quod iudex interrogat
92 accusatum, an delictum commiserit de quo accusatur, & ipse accusatus neget, siue confiteatur. nisi tamen reaccusatio sit de maiori delicto, modo tendat ad
93 prosecutionem proprię iniurię, vt declarat Clar. *in §. fin. quæst.* 14. *post num.* 12. *vers. postquam autem eius nomen.* secus dicit, si nondum sit facta litis contestatio, quia cum tunc simus in pręparatorijs, licet accusato reaccusare non solum de maiori, sed etiam de pari vel
94 minori crimine, & hanc opinionem dicit de consuetudine per totam Italiam obseruari. vbi reus accusatus sit in fortijs curię constitutus, secus vbi proceditur contra absentem, quia tunc, inquit, non est admittenda reaccusatio, ne accusatus per indirectum admittatur ad fauendus suas defensiones extra carceres. & hoc etiam affirmat Marant. *vbi supra. num.* 57. *in fine. & facit etiam.* Felin. *in d. cap.* 1. *num.* 6. *de mut. petit.*

95 Limita vndecimo, vt nec coram arbitro a partibus electo locum habeat reconuentio. cum arbiter non habet iurisdictionem, sed notionem *l. ait pretor. ff. de re iudic.*

96 Idcirco coram arbitro fieri non potest prorogatio iurisdictionis. Bald. *in l. ex compromisso. in septima quæstione. ff. de arbitr. idem in d. cap.* 1. *post princ. vers. nota in hoc de mut. petit.* vbi quod
97 prorogatio fieri debet in his, quæ sunt eiusdem naturæ, & formæ.

98 Vnde non possunt partes pacisci, quod arbiter iuris idest electus ex forma statuti, qui habet iurisdictionem, possit procedere summariè, vel sine scriptura vel non seruatis substantialibus iudicij; quia hoc esset tollere formam, & naturam iudiciorum, cui non possunt partes derogare, sed bene possunt id pacisci coram arbitro, vel arbitratore ex consensu partium electo, cum iste non

habeat

habeat iurisdictionem, sed notionem, quam possunt partes limitare: ita Felin. *in cap. quoniam contra. num. 4. de probat.*

100 Limita duodecimo, vt nec procedat reconuentio in actibus voluntariæ iurisdictionis, cum in his non sit contradictor, nec litis contestatio, nec locum habeat iurisdictionis prorogatio. Bald. & recentiores scriptores *in l. testamenta. C. de testam.*

101 Limita decimo tertio, in eo, qui agit nomine Ecclesiæ, quia iste reconueniri non potest, nec tenetur satisdare, quinimo potest etiam in præparatorijs constituere procuratorem contra dispositionem iuris. *in l. neq. C. de procurat.* ita Felin. *in cap. cum olim. num. 12. de testib.* vbi refert post Archidiac. ita fuisse obtentum in curia.

Limita decimo quarto, vt reconuentio, nec locum habeat vbicunq; datus est ordo a lege pronunciandi super primo iudicio, priusquam audiatur conuentus. vt est attentatorum iudicium, quod est adeo priuilegiatum, vt omne aliud suspendat, nec possit attentans audiri, nisi prius attentatis integrè purgatis. vt in proposito Bald. *in l. prima. §. sed & si is. ff. de nou. oper. nunciat.* Put. *decis. 51. incip. in vna calaguritana Canonicatus. lib. 3.* Rota *decis. 15. de appellat. in nou. & decis. prima de ordin. cognit. in antiq;* Marches. *de commiss. super attentatis cap. 2. num. 12. & seqq. parte 2.* vbi quod hoc est in odium attentantis, qui eodem tempore ius, iudicem, & partem offendit, ideo summaria, & celeri manu compellitur attentata purgare, ita vt nō sufficiat oblatio vnius iulij, cum oblatione residui facta liquidatione. sed requiritur, quod ante omnia, vsq; ad vnum obolum attenta purgentur, iuxta doctrinam Bald. *in cap. conquerente. num. 1. de restit. spoliat.* quam sequitur Dec. *in l. edita. num. 9. C. de edend.* vbi quod si vnus nummus deficiat, nō tenetur passus attentata alijs respondere. & hanc opinionem passim sequitur Rota. vt per Verall. *decis. 270. num. 5. parte 2. & decis. 150. num. 7. & 8. parte prima. & fuit dictum in Panormitana Archidiaconatus veneris 6. Octobris 1592. coram Penia. impressa penes Marches. de commiss. tom. 3. fol. 233.* adde Seraphin. *decis. 269. num. 1 decis. 1176.* Gregor. XV. *decis. 503. in fin.*

Prædicta faciunt ad questionem, quæ modo pendet in facto, egerat quidam, qui se pretendebat heredem ab intestato contra scriptum heredem ex testamento, quia dicebat testamentum esse falsum. lata sententia contra scriptum heredem iudex contra eum relaxauit mandatum de immittendo in possessionem, quę fuit apprehensa intra terminum ad appellandum, ideo fuit attentata, etiam si postea non fuerit secuta appellatio. Lancelott. *de attentatis parte 2. cap. xi. num. 42.* Gregor. XV. *decis. 513. num. 2. & 3. & decis. 336. num. 6.*

Hęres scriptus appellauit, & in gradu appellationis obtinuit in primis reuocari attentata. modo coram iudice successore illius, qui tulerat sententiam reuocatoriam attentatorum petitur illius executio, & quod hęres scriptus reponatur in statu, in quo erat de tempore attentationis. & sibi restituatur possessio, vna cum fructibus expensis, vsq; ad obolum, cum ad hunc effectum sufficiat sola detentio, vt competat restitutio, & repositio in pristinum statum. Lancellott. *par. 3. cap. 24. in tit. de reo. & exceptionibus contra attentata competen. quest. 8. num. 7. & in cap. 26. de probat. attentat. num. 29. & 30. & parte 2. cap. 4. de attentatis lite pendente. limit. 1. num. 37.*

Opponitur ex aduerso exceptio falsitatis testamenti, & ostenditur quædam contumacialis sententia lata contra notarium, qui de dicto testamento rogatus fuerat, vbi etiam pronunciatur ipsum testamentum falsum.

Replicatur, quod talis sententia non pręiudicat heredi scripto non citato. *vt dixi supra in præparatorio 14. num. 10. parte prima.* adde Fel. *in cap. cum Ioannes. num. 41. de fid. inst.* vbi quod sententia super falsitate instrumenti non

nocet

nocet, notario non conuento, siue alteri tertio non citato.

Item quod non debet audiri in hoc casu, in quo agitur de executione sententiæ reuocatoriç attentatorum, in rem iudicatam transactæ, quæ habet vim diffinitiuç. Fel. *in cap. qualiter. & quando. num. 10. de accusat.* Menoch. *de recuper. possess. remed. 17. quest. 18. & de retinenda. remed. 3. num. 840.*

Nec eius executio impediri potest prætextu falsitatis cum falsa causa non vitiet possessionem ad effectum impediendi manutentionem, & purgandi attentata. Gratian. *discept. for. 113. num. 9. & 10. adden.* ad Gregor. XV. *decis. 283. num. 7.* nec potest dici constare de falsitate, cum lis adhuc pendeat indecisa circa merita causç. & discussione indigeat. Lancelott. *parte 3. cap. 24. quest. 1. num. 62.*

Item quod in purgatione attentatorum, & in repositione passi attentata in statum pristinum, nulla admittitur exceptio, cum ad effectum prędictum sufficiat quilibet status, non considerato an status ille sit bonus, vel malus. Lancelott. *in locis supra allegatis, quem sequitur rota in Mediolanen. attentatorum. veneris 18. Maij 1612. coram Penia in electis per* Farinac. *decis. 393. num. 1. tomo primo. parte prima.* vbi etiam fuit dictum quod in hoc etiam competit officium iudicis, vt cogat attentantem ad purgandum attentata, & restituat, & quod ad hoc sufficit etiam sola litis pendentia, absq; alia probatione iuris. per Frãc. *in cap. 1. num. 5. vt lit. pendent. lib. 6.*

Et pro purgatione attentatorum debet attentans facere legittimam cessionem illorum apud acta causæ, & in eo tribubunali, cuius fuit spreta iurisdictio. Gregor. XV. *decis. 436.* vbi quod talis cessio debet esse cum renunciatione omnium iurium, & taliter absoluta, vt neq; attentans commodum ex attentatis sentire, neq; passus attentata aliquid interesse pati posit, sed quod reponatur in statum pristinum cum perpetuo silentio. idem Gregor. XV. *decis. 465. num. 10.* vbi quod reuocatio attentatorum non potest impediri, etiamsi constaret de notorio non iure petentis ea reuocari, quia, inquit semper reuocari debent, etiam ex officio, propter spretum iurisdictionis, & quod nec dici potest constare de non iure ad hunc effectum, si exceptio non iuris indigeat discussione, vt supra dictum est.

Limita decimo quinto, vt etiam cesset reconuentio, quando vna causa est pręparatoria ad aliam: secundum Bald. *in l. 1. num. 1. C. vbi causa status.* vbi quod si ego repeto seruum meum fugitiuum & imploro officium iudicis, vt illum remittat ad iudicem terræ, vnde aufugit, quod non potest seruus me reconuenire, dicendo se liberum, quia, inquit, questio possessionis est præparatoria quæstionis status, & expeditur extra ordinem, etiam non oblato libello, & lite contestata. ideo, tanquam causa summaria, non potest impediri, nec retardari per reconuentionem, quæ desideraret ordinarium processum.

Fallit ista limitatio, nisi actor sit contumax in causa suç conuentionis, quia si reconueniatur, poterit contra eum procedi, lite non contestata, non solum super sua conuentione, sed etiam super reconuentione rei. secundum Abb. *in cap. cum olim. num. 9. extr. de caus. poss. & propriet.* vbi dicit hoc esse valde notandum. cum reconuentio circa modum procedendi reguletur a conuentione. Abb. *in cap. quod Clericus. num. 14. de for. compet.*

Item ratio est, quia si non procederetur contra actorem lite non contestata, esset in potestate sua vexare reum quandocunq; ideo ne detur materia reum ad placitum molestandi, voluerunt iura, vt actor compellatur vere, vel causatiue negotium ad finem perducere. idem Abb. *in cap. causam, num. 16. in fin. de restit. spoliat.*

Limita decimo sexto, vt compensationis exceptio, licet habeat vim petitionis, & per eam interrumpatur præscriptio, non tamen habeat vim reconuentionis. Bald. *in l. rebus. §. quod autem. ff. commodat.* vbi quod si tu petis a me

me decem, & ego oppono tibi compensationem de viginti, quæ mihi debes, non poterit iudex te mihi condemnare ad viginti, sed solum me absoluere a dictis decem, & pro alijs decem oportet, vt agam in alio iudicio, cum ista exceptio non habeat vim reconuentionis; per gloss. *in l. cum Papinianus. C. de sent. & interlocut. omn. iud.* Felin. *in cap. cum Ioannes. num. 1. in fin. extr. de fid. instrum.* item est ratio, quia finis exceptionis non est consequi, sed tantum repellere. Abb. *in cap. ex conquestione. num. 7. in fin. de restit. spol. & num. 16.* vbi dicit, quod reus in hoc sit cautus, vt reconueniat actorem, si vult rem consequi.

Ideo in hoc casu ad hoc, vt in eodem iudicio tu condemneris ad viginti debeo per modum excipiendi opponere in præparatorijs exceptionem compensationis pro decem, & pro alijs decem reconuentionem, & hic est vnus casus, in quo exceptio, & actio cumulantur. facit idem Bald. *in l. in compensatione. ff. de compensat.* cum regulariter non possit quis assummere viã excipiendi, & viam agendi, quando sunt viæ contrariæ, licet quis vti possit contrarijs exceptionibus, nisi exceptio esset pœnalis opponenti. idem Bald. *in l. eleganter. §. si quis post. num. 2. vers.* nota, quod quis non potest. *ff. de condict. indebit.*

Caue tamen, quod contra debitum liquidum non potest fieri reconuentio de debito non liquido, nisi de facili, & cito posset liquidari. Alex. *cons. 101. incip. super quo quæsito. num. 4. lib. 4.*

Et infra quantum tempus liquidari possit, adhoc vt cito, & incontinenti dicatur esse liquidabile; vide Alex. *cons. 95. lib. 4.*

Limita decimo septimo, vt post conclusionem in causa fieri non possit reconuentio. Felin. *in cap. cum dilectus. num. 2. de fid. instrum.*

Sicut nec post litem contestatam, vt dixi, nisi fieret incontinenti post litis contestationem. Bald. *in cap. cum venissent. col. penult. extra de indic. Lapus alleg. t. 3. incip. disceptat. in vers.* secundo dubitatur. Hipol. Marsil. *cons. crim. 137. num. 36. parte 2.*

Vel nisi contra agentem petitorio, reus post litem contestatam petat suspendi petitorium propter possessorium, quod habet effectum suspensiuum petitorijs. etiam si non fuerit intentantum in præparatorijs. dummodo tamen intentetur ante conclusionem in causa. secundum Abb. *in cap. ex conquestione. num. 8. vers. ego dico. extr. de restit. spoliat.* vbi tamen dicit, non esse in hoc casu possessorium intentandum per viam reconuentionis, quia illa non potest fieri post litem contestatam, sed per viam conuentionis. petendo, quod non audiatur agens super petitorio, sed eo suspenso procedatur super possessorio, quod in odium violenti spoliatoris, facit silere petitorium prius inchoatum nec obstat, inquit, si dicatur, quod cum hæc petitio habeat effectũ dilatorium, seu inclusam exceptionem dilatoriam, deberet proponi in præparatorijs, sicut dicimus de ipsis dilatorijs, nam respondet, quod hoc est ex priuilegio possessorij inducto in odium violenti per *clem. 1. de caus. possess. & propriet.* item quia, inquit, iste principaliter agit, & actio potest accumulari quandocunq; sed in quandam consequentiam operatur naturam exceptionis dilatoriæ. ideo debet attendi potius causa naturalis, quam accidentalis, *per l. qui habebat. ff. de tut.* & id quod principaliter agitur, non quod in consequentiam venit. hæc Abb. sed contra dominum Abb. in quantum dicit, quod actio potest quandocunq; accumulari cum exceptione dilatoria. videntur obstare duo contraria. primum quia non potest quis assumere viam agendi, & excipiendi quando sunt viæ contrariæ. prout hic. vt notat. Bald. *in d. §. si quis post prope fin. ff. de condict. indebit. vt dixi supra in limitatione 16.*

Secundum quia accumulatio non potest indistincte fieri quandocunq; sed est fienda in præparatorijs, & ante litem contestatam. *vt dixi supra in præparatorio. 5. num. 52. parte prima.*

Sed

Sed dicas, quod speciale est in possessorio, quod suspensiuum est petitorij in quacunq; partę iudicij. Verall. *decis. 323. parte. 2.* intellige de possessorio intentato per viam actionis super eadem re, nam istud habet vim actionis, possessionis, & exceptionis, secus super diuersa re, vt per Abb. *in cap. super spoliatione. num. 5. vers. si vero proponit. de restit. spoliat.*

In quantum vero idem Abb. dicit, quod suspēsio petitorij potest fieri vsq; ad conclusionem in causa, intellige ante conclusionem in causa in vltima instantia, quæ est conclusio totius causæ, cum talis suspensio fieri possit non solum in prima, sed etiam in secunda, & tertia instantia. *vt not. DD. in d. clem. 1. de caus. poss. & propriet.* Rota. *decis. 382. alias. 8. de caus. poss. & propriet. in nouis. & est de stylo Rotæ.* vt fuit dictum in Conclien. primitiarum Mercurij. 8. Ianuarij. 1585. coram Orano.

PRAEPARATORIVM XVII.

An, & quando iudex delegatus, vel ordinarius teneatur de sua iurisdictione delegata, vel ordinaria docere, & super ea pronunciare, si de ea in præparatorijs opponatur?

SVMMARIVM.

IVDEX delegatus tenetur in prępáratorijs docere de sua delegatione. 1.

Procurator tenetur docere de suo mandato in prȩparatorijs. 2.

Mandatum iurisdictionis, & procuratoris ęquiparantur. 3.

Litis contestatio est terminus exceptionum declinatoriarum opponendarum. 4.

Ante litem contestatam sumus in præparatorijs. 5.

In prȩparatorijs non præsumitur iurisdictio delegata, nisi probetur: 6.

Iudex delegatus tenetur facere copiam suę delegationis in prima citatione transmittenda ad partes, secus in Curia. 7.

Rescriptum delegationis debet præsentari iudici, antequam procedat. 8.

Iudex procedens ante presentationem delegationis nulliter procedit. 9.

Rescriptum debet iudici pręsentari solemniter per notarium publicum, & cum appositione testium. 10.

Iudici delegato non creditur asserenti se vidisse rescriptum suę delegationis. 11.

Iudex delegatus pręsentato sibi rescripto potest statim citationem decernere. 12.

Impetrans rescriptum potest ei renunciare ante citationem partis. 13.

Non sufficit præsentari transumptum rescripti, sed debet ipsum originale præsentari. 14.

Iurisdictio delegata non acquiritur ignoranti. 15.

Forma rescripti debet ad vnguem obseruari, etiam in minimo. 16.

Rescripta sunt stricti iuris. 17.

In rescriptis non veniunt nisi specialiter expressa. 18.

In Rescriptis quod non legitur, censetur prohibitum. 19.

In rescripto non veniunt personæ specialiter non nominatę. 20.

In rescriptis attenditur signatura, non petitio. 21.

Delegans potest ad sui libitum reuocare suum delegatum. 22.

Partes non possunt supplere defectum iurisdictionis delegatæ. 23.

In iudicijs veritas etiam occulta non sufficit. 24.

Rescriptum quando dicatur falsum. 25.

Rescriptum falsum non tribuit iurisdictionem. 26.

Iudex ordinarius procedens ratione contractus initi in suo territorio, vel delicti commissi, quando teneatur in prȩparatorijs pronunciare se iudicem competentem. 27.

Contumax non videtur prorogare iurisdictionem. 28.

Bannitus captus quando possit opponere defectum citationis. 29.

Contumacia transfert onus probandi incompetentiam iudicis. 30.

Contumacia est nulla, si feratur ante relationem citationis executę. 31.

1 Contra iudicem delegatum exceptio frequenter opponitur, quod non sit delegatus, vnde nascitur occasio dubitandi, quis negatiuam huiusmodi probare teneatur; in qua licet doctores varie loquantur, communiter tamen tenetur distinctio, quod in præparatorijs tenetur delegatus docere de sua delegatione. post vero litem contestatam tenetur opponens probare, iudicem non esse delegatum, vel non habere sufficiens rescriptum, vel illud esse falsum, vel reuocatum. quia litis contestatio constituit iudicem in quasi possessionem iurisdictionis, & transfert onus probandi in opponentem, sicut dicitur de procura-
2 re, qui ratione prædicta tenetur in preparatorijs facere fidem de suo mandato, post litem vero contestatam non: hæc probantur *in l. 1. C. de mandat. princip.* & per Bald. *in l. licet. num. 9. & 10. C. de procurat.* & per alios, quos cumulat Felin. *in cap. quoniam contra. num. 84. de probat.* & ego si allegaui *supra in preparatorio. 19. num. 69. parte prima.*
3 AEquiparatur enim in hoc mandatum iurisdictionis, & mandatum procuratoris. Bald. *in l. si procurator. num. 2. C. de procurat.* Felin. *in cap. relatum. num. 3. de offic. delegat.*
4 Adde aliam rationem, quare post litem contestatam non tenetur delegatus docere de sua delegatione, quia litis contestatio est terminus exceptionum declinatoriarum. Bald. *in l. nihil. num. 4. C. de procurat.*
5 Sed ante litem contestatam sumus in præparatorijs, idest in primis iudicij fundamentis, in quibus debet constare de iurisdictione, tanquam de principali iudicij fundamento, quę non præsumitur, nisi probetur. Bald. *in d. l. 1. C. de*
6 *mand. princip. & in l. gesta. num. 19. C. de re indic. & in cap. inter dominū. in fine. in tit. de alienat. feud. pater. super feudis.* idem Bald. *in l. cum specialis. num. 8. C. de iudic.* quod primus actus iudicij debet esse legittimatio iudicis.

Hinc practica communis inualuit, quod iudex delegatus, qui citat, debet in citatione transmittenda ad partes facere copiam suæ delegationis. *auth. qui semel. C. quomod. & quand. iudex.* Francisc. Curt. *in repetit. rubric. C. de edendo. num. 15.*

7 Fallit in Curia, in qua non est opus, quod delegatio transcribatur in citatione. Melchior. Loter. *tract. de re benefic. lib. primo. quest. 37. num. 32.* & declarat. Vestr. *in sua praxi. lib. 4. in princ.*

Et hoc est propter pręsentiam principis, quem partes facile adire possunt. Rota. *decis. 389. incip. nota quod regulariter. de citat. in antiq;*

Sed quemodo probabitur. iudicem non esse delegatum.

8 Respondeo primo. si nondum fuerit sibi præsentata commissio. cum ante illius pręsentationem non possit esse certus de iurisdictione sibi delegata, etiamsi esset de ea extra iudicialiter informatus. *cap. super eo. il 2. de appellat.* Bald. *in l. falsus. num. 21. vers. item scias. C. de furt. & ser. corrupt.* Roman. *cons. 253. num. 10.* Staphil. *de litter. grat. & iustitię. fol. 178. at ergo.* Felin. *in cap. caterum. num. 25. vers. quod ideo. de rescript.* vbi dicit, quod ante pręsentationem rescripti iudex non habet exercitium iurisdictionis delegatę. sed eam actualiter recipit statim pręsentata commissione. glossa. *in clem. 1. in verb. receptis. de procurat.*

9 Et vbi iudex ante pręsentationē rescripti procederat, processus esset ipso iure nullus. Bald. *in l. multum interest. ff. de condit. & demonstrat. & in l. eum qui. ff. de iurisd. om. iud.*

Ita quod nec etiam consensu partium ratificari posset. Gabriel. *de execut. rei iudic. conclus. 3.* Fel. *in d. cap. caterum. num. 21.*

10 Et non dicitur præsentata commissio, nisi pręsentetur solemniter per Notarium cum appositione testium. Speculat. *in tit. de rescripti pręsentatione per tot.* Fel. *in d. cap. cęterum. num. 25. pur-purat. cons. 446. num. 9. lib. 2.*

11 Nec creditur iudici delegato, asserenti se vidisse rescriptum suæ delegationis.

tionis. Soccin. *conſ. 47. num. 15. lib. 4.* etiamſi ſit Cardinalis. Fel. *in cap. quod ſuper his. num. 6. de fid. inſtrum.* & dicam inferius, qua præſentatione ſecuta poteſt iudex ſtatim decernere
12 citationem, cum inhibitione. Staphil. *vbi ſupra. fol. 178. verſ. nihilominus. veſtr. d. prax. in princ.*

Sed antequam citetur aduerſarius ad dicendum contra commiſſionem, po-
13 teſt impetrans ei renũciare, etiam inuito aduerſario. Bald. *in l. 3. §. 1. ff. quod quiſq; vir.* Felin. *in rubrica de reſcriptis. num. 3. verſ. ſed Abbas.*

Secundum, ſi non fuerit præſentatum reſcriptum originale, cum ad effectum prędictum non ſufficiat præſentari exemplum reſcripti manu publici Notarij ſubſcriptum, aſſerentis illud eſſe ſua
14 propria manu fideliter, & ex proprio originali tranſumptũ, quia per tale trãſumptum, iudex non poteſt eſſe certus de ſua delegatione. vt tenuit Rota *coram Penia in tuden. beneficij de roſal Lunæ 12. Decembris 1594.*

Et per conſequens non poteſt dici acquiſita iuriſdictio, quę non queritur
15 ignoranti. *l. nec ignorans. ff. de donat. l. quaro. ff. de eo qui pro tutore. d. l. multum intereſt. ff. de condit. & demonſtrat.*

Et dicitur iudex ignorare ſe delegatum, donec ſibi pręſentetur originale reſcriptum, vnde poſſit certus exiſtere
16 de illius forma, quę adeo diligenter obſeruanda, & cuſtodienda eſt, vt non poſſit extendi, neq; ampliari. *cap. prudentiam.* & ibi Abb. *num. 5. de offic. delegat.*

Etiam in minimo. Rebuff. *in l. vnica. in 6. notabil. num. 5. & ſeqq. C. de ſent. qua pro eo, quod intereſt.*

Cum reſcripta ſint ſtricti iuris, & ſtri-
17 ctè interpretanda. Bald. *in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes in fine. ff. mand.*

Nec in reſcriptis veniunt, niſi quę in eis ſpecialiter exprimuntur. Innoc. *in*
18 *cap. in noſtra. de procurat.* Felin. *in cap. relatum. num. 3. de offic. delegat. & in cap. cum olim. num. 5. in fine eod. tit.* Afflict. *deciſ. 366. num. 3. & 4.*

Et quod in eis non legitur expreſſum, cenſetur prohibitum. late Farinac. *conſ.*
19 *89. num. 1. lib. primo.* Decian. *conſ. 86 num. 51. & ſeq. lib. 3.*

Quod procedit etiam quad perſonas, quæ ſi non leguntur ſpecialiter in reſcriptio nominatæ, non cenſentur in
20 eo comprehenſæ. Bald. *conſ. 56. incip. generalitas reſtricta in princ. lib. 4. & conſ. 200. incip. iſtud ſtatutum. num. 3. lib. 4.* Fel. *in cap. ſuper litteris. num. 23. de reſcript.*

Et ad hunc effectum debet attendi ſignatura, & non petitio, ita ut narrata, ac petita in ſupplicatione per cõceſſio-
21 nem, & ſignaturã limitentur, & reſtringantur. Felin. *in d. cap. ſuper litteris. num. 11. verſ. limita.* cum alijs late deductis *in Alerien. beneficij 19. Decembris 1614. coram Buratto.* adde Put. *deciſ. 196. incip. Reuerendiſſimus Triualtius lib. 1.*

Tertio, ſi delegationis reſcriptum fuerit per delegantem reuocatum, cum
22 poſſit ad ſui libitum reuocari, nec à tali reuocationi appellari poſſit, ex quo ius partis non tangit. Bald. *in l. eleganter. §. ſi quis poſt. col. 4. ff. de condict. indebit.* vbi propterea vocat iuriſdictionem delegatam nimis baſſam.

Quarto, ſi reſcriptum ſit falſum, vel non conceſſum, vel dubium. quia per
23 illud nunquam tribuitur iuriſdictio ex defectu conſenſus delegantis, quem neq; partes ſupplere poſſunt. Bald. *in l. 1. num. 39. C. ſi contra ius, vel vtil. publ.* Felin. *in d. cap prudentiam. num. 13.* vbi dicit, quod reſcripta ſunt publici iuris, & auctoritatis, quę non valent
24 ratificari, ratio, quia in iudicijs veritas etiam occulta non ſufficit, ſed illa requiritur apparens per veram probationem; nec ſufficit dubia. *l. penultima. C. de pericul. tutor.*

Dicitur autem falſum reſcriptum, ſi fuerit impetratum ſuper appellatione, quæ dicatur fuiſſe interpoſita infra legittima tempora, cum tamen iſtud ſit
25 falſum, ex quo fuit interpoſita poſt decem dies, certè hoc reſcriptum cum contineat expreſſum mendacium, in eo quod dicit legittimè appellatũ, nul-

lam tribuit iuriſdictionē. vt notat Bald. *in l. præſcriptione. col. 4. verſ. ſecundum exemplum. C. ſi contra ius. vel. vtil. publ.* vbi alia proſequitur exempla, ex quibus dicit probari falſitatem, vel mendacium huiuſmodi delegationum, quibus examinatis ſeorſum à principali negotio in præparatorijs iudicij, & probatis; iudex non debet procedere vigore talium reſcriptorum ad conteſta-
26 tionem litis, quia exceptio falſi iudicis, vel quod reſcriptum ſit falſum, oppoſita in præparatorijs impedit proceſsū. cum nullam conferat iuriſdictionem ſecundum Innoc. *in d. cap. ſuper litteris. de reſcriptis.*

Item erit falſum reſcriptum, ſi contineat delegationem cauſæ indelegabilis de iure, quam nec partes poſſunt facere delegabilem, cum in prohibitis à iure non teneat conſenſus partium. vt notat Bald. *in l. 1. num. 2. C. de pedan. iudicib.*

Ex quibus deducitur, quod non ſolum iudex delegatus, ſed etiam ordinarius, qui aliàs non poſſit procedere, niſi ratione contractus in ſuo territorio celebrati, vel delicti commiſſi, ſi ei op-
27 ponatur in præparatorijs, non poterit procedere ad litis conteſtationem, niſi prius in præparatorijs diſcuſſo, an cōuentus contraxerit, vel deliquerit in territorio; non dico, an valuerit contractus, vel an delictum in territorio commiſſum ſit punibile, quia reſpicit deciſoria cauſæ, quæ non poſſunt examinari, in præparatoriis, ſed an contraxerit, vel deliquerit in territorio, quoad merum factū ad effectum fundandi iuriſdictionem, & præparandi iudicium, quia id poteſt diſcuti, & examinari ſeorſum à principali negotio in præparatorijs ſummarie, nec obſtat dicere, quod hoc idem erit refricandum in deciſorijs. reſpondeo, quod non eſt per omnia idem, quia in præparatorijs examinatur factum ſummariè ad præparationem, in deciſorijs vero examinatur ius plenariè ad deciſionem; quod licet, vt de hoc late dicam infra in *præparatorio 19.* & ita bene probantur per Bald. *in d. l. præſcriptione. col. 5. verſ. ſimil. quæſtio eſt coram ordinario.* & de hoc articulo late etiam dixi ſupra in *præparatorio xi. num. 19. & ſeqq. parte prima.*

Et ſic ex prædictis remanet firmata concluſio, quod tam iudex delegatus, quam ordinarius, vt ſupra, debent in præparatorijs docere de ſua iuriſdictione, & cognoſcere, & pronunciare ſuper ea, ſi ſibi opponatur, ante quam ad litis conteſtationem procedant. aliàs proceſſus erit nullus. vt tenet Innoc. *in cap. præterea in gloſſa magna. extr. de dilat.*

Sicut etiam iudex, cui porrigitur libellus cum certá qualitate ſibi tribuente iuriſdictione, ſi talis qualitas negetur in præparatorijs, non debet ad litis conteſtationem properare, niſi prius dato termino ad probandum incumbentia, & capta informatione ſuper dicta qualitate. Afflict. *deciſ. 297, num. 2.* & vide Abb. *in cap. ſi Clericus. num. 9. de for. comp.*

Et eſt ratio, ne, vt inquit Innoc. vbi ſupra, ſi poſtea exceptio contra iuriſdictionem oppoſita vera comperta fuerit, corruat totus proceſſus, & fruſtra partes litigaſſent. ſequitur Bart. *in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. num. 5. ff. ad trebell.* Paul. de Caſtr. *in l. ait prætor. alias nam, & poſtea. num. 7. ff. de iureiur.* Felin. *in cap. exceptionem. num. 25. de except.* & *in cap. cum contingat. n. 14. de offic. delegat.* Abb. *in conſ. 14. incip. in cauſa. ſeu quæſtione parte prima.* Cramat *deciſ. 65. num. 82.*

Non obſtat, quod iuriſdictio ordinaria non eſt probanda: cum ſufficiat ad hoc quaſi poſſeſſio officij.

Reſpondeo hoc eſſe verum, quando iudex procedit, vt ordinarius ordinario iure; ſecus ſi procedat iure ſpeciali. ideſt ratione contractus, vel delicti reſpectu territorij. quia huiuſmodi ſpecialis iuriſdictio eſt probanda, vt dix; ſicut patet in ordinario, qui dicat ſe aliquid facere de ſpeciali commiſſione, quia huiuſmodi commiſſionē probare debet, niſi ſit Cardinalis Legatus

gatus, cui credi debet, & est speciale. secundum. Bald. *in l. si qua per calumniam. num. 5. C. de Episc. & Cleric.* vide Felin. *in cap. Quod super his. num. 6. de fide instrum.*

Declara tamen, quod si iudex procedit inter presentes, valebit processus, etiam si non pronuntiet se competentem esse, quia per processum ad vlteriora videtur tacitè super competentia pronunciasse. ita Bald. *in l. 1. num. 9. C. de ordin. iud.* secus si procederet contra absentem, quia non sufficit tacita pronunciatio per processum ad vlteriora, sed requiritur expressa. ita loquitur Innoc. *in d. cap. praeterea.* & ita eum intelligit Felin. *in d. cap. suborta. num. 8. vers. quantus casus. de sent. & re iudic.* dicens, magnos Doctores in hoc errasse circa intellectum Innocentij. & benefacit Io. de Imol. *in l. si queramus. num. 3. vers. fallit. de testam. ordinand.* adde eundem Innoc. *in cap. cum in iure. de offic. deleg. &* *in cap. ex parte in Christo. de verb. signific.* Bald. *in l. quis ex aliena. in princ. in additione. ff. de iudicijs.*

Ratio differentiæ, quia contumax nunquam per cōtumaciā videtur prorogare iurisdictionem, Felin. *in cap. si duobus. num. 8. de appellat.* & *num.* 13.
28 vbi dicit, quod sola scientia iudicis de eius competentia infuit processum contra absentem. adde Bald. *in l. qui ex consensu. num. 7. C. de Episcop. & Cleric.*

Vnde si bannitus in contumaciā peruenerit in fortias Iustitiæ, poterit opponere sententiam banni esse nullam, ex defectu iurisdictionis, & donec li-
29 queat de huiusmodi exceptione supersederi debet in excusatione sententiæ non obstante statuto, quod bannitus habeatur pro confesso. Farinac. *de Inquisit. quest. xi. num. 45. & 46.*

Ratio rationis est, quia litis contestatio nō censetur inducta in processu cōtra absentē, cum vera litis contestatio præsentiam partium desideret. Bald. *in l. 1. num. 3. C de litis contest.*

Bene verum est, quod lata sententia per contumaciam, tenetur contumax
30 probare de incompetētia iudicis, quia cōtumacia transfert in eum onus probandi incompetentiam. Bald. *in d. l. licet. num. xi. C. de procurat.* Alex. *in l. ex quocunq; num. 16. ff. si quis in ius vocat. non ierit.*

Poterit insuper bannitus probare nullitatem sententiæ contumacialis contra se latæ, si doceat eam fuisse latam ante factam relationem de citatione legittime executa. Bald. *in d. l. multum interest. ff. de condit. & demonstrat.*

PREAPARATORIVM. XVIII.

Exceptiones litis finitæ an, quando, & quomodo oppositæ in præparatorijs impediant litis contestationem, & processum?

SVMMARIVM.

EXCEPTIONES *litis finitæ, vt transactionis, prescriptionis, iurisiurandi, rei iudicatæ, & similium ad hoc, vt impediant litis contestationem, & processum debent in preparatorijs opponi.* 1.

Exceptio emergens, & incidens, quę sint. 2.

Exceptio litis finitę debet in preparatorijs opponi per modum declinatorię, non autem peremptoriæ. 3.

Exceptio in dubio presumitur opposita in vim peremptoria, quia hac est originalis causa illius. 4.

Exceptio declinatoria non finit litem contestari. 5.

Dies tacitus legalis in preparatorijs impedit purgationem moræ. 6.

Declinatoriæ exceptionis effectus euanescit post litem contestatam. 7.

Peremptoria exceptio in preparatorijs opposita non impedit processum. 8.

Lis debet prius contestari, quam exceptio peremptoria discutiatur. 9.

Declinatorię, & peremptorię exceptionis effectus permiscentur. 10.

Cri-

Criminalia iudicia ad instar ciuilium procedunt. 11.
Transactio, vel praescriptio impedit processum iudicij criminalis. 12.
Declara vt hic. 13.
Statutum admittens transactionem in criminalibus debet ad vnguem obseruari. 14.
Transactio non impedit processum inquisitionis. 15.
Litis contestatio in criminalibus quando fiat. 16.
Praescriptio impedit processum criminalem. 17.
Cautela opponendi praescriptionem in criminalibus. 18.
Praescriptionis exceptio adhoc, vt impediat processum criminalem, debet esse liquida. 19.
Exceptio requirens altiorem indaginem reseruatur ad merita causae. 20.
Exceptio quando dicatur requirere altiorem indaginem. 21.
Praescriptionis exceptio quando impediat processum. 22.
Solutionis exceptio opposita in praeparatorijs quomodo processum impediat. 23.
Diffinitiua sententia non fertur in praeparatorys. 24.
Iudicium non potest prius diffiniri, quam inchoari. 25.
Qui de solutione docet non potest amplius molestari. 26.
Docens de solutione in praeparatorijs debet absolui ab obseruatione iudicij. 27.
Exceptio, quod actor non potest audiri, quomodo in praeparatorijs opponenda. 28.
Excommunicationis exceptio potest opponi in quacunq; parte iudicij. 29.
Omissum pro omisso habendum est. 30.
Excommunicatio est medicinalis. 31.
De bannito ad excommunicatum non valet argumentum. 32.
Exceptio, tu non potes audiri, habet causam successiuam, & potest opponi ciuilibet actui fiendo. 33.
Exceptio praedicta opposita etiam post litem contestatam impedit reliquum processum. 34.
Declinatoria exceptio perditur per primum actum, in quo in praeparatorijs non opponatur. 35.
Declinatoria renunciatur per litis contestationem. 36.
Processus est indiuiduus, & non potest eius continentia diuidi. 37.
Litis contestatio dicitur caput, & lapis angularis iudicij. 38.
Forma qualibet a iure introducta intelligitur de praecisa. 39.
Exceptio litis finitae, quae impedit processum, impedit etiam fideicommissum ad formam statuti. 40.
Iurisiurandi exceptio opposita in praeparatorijs impedit litis contestationem. 41.
Iuramentum decisiuum habet vim pacti. 42.
Exceptio pacti de non petendo opposita in praeparatorijs non impedit processum. 43.
In praeparatorijs quis non dicitur petere, sed petere velle. 44.
Exceptio pacti de non petendo opposita post litem contestatam non impedit processum, quin valeat per diffinitiuam sententiam terminari. 45.
Exceptio pacti de non petendo notoria semper impedit processum, saltem ex officio iudicis. 46.
Exceptio pacti de non petendo ad tempus opposita in praeparatorijs impedit processum. 47.
Debitor in diem non potest ante diem conueniri, nisi in casu suspicionis. 48.
Debitor in diem quando condemnandus ad dandum adueniente die. 49.
Exceptio pacti de non petendo iurati opposita in praeparatorijs impedit processum. 50.
Veniens contra proprium iuramentum repellitur a limine iudicij. 51.
Frustra admittitur ad contestandum litem, qui non admitteretur ad probandum in causa. 52.
Pactum de non contestando litem oppositum in praeparatorijs impedit processum. 53.
Exceptio rei iudicatae opposita in praeparatorijs impedit processum. 54.
Sententia contra sententiam non valet etiam de consensu partium. 55.
Exceptio euidentis calumniae semper admittenda est etiam ex officio iudicis. 56.
Exceptio vbi est notoria potest officium Iudicis implorari, vt declaret actionem non competere, & silentium imponat parti. 57.

Exce-

Exceptio dicitur notoria, si de ea constat per instrumentum. 58.
Exceptio iuris, quæ non indiget probatione, semper impedit processum. 59.
Exceptio opposita si non admittatur, debet opponens a non admissione appellare cum expressione grauaminis. 60.
Exceptio declinatoria super veniens post litem contestatam potest opponi. 61.
Opponens exceptionem declinatoriam tanquam de nouo superuenientem iurare debet, quod ad eius notitiam nouiter superuenit. 62.
Exceptio de nouo superueniens quando opponi possit post conclusum in causa. 63.
Exceptio litis finitę requirens altiorem indaginem opposita in pręparatorijs reseruatur discutienda post litem contestatam vna cum meritis causa. 64.

1 IN exceptionibus litis finitæ, vt transactionis, pręscriptionis iurisiurandi. rei iudicatæ, & similium. datur regula generalis, quod ad hoc, vt impediant litis contestationem, & processum debent opponi in pręparatorijs. non autem post litem contestatam. vt colligitur *ex l. eleganter. §. si quis post. 161. si quidem ante litem contestam. ff. de condict. indebit.* & ibi per Bald. *in princ. & in antiqua lectura vers. nota quod tunc est verum.* Ripa *in l. si insulam. num. 79. ff. de verb. obligat.* vbi in specie de exceptionibus, transactionis, iurisiurandi, & rei iudicatæ, quod habeant vim declinatoriæ, & peremptoriæ exceptionis. idest emergentis, & incidentis, emergens enim exceptio est illa,
2 quæ propriè respicit processum, & opponitur in pręparatorijs. vt declinatoria, & dilatoria. incidens vero, quæ respicit merita causæ, vt exceptio pacti, & compensationis, & similis. secundum Io. de Imol. *in l. quod iussit. num. 2. ff. de re iudic.* Dec. *in l. Fratris. num. 1. C. de transact.* Alex. *in l. ait prætor. num. 15. ff. de iureiur.* late Menoch. *de arbitr. quæst. 45. num. 5.*
3 Intellige, si per modum declinatoriæ exceptionis opponantur. hoc modo videlicet oppono animo non contestandi litem, sed potius eam declinandi, & processum impediendi, & non alias, &c. Secus si opponantur simpliciter, quia tunc non censentur oppositę per modum declinatorię ad impediendum processum, sed per modum peremptorię ad merita causæ. cum in dubio exceptio pręsumatur opposita in vim peremptoriæ, quia hęc est origi-
4 nalis causa, & virtus illius. secundum Bald. *in d. §. si quis post. col. 3. vers. sed quid si simpliciter opponatur.* vbi propterea in effectu concludit *circa finem eiusdem §.* esse considerandum modum excipiendi, idest cuius loco proponatur exceptio, an per modum declinatorię, vt sic impediat processum. vel non impediat si per modum peremptoriæ. & hanc distinctionem late prosequitur idem Bald. *in l. iusiurandum in repetitione Florentina. col. 18. vers. iuxta prædicta venit alia quæstio. ff. de iureiur.* sed Alex. *in d. l. ait prætor. num. 15.* dicit sibi magis placere, quod exceptio simpliciter opposita in pręparatorijs debeat interpretari, prout magis fauorabilis est opponenti. & sic vt impediat processum, ne vexetur vlterius, quia hoc est fauorabilius.
5 Ratio differentiæ, quia declinatoria nō sinit contestari litē cōtestatam, quia oppositū eius infert. Bald. *in l. liber. nec nein fin. C. de petit. hęredit.* ideo si nō opponatur ante litem contestatam, non potest postea opponi, cum tacitus dies
6 legalis in pręparatorijs iudiciorum impediat purgationem morę. vt in proposito Io. de Imol. *in l. si insulam. num. 18. ff. de verb. obligat.*
7 Idcirco post litem contestatam effectus declinatorię euanescit. vt per Bald. *in repetit. d. l. iusiurandum in loco supra allegato.*
8 Peremptoria vero licet opponatur in pręparatorijs per modum peremptorię nunquam tamen impedit litis contestationem, & processum; sed quia respicit negotium principale, & merita causę reseruatur examinanda post litem contestatam. *l. emptor bona fide cum*

sua

sua glossa. C. de praescript. longi tempor.

9 Cum sine examinatione negotij principalis terminari non possit, & ideo prius debet fieri litis contestatio, quam peremptoria discutiatur. *l. exceptionem. C. de probat.*

10 Ex quibus colligitur talis theorica; quod exceptio peremptoria potest opponi in pręparatorijs per modum declinatorię ad effectum impediēdi processum. & post litem contestatam per modum peremptorię ad effectum decidendi negotium principale, & isti duo effectus permiscentur propter naturam, & priuilegium exceptionis propositę; quia si non esset tale priuilegium non possent permisceri. vt declarat Bald. *in repet. d. l. iusiurandum. col. 19. vers. in contrarium videtur.*

11 Amplia primo regulam procedere non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, cum ad instar ciuilium criminalia procedant. *l. absentem. ff. de pęn.*

12 Et proinde si in præparatorijs iudicij criminalis opponatur transactio, vel pręscriptio, non debet reus, qui pręscripsit, vel transegit, recipi inter reos, quod fit post litis contestationem. *l. si maritus. §. praescriptiones. ff. ad l. iul. de adulter.* Bald. *in l. transigere. num. 5. C. de transact.* vbi dicit, quod in criminalibus est permissa transactio respectu transigentium, quia, inquit, præiudicat inter

13 se non autem tertio, & opposita in pręparatorijs eximit personam a processu litis, sed non a pęna. idem Bald. *in l. diuus. in fin. ff. ad syllan.* vbi tamen infert, quod si extet statutum admittens

14 transactionem, seu concordiam, vel pacem, debet aduerti, an fuerit facta in termino statuti, alias non habet effectum statuti, cum sit contra ius commune. a quo receditur in impositione pęnę propter transactionem, vel pacem. idcirco a iure prohibentur iudices admittere compositiones pro delictis. vt not. Afflict. *decis. 287. num. 2.*

15 Quod maxime procedit in delictis, in quibus procedi sine accusatore non possit. secus in ijs, in quibus proceditur per inquisitionem, idest ex officio. quia tunc transactio, siue patis remissio non potest impedire processum iudicis inquirentis. vt late per Clar. *in §. fin. quest. 58. num. 1. & 2.* vbi plene de huiusmodi transactione in criminalibus enim intelligitur reus receptus inter reos, & facta litis contestatio statim quod iudex interrogat reum, an delictum commiserit, & ipse reus respondeat, siue negando, siue confitendo, vt late per Clar. *in §. fin. quest. 14. vers. sed hic incidenter quaero.*

17 Subamplia pręcedentem ampliationem tanto magis procedere in exceptione præscriptionis, quę opposita in pręparatorijs iudicij criminalis semper impedit processum. *l. sed si vnus. §. si ante iudicem. ibi abolita. ff. de iniur.* quem textum adhoc inducit. Bald. *in d. l. iusiurandum. col. 15. vers. quaedam sunt exceptiones. rei finitę.* vbi quod in criminalibus exceptio pręscriptionis est exceptio litis finitæ, & semper impedit processum; idest impedit nomen rei recipi inter reos, si opponatur in pręparatorijs, cum sit exceptio examinalibus seorsum a crimine, ergo, inquit, potest opponi, antequam discutiatur de crimine per *d. l. si maritus. §. praescriptiones. de adult. & l. preses. C. de plag.*

Vnde infertur, quod si a statuto pręfigatur tempus iudici ad inquirendum, potest inquisitus opponere in pręparatorijs pręscriptionem contra iudicem inquirentem de lapsu temporis a statuto pręfixi, nec poterit iudex replicare de ignorantia, cum tale tempus sit continuum, & currat ignoranti. secundum communem opinionem, de qua per Alex. *in l. eum qui §. in popularibus. in fin. ff. de iureiur.*

18 Sis ergo cautus in opponendo, primo vt in pręparatorijs. secundo vt per modum declinatoriæ, & ad effectum impediendi processum, & non alias vt supra 3. vt semper allegetur, seu producatur statutum, vel lex, vnde resultat pręscriptio, ex lapsu temporis. vt si extet statutum, prout in Corsica. quod nullus accusator, vel querelator audiatur transactis quadraginta diebus a die com-

commiſſi delicti. quarto vt oppoſitio ſemper fiat per procuratorem, cum præparatoria iudiciorum poſſint expediri per procuratorem. vt late probauimus. *in præparatorio. 21. num. 9. parte prima.* quinto vt exceptio preſcri-
19 ptionis ſit liquida, vel ſtatim liquidabilis alias non impedit proceſſum. Dec. *conſ. 22. num. 3.*
20 Quia omnis exceptio, quæ altiorem requirit indaginem reſeruatur ad merita cauſæ. Capijc. *deciſ. 10. num. 19.*
21 Et dicitur requirere altiorem indaginem, quando in diſcuſſione vertitur ſubtilitas iuris, quæ æquiparatur dubietati facti. Imol. *in l. accuſatore. col. 20. verſ. cum dubietas iuris. ff. de publ. iud.*
22 Et quando exceptio præſcriptionis impediat proceſſum tam in ciuilibus, quam in criminalibus late declarat Bald. *in repetit. d. l. iuſiurandum. col. 15. verſ. ſed nunquid exceptio preſcriptionis.*
23 Amplia ſecundo, regulam procedere etiam in exceptione ſolutionis, quæ oppoſita in preparatorijs adeo proceſſum impedit, vt non poſſit ferri ſententia diffinitiua ſiue condemnatoria, ſiue abſolutoria; quia per diffinitiuam nil accreſcit reo, qui ſolutione eius, quod debebat, eſt ipſo iure liberatus. & ſub vacuis actibus non eſt vtendum, & fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. *l. dominus teſtamento. ff. de condict. indebit.*
24 Item in præparatorijs non fertur diffinitiua *l. ſi reus. de procurat.*
25 Quia prius non poteſt iudicium diffiniri, quam inchoari, inchoatur autem in litis conteſtatione. *l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matr.* item neq; in hoc caſu neceſſarium eſt, quod
26 diffinitiua feratur poſt litem conteſtatam, cum, vt dixi, reo, qui eſt ipſo iure liberatus, nihil accreſcat. nec poſſit amplius moleſtari, qui de ſolutione docet. *l. 2. C. de apoch. publ. lib. 10.*

Intellige tamen prędicta, ſi ſolutio facta ſit in iudicio, vel extra iudicium, dummodo de ea liqueat, quia ſi non liquet, non impedit proceſſum, ſed ratione dubitationis actor admittitur ad conteſtandum litem, ſed vbi reus docet
27 in præparatorijs de ſolutione debet ab obſeruatione iudicij interloquendo abſolui ſecundum Bald. *qui ita concludit in repetit. d. l. iuſiurandum col. 16. verſ. ſed an exceptio ſolutionis.*
28 Amplia tertio, vt exceptio, quod actor non audiatur, vel ei non reddatur ius, vel audientia denegetur adhoc, vt impediat proceſſum, opponi debeat in præparatorijs per modum declinatoriæ. vt colligitur ex doctrina Bald. *in repetit. d. l. iuſiurandum in allegata col. 16. verſ. quid ſi de exceptione non reddatur ius, vel non audiatur.* vbi hanc ampliationem latiſſime diſputat arguendo ad partes, vltimate eam credit eſſe veriorem loquens in bannito, cui ex forma ſtatuti non poſſit ius reddi, & cócludit, quod valeat proceſſus, ſi nó opponatur. cum habeat; inquit fundamentum prexiſtienſis cauſæ, & actionis, ac etiam iuriſdictonis, nec ipſo iure lex iudicat contra bannitum, immo requirat miniſterium iudicis in repellendo eum. hæc Bald.
29 Non obſtat cap. exceptionem. extra de exception. vbi quod contra excommunicatum, qui ęquiparatur bannito poteſt opponi hæc exceptio in quacunq; parte iudicij. quem textum adhoc inducit, Ripa. *in l. 1. §. ſublata. num. 13. ff. ad trebell.*
30 Quia ibi loquitur in excommunicatione, ſecus in bannito, de quo non loquitur, cum omiſſum a lege, pro omiſſo haberi debeat. *l. commodiſſime. ff. de*
31 *liber. & poſthum.* item quia licet excommunicatus ęquiparetur bannito. non tamen certe infertur, nec ad inuicem
32 commiſurant. cum excommunicatio ſit medicinalis. *c. 1. de ſent. excom. in 6.* item de bannito ad excommunicatum non valet argumentum. Ripa *in cap. 1. num. 77. de iudicijs.* ſic vero dic, quod cum exceptio prędicta habeat cauſam
33 ſucceſſiuam, eo quia in ſingulis actibus ius redditur, licet eius omiſſio præiudicet quoad actum factum, & perfectum, non tamen quoad ſequentes, &

fiendos. *arg. l. cum notissimi.§.in his. de præscript. 30. ann.* & notat Bald.*in d.§. si quis post. col.fin.* vbi dicit. quod cuilibet actui fiendo opponi potest,cum tot sint exceptiones,quot sunt actus,qui fiunt,& sic omissa in præparatorijs poterit opponi etiã post litem contestatã per modum declinatoriç ad impediendũ reliquum processum.idest ne in reliquis actibus audiatur,vel reddatur ius.
34 secus videtur in alia exceptione non habente causam successiuam ; & respiciente totum processum , & quç si fuisset opposita in præparatorijs, impediuisset litis contestationem; quia tunc si ea non fuit opposita in præparatorijs, vel de ea non fuit tunc protestatum in primo actu , non poterit opponi post litem contestatam per modum, vt dixi declinatoriç,& impediendi processum, tum quia declinatoria exceptio perditur per primum actum ei contrarium,
35 vt incompassibilem ea omissa scienter factum. secundum Innoc. *ix.cap. inter monasterium. extra de re iudic.*
36 Intellige de primo actu , qui ante, vel immediate subsequitur post litem contestatam, quia per illum est præclusa via proponendi declinatorias , & dilatorias. Ripa. *in d. l. insulam. num. 79.* in tantum quod si quis omiserit opponere in prçparatorijs,vel in primo actu declinatoriam , & perempta instantia, vel lata absolutoria ab obseruatione iudicij denuo conueniatur, non poterit amplius declinare. vt notabiliter dicit. idem Ripa. *in cap. 1. num. 49. extra de iudic.* tum etiam quia facta litis contestatione,videtur renunciatum declinatoriæ, & susceptum iudicium ad effectum, vt illud per diffinitiuam senten-
37 tiam terminetur, vnde cum iam sit initiatum, non potest impediri finis illius. cum processus sit indiuiduus , ergo ei obstare non debet exceptio, ne eius continentia diuidatur *l. nulli. C. de iudic.*
38 Litis enim contestatio dicitur caput, & lapis angularis iudicij, quo posito iudicium dicitur non solum initiatum, sed etiam formatum tam respectu iudicis, quã actoris,& rei,vt plene per Rip. *in rubr. extra de iudicijs.num.45.& seqq.*
39 Sed eo omissa litis contestatione non valet sententia,tanquam carens suo essentiali principio. Afflict. *decis. 283. num. 3.*

Iudicium autem formatum non potest dici in sua forma præcisa sine suo fine, qui est diffinitiua sententia. quia quçlibet forma a iure introducta intelligitur de prçcisa.*l.constitutionibus. ff. ad municip.*

Inducitur autem litis contestatio non modo per negationem præcisam, sed etiam non prçcisam.puta per huiusmodi verba, non credo narrata esse vera. proutnar rantur. vt notat Abb. *in cap. cum ad sedem.nu.5.de restit.spoliat.* nam excipiens admitti debet, etiam si nihil concludat. idem Abb. *in cap.ex conquestione. num. 16. de rest.spoliat.*
40 Ampla quarto,vt omnis exceptio litis finitæ ; quæ opposita in præparatorijs per modum declinatoriæ impedit processum, inpediat etiam compromissum fieri ad formam statuti de compromittendis causis propinquorum . Anton. Capyc.*decis. 66.num. 2.* sed plenius per Dec.*in l.fratris.tui.num.6.C.de transact.*
41 Amplia quinto, vt etiam exceptio iuramenti decisiui opposita in præparatorijs per modum declinatoriç, semper impediat processum, & litis contestationem,cum ex tali iuramento exceptio duplex oriatur, videlicet declinatoria, & peremptoria . vt notat Innoc. *in cap. cum venissent. extra de institut.* quem sequitur Bald. *in d. §. si quis post circa finem.* Alex. *in l. 1. in princ. ff. de iureiur.*
42 Nam iuramentum decisiuum habet vim pacti, cum deferens videatur conuenire stare iuramento illius,cui defertur,si iurauit. Alex. *in l. seruus. in fine. ff. de iureiur.* Abb. *in cap. ex conquestione. num 16. de restit. spoliat.*

Vnde id,quod dicitur in exceptione pacti,habet etiam locum in exceptione iurisiurandi, quæ etiam dicitur exceptio pacti. idem Alex. *in l. qui se debere post princ. ff. de condit. caus. data.*

Amplia

Amplia sexto, vt exceptio adulterij sit exceptio litis finitę, & opponi possit non solum in pręparatorijs per modum declinatorię ad impediendum processum, sed etiam post litem contestatam per modum peremptorię ad merita causæ. vt sentit Abb. *in cap. ex parte. num. 29. de restit. spoliat.*

Limitatur tamen regula prędicta pluribus modis.

43 Primo in exceptione pacti de non petendo, vel de non agendo, quę opposita in pręparatorijs etiam per modum declinatoriæ non impedit processum. cum in pręparatorijs nondum cesserit dies huiusmodi pacti secundum Bald. *in d. l. eleganter. §. si quis post. col. 3. vers. quid de eo, qui promittit non agere.* vbi dicit ita communiter teneri.

44 Ratio, quia in præparatorijs quis nondum dicitur petere, vel agere, sed velle petere, vel agere. *l. amplius non peti. ff. rem ratam haber.* Ripa. *in cap. 1. num. 72. extr. de iudic.* cum alijs per me deductis *in præparatorio secundo num. 48. parte prima.*

45 Amplia limitationem, vt nec pactum de non petendo post litem contestatam opppositum valeat impedire reliquum processum; sed debet per diffinitiuam sententiam terminari, nam cum processus sit iam initiatus, debet finem accipere per diffinitiuam, cum sit indiuiduus. vt dixi supra in tertia ampliatione. adde Bald. *in repetit. d. l. iusiurandum. col. 19. vers. sed pro domino Iacobo facit.* & hoc verum nisi exceptio

46 pacti sit notoria, quia licet ope exceptionis non excludatur actor, nec impediatur litis contestatio, tamen impeditur officio iudicis, qui potest pręuenire tempus excipiendi, & interponere officium suum. idem Bald. *in l. si non sortem. §. adeo. in fin. ff. de cond. indeb.*

47 Fallit prima limitatio, vbi pactum de non petendo, vel de non agendo, non esset perpetuum, sed ad tempus; quia tunc oppositum in præparatorijs impedit processum, & debet reus excipiens absolui ab obseruatione iudicij. Io. de Imol. *in l. cum qui ita. §. te & Titium. num. 9. de verb. oblig at.* vbi reprehendit practicam conueniendi debitorem in diem, vt condemnetur ad soluendum adueniente die, quia, inquit, si obiiciatur in præparatorijs exceptio, non debet audiri, nisi timeretur, quod adue-

48 niente die non essent testes, qui sunt modo. & sic infert in hoc casu magis esse priuilegium pactum de non petendo ad tempus, quam perpetuum. cum debitum in diem licet possit solui ante diem, non tamen ante diem peti potest. idem Imol. *in l. continuus. num. 3. ff. eod. titulo.* nisi vbi esset suspicio de fuga. vt per Abb. *in cap. 1. in fin. de plus petition.*

Ratio, quia ante diem non est nata actio. Afflict. *decis. 279. num. 5.* & qui petit ante diem, dicitur plus petere. Abb. *in cap. 1. num. 3. de plus petition.*

49 Secus si post litem contestatam exceptio pacti de non depetendo ad tempus opponatur, quia tunc non impeditur iudicium, sed condemnabitur reus ad dandum in euentum diei. secundum Innoc. *in cap. pastoralis. de except.* & Alex. *in l. lecta. col. 8. in fin. ff. si cert. pet.*

Cum exceptio dilatoria solutionis non opposita in præparatorijs non impediat processum. Afflict. *d. decis. 279. num. 3.*

50 Item fallit limitatio prædicta, si pactum de non petendo etiam perpetuum sit iuratum, quia oppositum in præparatorijs impedit processum. idem Imol. *in d. §. te & Titium. num. 10.*

51 Ratio, quia exceptio iurisiurandi impedit litis contestationem. quia veniens contra proprium iuramentum repellitur a limine iudicij. Bald. *in d. §. si quis post. col. 3. vers. nam exceptio iurisiurandi.* Afflict. *decis. 285. num. 1.*

52 Nam frustra admitteretur ad cōtestādum litem, qui non admittetur ad probandum in causa. *l. si duo. §. idem Iulianus. ibi nec pati eum iudex debet. ff. de iureiur.*

53 Item fallit, vbi pactum sit de non contestando litem, quia istud in pręparatorijs oppositum semper impedit processum. & litis contestationem. Bald. *in*

repetit. d. l. iusiurandum. col. 20. *vers. quid si promittit. actor. reo litem non contestari.* vbi dicit, hoc pactum valere, & esse seruandum in sua forma, aliter non pareret plenum effectum secundum intentionem contrahentium, cum quęlibet, inquit, exceptio de mundo ex partium conuentione possit impedire litis ingressum.

54 Limitatur secundo, in exceptione rei iudicatę, quæ licet opponatur in præparatorijs per modum, & formam peremptorię, tamen admitti debet ad effectum impediendi processum non atten to, an fuerit opposita per modum declinatoriæ; vel per modum exceptionis, vel per modum probationis, quia qualitercunq; & quandocunq; opponatur, dummodo liquida sit, semper impedit processum, & est speciale in re iudicata, ne iudex habeat proferre secundam sententiam, quæ nullatenus valeret. *l.*
55 1. *C. quand. prouoc. non est necess.* vt plene per Bald. *in repetit. d. l. iusiurandum. col.* 19. *vers. denuo quæro.*

Etiam de consensu partium. Alex. *in l. admonendi num.* 15. *ff. de iureiur.*

Limitatur tertio, vt non sit attendendendus modus excipiendi, vbicunq; notorie constat actori non competere actionem. quia tunc qualitercunq; excipiatur in præparatorijs, impeditur processus, & tenetur iudex etiam ex officio repellere actorem, & absoluere reum ab obseruatione iudicij. propter euidentem petentis calumniam, quæ in
56 repellendo actorem idem operatur, quod ipsa ineptitudo agendi. Innoc. *in cap.* 1. *extr. de offic. vicarij.* Bald. *in d. §. si quis post. circa fin. vers. item quando notorium est.* & *in l.* 2. *num.* 17. *vers. isti dicunt verum. C. si contra ius vel vtilit. public.* Io. de Imol. *in l. si contendat. num.* 2. *ff. de fideiuss.* vbi dicit, quod
57 vbicunq; exceptio est notoria, potest iudicis officium implorari, vt declaret, exceptionem competere, & silentium imponat parti aduersæ, & dicit hanc esse communem opinionem, a qua licet ipse dissentiat, durum tamen sibi videtur ab ea recedere, quam sequuntur Bart. Angel. Paul. de Castr. *in d. l. si contendat.* quos refert, & sequitur Felin. *in cap. significanti. num.* 6. *de testib.* Alex. *in l. ait prętor. num.* 8. *ff. de iureiur.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 8. *de ordin. cognit.*

Et dicitur exceptio notoria, si de ea constat per instrumentum. idem Imol.
58 *in l. si fideiussor. §. idem respondet. num.* 3. *ff. de fideiussor.* vel per confessionem in iudicio factam. Gram. *decis.* 31. *num.* 8.

59 Et proinde omnis exceptio iuris, quæ non indiget probatione, semper impedit processum. Bald. *in l. nulli prorsus. C. de formul.*

60 Et vbi exceptio opposita non admittatur, vel ea non obstante procedatur ad litis contestationem, debet excipiens appellare cum expressione grauaminis. iuxta Clem. appellanti. de appellat. & sufficit, si dicat appello a non admissione propter causam, & causas, de quibus in actis. Io. de Imol. *in l. stipulationum. §. illud. num.* 5. *ff. de verb. obligat.*

61 Limitatur quarto, in exceptione, quę post litem contestatam de nouo superueniat, vel innotescat. nam quamuis declinatoria sit, potest tamen per modum declinatorię post litem contestatam opponi ad impediendum processum ad vlteriora. Bald. *in §. si quis post in princ.* Alex. *cons.* 40. *incip. circa primum. num.* 7. *lib.* 5. *& in cons.* 86. *num.* 2. *& cons.* 100. *num.* 6. *eod. lib.* 5. idem Alex. *in l. si ego. num.* 15. *ff. si cert. pet.* Dec. *in cap. pastoralis. num.* 66. vbi communem dicit. *extr. de except.* Felin. *in cap. insinuante. num.* 7. & ibi glossa *in verb. postmodum de offic. delegat.* Abb. *in cap. cum dilectus. num.* 55. *de ordin. cognit.*

62 Sed caue, quod in hoc casu debet opponens iurare, quod ex malitia non opponit, vel quod ad eius notitiam talis exceptio nouiter superuenit. idem Alex. *in cons.* 152. *num.* 13. *lib.* 5.

Non tamen opponi poterit, si superuenerit post conclusum in causa, nec iudex debet eam admittere, nisi iusta causa moueret iudicem ad admittendum. Alex. *in d. l. admonendi. num.* 21. *vers. adde etiam.*

Limi-

63 Limitatur quinto, in exceptione requirente altiorem indaginem, quę licet opponatur in præparatorijs ad effectum impediendi litis contestationem, tamen referuatur discutienda in processu causæ post litem contestatam. vt notat Alex. *in l. ait prator. num. 4. ff. de iureiur.*

64 Limitatur sexto, vbicunq; reus in pręparatorijs protestetur in oppositione suę exceptionis dilatoriæ, quod super ea pronunciari debeat; & quatenus ad litis contestationem procedatur, quod non intendit recedere a dilatoriis, & aliis iuribus sibi competentibus. nam per huiusmodi protestationem pręseruatur ius opponendi dilatorias etiam post litem contestatam. ita Abb. *in cap. ex conquestione. num. 6. de restit. spoliat.*

PREAPARATORIVM XIX.

An, & quando factū in præparatorijs iudiciorum valeat iterum circa decisoria recenseri?

SVMMARIVM.

DEDVCTVM in pręparatorijs potest iterum post litem contestatam quoad causę decisionem regulariter refricari. 1.

Index potest in praparatorijs summarie cognoscere de qualitate tribuente sibi iurisdictionem. 2.

Factum in praparatorijs dicitur summariè factum. 3.

Pręparatoria dicuntur, quę praecedunt litis contestationem. ibidem.

Iudicium nullum ante litis contestationem potest per sententiam diffinitiuam terminari. 4.

Etiam de consensu partium. 5.

Factum circa praparatoria litis non valet quoad decisoria, nisi post litem contestatam iterum probetur. 6.

Via ordinaria non tollitur per summariam. 7.

Probatio facta in iudicio summario non probat in plenario. 8.

Sententia lata in summario non operatur in plenario. 9.

Praparatoria, & decisoria iudiciorum sunt inter se diuersa, & separata. 10.

In pręparatorijs proceditur summariè quoad ordinem procedendi, & quoad modum probandi. 11.

In decisorijs requiritur plena probatio, secus in praparatorijs. 12.

Pręiudicium factum in praparatorijs est reparabile in decisorijs. 13.

Mandatum factum ad pręparatoria non trahitur ad decisoria. 14.

Praparatoria necessaria ad actum pręcessisse prasumuntur. 15.

Delictum commissum in pręparatorijs ad ipsum actum mitius punitur, quam commissum in actu. 16.

In praparatorijs fauemus actori, in decisorijs reo. 17.

Declara vt hic. 18.

Probationes facta in pręparatorijs non releuant in decisorijs. 19.

Etiam inter easdem partes. 20.

Ac etiam si plenaria sint. 21.

Item nec faciunt inditium in criminalibus. 22.

Testes examinati in praparatorijs iudicij criminalis non probant post litem contestatam. 23.

Testes examinati in praparatorijs quomodo repetendi in decisorijs. 24.

Sententia lata ex probationibus factis in praparatorijs non valet. 25.

Ex probationibus factis in praparatorijs non potest quis condemnari. 26.

Defectus litis contestationis inficit probationes factas. 27.

Testes examinati coram arbitro fidem non faciunt coram iudice. 28.

Partes possunt confiteri litem esse contestatam. 29.

Iudici attestanti de litis contestatione non creditur. 30.

Processus totus corruit, si fuit factus lite non contestata. 31.

Declara vt hic. 32.

Instrumentorum productio fieri non potest in praparatorijs. 33.

Pro-

Productio facta in causa conuentionis non releuat in causa reconuentionis. 34.
In preparatorijs sicut non potest fieri probatio per testes, ita neq; per instrumenta. 35.
Testes veniunt appellatione instrumentorum. 36.
Probatio non potest fieri in praeparatorijs tam ex parte actoris, quam ex parte rei. 37.
Iuramentum praestitum in praeparatorijs ad probationem non probat, quoad decisoria. 38.
Iuramentum litis decisiuum debet praestari post litem contestatam. 39.
Iuramentum decisiuum praestari debet in termino assignato ad probandum. 40.
In termini assignatione ad probandum debet ad vnguem seruari forma statuti. 41.
Statutum vbi dat vnam tantum dilationem, non debent dari plures. 42.
Iudex in eo, quod est sibi arbitrarium non dicitur laedere. 43.
Dilatio ad probandum siue assignetur in preparatorijs, siue in decisorijs semper est peremptoria. 44.
Articuli possunt produci post transactum terminum, dummodo in termino testes iurauerint. 45.
Dilatio noua ad probandum debet assignari petenti, quando testes mulctati non venerint in termino. 46.
Deductum in preparatorijs, & a iudice non admissum potest iterum deduci in decisorijs. 47.
Intellige vt hic. 48.
Nemo in dubio praesumitur ius suum dimittere indiscussum. 49.
Restitutio in integrum competit aduersus ius, quod peremptum sit defectu iudicis. 50.
Post lapsum instantiae causae ciuilis potest causa iterum moueri, secus in causa criminali. 51.
Minor lesus per lapsum instantiae restituitur. 52.
Maior etiam restituitur aduersus lapsum instantiae propter multitudinem causarum expediendarum. 53.
Acta preparatoria tolluntur per lapsum instantiae. 54.
Iuramentum calumniae praestitum in praeparatorijs debet iterum praestari, quando iudicium denuo inchoandum sit. 55.
Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij licet inducat peremptionem instantiae, non tamen inducit peremptionem iuris. 56.
Iudex absoluens ab obseruatione iudicij iniuste facit litem suam. 57.
Arbiter quando possit testificari de gestis apud se. 58.
Iudicis testimonio nō statur, vbi agitur de validitate eius sententiae. 59.
Arbitro attestanti de gestis apud se non credendum nisi concurrentibus coniecturis verisimilibus. 60.
Exceptio omnis opposita in preparatorijs potest iterum opponi in decisorijs. 61.
Fallit vt hic. 62.
Probationes plenariae factae in summario iudicio probant in plenario, dūmodo non sint factae in preparatorijs. 63.
Intellige vt hic. 64.
Pronunciatio facta in preparatorijs super aliqua dilatoria non nocet quoad decisoria. 65.
Deducens in preparatorijs aliquid per viam agendi, & succumbens, non potest illud idem deducere per viam excipiendi. 66.
Citatus ad comparendum, & ad omnes actus, debet iterum citari ad audiendam sententiam. 67.
Citatus a iudice predecessore, debet iterum citari per successorem. 68.
Grauamen illatum in prima instantia potest ventilari in secunda. 69.
Grauamen illatum propter negligentiam iudicis, nunquam transit in rem iudicatam. 70.
Ab omni grauamine est appellandum. 71.
Probationes nouae quando fieri possint in secunda instantia non obstante statuto. 72.
In secunda instantia potest deduci omne grauamen illatum in prima per appellationem a diffinitiua. 73.
Testes examinati in ciuili non probant in criminali. 74.
Res iudicata quando intret. 75.
Testes reuelantes metu censurarum iterum examinandi. 76.
Testes examinati coram iudice seculari non probant coram Ecclesiastico. 77.
Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui fabricato per secularem contra Clericum. 78.

Ab

Ab omni interlocutoria inferente grauamen irreparabile est appellandum. 79.
Sententia nulliter lata propter aliquem defectum commissum siue in præparatorijs, siue in decisorijs, quando iterum ab eodem iudice refricanda. 80.
Iudex recitata sententia desinit esse iudex. 81.
Declara vt hic. 82.
Litis contestatio nulliter facta est iterum rite facienda. 83.
Defectus in sola sententia operatur, vt ipsa sententia tantum sit iterum rite proferenda. 84.
Sylus Curiæ Romanæ recensetur hic super reiterandis terminis substantialibus. 85.
Error circa præparatoria quando possit reuocari in decisorijs. 86.
Sententia obtenta per falsas probationes quando possit reiterari per veras probationes: 87.
Interlocutoria omnis potest contrario imperio reuocari. 88.
Præsertim de iure canonico. 89.
In curia Romana reuocatur interlocutoria, etiamsi ab ea fuerit appellatum. 90.
Actor, qui a lite discessit per transactionem, quando possit iterum eandem litem mouere. 91.
Fallit in querela inofficiosi. 92.
Iudex potest semper interrogare partes litigantes. 93.
Etiam post conclusionem in causa. 94.
Actor potest quandocunq; suspendere iudicium petitorium, & transire ad possessorium. 95.
Etiam in quacunq; parte iudicij. 96.
Sententia lata post suspensionem petitorij est nulla. 97.
Petitorij suspensio habet vim protestationis. 98.
Petitorium potest suspendi non solum in prima, sed etiam in secunda, & tertia instantia. 99.
Item potest suspendi tam in causa prophana, quam in beneficiali. 100.
Intellige dummodo fiat ante conclusionem in causa in vltima instantia. 101.
Pro quolibet delicto potest agi ciuiliter, & criminaliter. ibidem.
Illa, quę trahunt secum executionem, non possunt iterum refricari. 102.
Interlocutorię quę non possunt iterum recenseri, nec contrario imperio reuocari. 103.
Sententia excommunicationis trahit secum executionem, & potest reuocari. 104.
Mandatum de manutenendo potest reuocari, quamuis trahat secum executionem. 105.
Confessio facta in præparatorijs pręiudicat quoad decisoria. 106.
Nulla maior probatio, quam partis confessio. 107.
Deductum, quod non fuit in pręparatorijs propter malitiam, non potest iterum deduci in decisorijs. 108.
Sententia lata contra principalem non potest exequi contra fideiussorem. 109.
Sententia contra vnum ex reis debendi non non exequitur contra alium. 110.
Debitor, qui dedit fideiussorem de iudicio sisti, non tenetur iterum satisdare, si fideiussor efficiatur non soluendo. 111.
Interlocutoria lata super causa status non potest amplius refricari. 112.
Restitutio in integrum semel denegata non potest amplius concedi. 113.
Iuramentum litis decisiuum non potest amplius refricari. 114.
Fideiussor datus super aliquo dando, vel faciendo intra certum terminum liberatur, si terminus principali debitori prorogetur. 115.
Iudex a quo dans apostolos reuerentiales appellanti, dicitur functus officio suo, & non potest amplius illos concedere. 116.
Compromissum impedit, ne possit agi in iudicio coram iudice compromisso pendente. 117.

1 FRequens, & quotidiana, & a doctoribus non satis discussa quęstio iuris est; nunquid deductum in præparatorijs causę possit iterum post litem contestatam circa decisoria recenseri: pro cuius maiori declaratione, quia materia est vtilis, & practicabilis: constituo in primis regulam affirmatiuam, quæ desumitur *ex text. in cap. veniens il secundo. extra de testib.* vbi quod deductum ante litem contestatam ad pręparationem causæ. potest iterum

iterum post litem contestatam deduci quoad causæ decisionem. & hanc regulam firmat Bald. *in repetit. l. iusiurandum col. 19. in fine. ff. de iureiur. & in l. nam & postea. post princip. vers. sed quid si opponeres. ff. eod. titul.* Dec. *in l. 2. num. 62. vers. considerandum est. C. de edend.* Io. de Imol. *in l. quidam consulebat. num. 31. vers. sed contrarium tenuit. ff. de re iudicat.* vbi quod iudex in præparatorijs cognoscere, & examinare summariè de qualitate sibi tribuente iurisdictionem, puta an forensis

2 conuentus ratione contractus contraxerit in territorio iudicis, vel non, & postea eandem qualitatem iterum plenarie in decisorijs discutere. *arg. d. cap. veniens.* prout de hoc plene dixi supra *in præparatorio 17.* huius tertiæ partis. & plenius. *in præparatorio xi. num. 19. & seqq. parte prima.*

3 Ratio potissima est, quia illud, quod fit in præparatorijs, dicitur summariè factum propter defectum litis contestationis. vt dicũt omnes *in cap. d. veniens & præsertim.* Abb. *num. 12. in fin.* & Felin. *num. 18. vers. quia præparatoria. & num. 23. vers. quia ibi fuit defectus.*

Et dicitur factum in præparatorijs illud, quod fit ante litis contestationem. Alex. *in l. cum fundus. num. 2. ff. si cert pet.*

4 Cum litis contestatio de iure regulariter requiratur siue tacita, siue expressa in omni iudicio, alias per sententiam diffinitiuam decedi, seu terminari non potest. Auth. *si quis. C. de testib.* Io. de Imol. *in l. sciendum. num. 8. ff. de verb. obligat.* vbi quod litis contestatio est adeo de solemnitate substantiali iudicij, vt illi partes renunciare non possint. Dec. *in l. 2. num. 54. C. de edend.*

5 Nec de consensu partium ferri potest sententia lite non contestata. *cap. 1. de litis contest.* Specul. *de sententia. §. iuxta. vers. quasi partium consensus.*

6 Idcirco quicquid fit in præparatorijs, non valet quoad decisoria, nisi post litem contestatam iterato proponatur, & probetur. *vt in clem. testibus. de testib. a contrario sensu.* Bald. *in repet. d. l. iusiurandum. col. 19.* & quod factum in præparatorijs, tanquam summariè factum non præiudicat in decisorijs, nec

7 via ordinaria dicitur sublata per summariam. *est tex. in l. a diuo pio. §. si super rebus. ff. de re iudicat.*

8 Et probatio facta in summario iudicio non probat in plenario Alex. *in l. is apud quem. num. 29. C. de edend.* nisi sit confessio, quæ semper valet, & probat contra confitentem, quamuis facta in summario. Felin. *in d. cap. veniens. num. 6. & num. 28.*

9 Et sententia lata in summario nõ operatur in plenario iudicio. idem Felin. *in cap. inter monasterium. num. 36. de sent. & re iudic.*

10 Præterea præparatoria, & decisoria iudicij sunt interse diuersa, & separata, quia tendunt ad diuersos fines. præparatoria enim tendunt ad inchoandum iudicium. decisoria vero ad illud instruendum, & decidendum, & non potest decidi, quia prius inchoetur. Abb. *in d. cap. veniens. num. 16. vers.* alia ratio est. Dec. *in d. l. 2. num. 62. vers. sed aduertendum est. C. de edend.* & facit Bald. *in l. adulterij. C. ad l. Iul. de adult.*

Ideo ista duo non debent permisceri. Bald. *in l. criminis. num. 4. vers. in contrarium. C. de ijs qui accus. non pos.*

Et sic ex vno non potest inferri ad aliud positiuè, vel remotiuè. Io. de Imol. *in l. permisceri. num. 1. ff. de acquir. vel omitt. possess.*

11 Item in præparatorijs proceditur summariè non solum quoad ordinem procedendi, sed etiam quoad modum probandi, cum in præparatoriis quandoq; sufficiat semiplena probatio, immo interdum per iuramentum. *l. thesaurus ff. ad exhibend.* Io. de Imol. *in l. prætor. §. quod si sit. num. 4. ff. de prætor. stipulat.*

12 Sed in decisorijs requiritur plenaria, & concludens probatio. vt plene dixi. *in præparatorio. xi. in princ. parte prima.*

13 Ratio, quia præiudiciũ, quod fit in præparatoriis, est reparabile in decisoriis. Felin. *in d. cap. veniens. num. 18.* Rota *coram de rubeis in Casalen. seu nullus de Carectis. 15. Decembris. 1586.*

Hinc

14 Hinc mandatum factum ad præparatoria non trahitur ad decisoria. vt notat Dec. *in rubric. C. de edendo. num. 3.*

15 Sed vbi constat de mandato, sed non de solemnitatibus necessariis ad mandatum; præsumuntur pręcessisse omnia præparatoria necessaria. Felin. *in cap. sicut. num. 41. de sent. & re iud.*

16 Item delictum commissum in præparatoriis ad ipsum actum mitius punitur, quam commissum in ipso actu. Bald. *in l. 1. num. 17. C. de rapt. virgin.*

17 Item in præparatoriis prætor fauet actori. sed circa decisoria fauet, prout æquitas suadet. Io. de Imol. *in l. in pręторijs. ff. de prator. stipulat.*

Et in dubio in decisoriis fauet reo. idem Imol. *in l. in huiusmodi. num. 3. ff. eod. tit.*

18 Et in pręparatoriis fauet actori. *l. de die. ff. qui satisd. cog.* Bart. *in l. quicquid astringendę. num. 2. vers. oppono de l. de die. ff. de verb. obligat.*

Intellige, si actor instat, & prosequitur. secus si non instat, quia tunc fauemus reo. idem Bart. *in l. inter stipulantem. §. si sticchum stipulatus. num. 6. ff. de verb. oblig.*

19 Amplia primo præmissam regulam esse potissimum veram, & procedere in probationibus, quæ factę in præparatoriis non releuant quoad decisoria, nisi post litem contestatam iterum fiant. *vt in d. Auth. si quis. C. de testib.* cum aliis per me deductis *in pręparatorio xi. num. 35. & 36. parte prima.*

20 Subamplia primo, præcedentem ampliationem, vt probationes factæ in præparatoriis, nec fidem faciant inter easdem partes in decisoriis, siue in alia causa. Abb. *in cap. causam qua. num. 6. vers. vel fuit facta. extr. de testib.*

21 Etiam si plenę sint. Alex. *in l. a diuo pio. §. si super rebus. num. 7. de re iudic.* & dixi *in præparatorio xi. num. 36. vers. sed quantum. parte ptima.*

22 Subamplia secundo, vt nec faciant inditium in criminalibus. Felin. *in cap. cum dilecti. num. 22. de accusat.*

23 Et proinde testes examinati in pręparatoriis inquisitionis fidem non faciunt contra inquisitum, si ab eo negentur, nisi post litem contestatam eo citato iterato examinentur. Fel. *in cap. 2. num. 10. de testib.* Dec. *in d. l. 2. num. 21. vers. tertio fallit. C. de edend.*

24 Sufficit tamen, quod in repetitione dicant, sic dico, & depono prout dixi, & deposui in primo examine, ad quod in omnibus, & per omnia me refero. & de hoc dixi *in preparatorio xi praallegato. num. 36. vers.* vnde testes.

25 Sub amplia tertio. vt nec valeat sententia lata ex probationibus factis in pręparatoriis. Fel. post Abb. *in d. cap. causam qua. num. 23.* vbi quod non valet sententia, etiamsi partes consentirent.

26 Cum ex probationibus factis in pręparatoriis non possit quis condemnari. *l. 2. §. qui dicit. ff. de adulter.* Bald. *in l. si magnum. num. 3. in fine. C. de ijs qui accusar. non poss.*

27 Ratio quia, sunt receptę non seruato iudiciario ordine, quia de fuit litis contestatio, cuius defectus inficit probationes etiam plenariè factas. Fel *in d. cap. veniens. num. 24.*

28 Vnde est, quod testes examinati coram arbitratore non faciunt fidem coram iudice propter defectum litis contestationis, quę non fit coram arbitratore. Abb. *in cap. quintauallis. num. 9. vers. per hac enim dixi extr. de iureiur.* plus dico, quod si forte causę processus perditus sit, nec reperiatur, non possunt partes de nouo facere probationes, quas oportet fieri, nisi constet de

29 litis contestatione iam facta, vel eam esse contestatam confiteantur. Boer. *decis. 15. num. 5.*

Quia licet partes non possint ommittere litis contestationē nec illi renunciare; possunt tamen confiteri illam pręcessisse, sicut de nouo possunt illam contestari, si non erat contestata. Fel. *in d. cap. sicut. num. 32. de sent. & re iud.*

30 Quinimmo nō creditur iudici attestāti in sua sententia de litis contestatione, vt si dicat, visa litis contestatione. de quo dic, vt latè per Io. de Imol. *in l.*

X *scien-*

sciendum. num. 7. ff. de verb. obligat. Quia si postea per rimationem actorum appareret litem non fuisse contestatam, sententia esset nulla ex defectu ordinis substantialis. Felin. *in cap. sicut. num. 30. vers. fallit 6. de sent. & re iud.*

31 Subamplia quarto, vt non solum sententia, sed etiam totus processus corruat, si testes fuerint recepti lite non contestata. Abb. *in cap. accedens. num. 15. de lit. contest. & in cap. cum olim. num. 9. de caus. possess. & propriet.*

32 Prędicta tamen vera sunt, vbi non potest procedi lite non contestata, secus in causis, quæ non requirunt litis contestationem. Bald. *in d. Auth. si quis. num. 17. vers. vlterius. quæro. C. de testib.*

33 Amplia secundo, vt regula procedat etiam in productione instrumentorum, & iurium, quæ si fiat in præparatorijs, non releuat quoad decisoria, nisi post litem contestatam denuo fiat. ex quo non fuit facta seruato ordine iuris, idest post litem contestatam vt *in d. Auth. si quis. & in cap. quoniam. vt lite non contest.* Alex. *in l. sæpe. num. 81. ff. de re iudic.* Matthesil. *singular. 40. incip. nota. quod si actor.* vbi dicit, quod cauti practici semper producunt instrumenta post litem contestatam, & in termino ad probandum. Felin. *in d. cap. causam quę. num. 9. de testib.* Alex. *in l. is apud quem. num. 30. C. de edend.* vbi quod

34 productio facta in causa conuentionis non releuat in causa reconuentionis, ideo cautus, inquit, debet esse, qui producit, vt reproducat.

35 Nam sicut in præparatorijs non potest fieri probatio per testes, ita nec per instrumenta, cum instrumentorum, & testium eadem sit auctoritas. vt dicit

36 glossa *in l. quęstionem. in verb. ostenditur. in fin. C. de fideicom.* & appellatione instrumentorum veniunt testes. *l. 1. ff. de fid. instrum.*

37 Quod procedit tam ex parte actoris, quam ex parte rei. Bald. *in l. 1. §. edenda. num. 2. ff. de edend.*

38 Amplia tertio, vt etiam regula procedat in iuramento decisiuo, siue alio, quod ad probationem præstari debet. nam præstitum in præparatorijs non releuat, neq; probat quoad decisoria. Bald. *in l. ait pretor. num. 2. in fin. ff. de iureiur.* vbi quod statutum de iuramento decisiuo deferendo, vel præstando

39 debet intelligi post litem contestatam, nam ante sicut non potest fieri probatio per testes, ita nec per iuramentum, & subdit, quod ita seruat practica aduocatorum; & quod nec sufficit pręstari in productione libelli, quia illud, inquit, est iuramentum calumniæ, non probationis.

40 Rursus vbi ex forma statuti sit assignandus terminus ad probandum, non potest tale iuramentum deferri, vel præstari, nisi in termino assignato, alioquin elapso termino non releuat. Rota Genuen. *decis. 167.* Bald. *decis. 74.*

41 Et in assignatione termini ad probandum debet ad vnguem seruari forma tradita per statutum nihil addendo, vel minuendo. Bald. *in Auth. qui semel. num. 22. C. quomod. & quando iudex* Felin. *in cap. pastoralis. num. 30. de exception.* alias non seruata forma statuti processus est ipso iure nullus. idem Bal. *in l. comparationes in tertia oppositione. C. de fid. instrum.* Felin. *in cap. quod ad consultationem. num. 21. de sent. & re iudic. & in cap. licet causam. num. 39. de probat.*

42 Et vbi statutum loquitur solum de vna dilatione danda, nunquam dari debent plures, quia inhærendum est verbis statuti; Bald. *in l. final. num. 15. ff. de fer. & dilat.*

43 Secus vbi dilatio non est a statuto prefixa, sed est in arbitrio iudicis, quia tunc si iudex lædit in eo, quod est arbitrarium, non est ipso iure nullum. Bald. *in l. si finita. §. si forte dominus in fine. ff. de damn. infect.* Bart. *in l. qui pro tribunali. num. 9. ff. de re iudic.*

44 Aduerte, quod dilatio ad probandum siue assignetur in præparatorijs, siue post litem contestatam semper est peremptoria, nisi in prima impedimentum occurat. Bald. *in d. l. fin. num. 6.*

45 Et vbi in termino assignato etiam in præpa-

prȩparatorijs ad probandum exceptiones, non fuerint dati articuli, sed solum testes iurauerint, poterunt transacto termino produci articuli, & super eis produci, & examinari testes iurati. cum articuli sint solum declaratio exceptionum. Felin. *in d. cap. licet causam. num. 47. & 52. de probat.*

46 Quinimmo si in termino assignato fuerint citati testes, & non venientes fuerint in termino mulctati, debet dari noua dilatio petenti ad producendum illos testes, & non alios. Alex. *in l. admonendi. num. 8. ff. de iureiur.*

47 Amplia quarto, vt omne id, quod fuit deductum in prȩparatorijs,& illud non curauit iudex admittere, vel audire, possit iterum in decisorijs deduci,& refricari; ex quo stetit per iudicem. Bald. *in l. per hanc. num. 29. C. de tempor. appellat.*

48 Intellige, si præcessit protestatio contra iudicem. Felin. *in cap. prȩsentium. num. 3. vers. 4. fallit de testib.*

Alias videretur consentire, & ratum habere is, qui non fuit protestatus. Bald. *in l. si cum ipse. in fin. ff. de excusat. tutor.*

49 Tu dic, quod nemo in dubio præsumitur ius suum dimittere indiscussum, etiamsi non protestetur. Io. de Imol. *in l. exceptionem. num. 2. ff. de fideiuss.*

50 Vel forte competit restitutio in integrum, vbi per prætorem ius peremptum est. idem Bald. *vbi supra per l. sed & si per prȩtorem. §. 3. ff. quib. ex caus. maior.*

51 Amplia quinto, vt actor, qui in causa ciuili passus est, labi tempus instantiæ, possit eandem causam denuo refricare, & mouere dando nouum libellum. secus in accusatore, qui post lapsum instantiȩ non potest iterum accusare. Bald. *in l. abolitionem. C. ad l. Iul. de adulter.* Alex. *in d. l. properandum. §. sin vero causam. num. 3.* vbi quod in ciuilibus perempta instantia remanet ius actori saluum de nouo agendi, secus in criminalibus.

52 Sed si actor sit minor, qui passus sit instantiȩ lapsum, restituitur in integrum, cum ex huiusmodi lapsu dicatur læsus. Bald. *in l. ait prȩtor. in 2. lectura. num. 3. vers. item nota. ff. de minor.*

53 Quinimmo etiã maior restituitur aduersus instantiam peremptam, quando hoc induxit multitudo causarum expediendarum. Felin. *in cap. quoniam. num. 2. de simon.*

Ratio, quia agi non potest contra iudicem, cum propter impedimentum sit excusatus, nimirum si pars in subsidium restituitur. Alex. *in l. properandum. §. sin autem vtra. num. 3. C. de iudic.* vbi idem tenet in tempore causȩ appellationis.

54 Amplia sexto, vt perempta instantia, si nouum iudicium inchoetur, acta prȩparatoria, quȩ per litem contestatam tolluntur, vt exceptiones declinatoriȩ, & dilatoriȩ possint in prȩparatorijs noui iudicij iterato opponi. Felin. *in d. cap. causam qua. num. 23. vers.* & ex eo, quod dicitur *de actis prȩparatorijs. extr. de testib.* adde Bald. *in l. cum antea. num. 12. C. de arbitr.*

55 Amplia sexto, vt iuramentum calumniȩ prȩstitum in prȩparatorijs sit iterato prȩstandum, si occurrat, quod post litem contestatam de consensu partium ab illo iudicio recedatur, & aliud denuo inchoetur, vel mutetur actio, siue libellus circa substantiam, quia sicut lis est denuo contestanda, ita etiam iterato iurandum est. Bald. *in Auth. hoc sacramentum. in fine. C. de iur. propter calumn.* vbi quod hoc iuramentum est de prȩparatorijs, non autem decisorijs iudicij, ideo perimitur perempta instantia illius iudicij.

56 Amplia septimo, vt sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, licet habeat vim diffinitiuȩ, & inducat peremptionem instantiȩ, non tamen inducat peremptionem iuris, quin possit denuo intentari. Bald. *in l. properandum. §. sin autem reus. num. 6. C. de iudic.* & ibi etiam Alex. *num. 5. in fine.*

57 Iudex tamen, si absoluit contra ius, facit litem suam, & tenetur ad interesse, in quo partem læserit. Alex. *in l. si quis. num. 4. C. de pact.*

X 2 Amplia

58 Amplia octauo, vt arbiter, postquam expirauerit compromissum per lapsum temporis, & litigatur coram alio iudice de gestis apud se, possit testificari in his, quę respiciunt pręparatoria iudicij, dummodo non ad sui iustificationem. secus in his, quę respiciunt decisoria, quia est suspectus. ita Bald. *in l. ne in arbitris. num.* 10. *C. de arbitr.*

59 Cum iudicis testimonio stari non debeat, vbi agitur de validitate eius sententię. secundum gloss. *in cap. dilecto.* vbi Abb. *num.* 3. *de test.* Rota *coram Penia in Comen. Cappęllania* 28. *Ianuarij.* 1591.

60 Non tamen omnino credi debet huiusmodi testificationi, nisi iustificetur ex alijs actis, circumstantijs, & qualitatibus arbitri; quas iudex pensare, & admittere potest, vel non. vt post Abb. dicit Felin. *in cap. cum dilecti. num.* 5. *vers. item ad intellectum. de accusat.*

61 Amplia nono, vt omnis exceptio opposita in pręparatorijs possit iterum post litem contestatam, & in decisorijs deduci, & opponi. vt late per Boer. *decis.* 43. *num.* 4. vbi quod exceptio opposita in summario iudicio, in quo plenè non discutitur, etiam si repulsa, vel reiecta fuerit, nihilominus potest in iudicio ordinario iterum opponi per *l. si quis. a liberis. §. si vel parens. ff. de liber. agnoscend.*

62 Fallit, vbi super exceptione opposita fuerit plene cognitum, & pronunciatum in pręparatorijs, quia tunc non potest vlterius repeti in decisorijs, cum sententia lata super exceptione peremptoria plenè examinata habeat vim diffinitiuę, & pariat exceptionem rei iudicatæ, licet sit interlocutoria. Bald. *in d. l. nam & postea post princ. vers. videtur dicendum. ff. de iureiur.* & dixi supra *in preparatorio. xi. num.* 36. *vers. tu dic parte prima.*

63 Sicut patet in probationibus, quæ licet factę in iudicio summario non operentur in plenario, vt supra dixi. tamen fallit, vbi probationes in summario fuissent plenariæ, quia operantur etiam in plenario. Felin. *in cap. cum super. num.* 32. *de sent. & re iud.* Alex. *in l. is apud quem. num.* 29. *C. de edend.* nisi factæ sint in præparatorijs, quæ etiam plenariæ non probant in decisorijs. vt supra dixi.

64 Intellige, & declara prædicta esse vera, quando vlterius repetitur exceptio ad eundem finem, quia tunc obstat exceptio rei iudicatę, secus si opponatur ad diuersum finem *l. cum quæritur cum legibus sequen. ff. de except.* Boer. *d. decis.* 43. *num.* 1. *in fine.*

65 Rursus declara prędictam fallentiam non procedere, quando fuerit pronunciatum in pręparatorijs super aliqua dilatoria, nam talis pronunciatio cum sit facta in casu, in quo summaria fit cognitio, non nocet in decisorijs, neq; in alia causa. de quo tamen dic, vt latius distingiuit Bart. *in l. qui Romę. §. duo fratres. num.* 7. *ff. de verb. obligat. vbi omnino videas.*

66 Item fallit pręcedens nona ampliatio, in eo, quod fuisset propositum, & deductum per viam agendi, & proponens succubuisset, quia tunc non posset etiam per modum excipiendi illud idem iterato proponere, licet tenderet ad diuersum finem, quia in hoc plus se habet actio, quam exceptio, & *ideo si* quis in agendo succumbat, ab excipiendo repellitur, sed non profecto e conuerso. idem Baer. *d. decis.* 43. *num.* 5.

Cum succumbens in exceptione non repellatur, si illud idem proponat per viam actionis, quando illud idem, quod fuit propositum in modum exceptionis, tendit ad diuersum finem cum eo, quod proponitur per modum actionis. Bald. *in l. quod in diem. §. si rationem. vers. secundo opponitur. ff. de compensat.*

Secus si tendat ad eundem finem, quia tunc obstat exceptio rei iudicatę. Bart. *in l. duobus diuersis. num.* 1. *ff. de except. rei iudic.*

67 Amplia decimo, vt citatus in pręparatorijs ad comparendum, & videndum procedi ad omnes, & singulos actus in causa, & fuerit contumax, debeat iterum citari in decisorijs ad audiendum sententiam. Felin. *in cap. cum olim. num.* 4. *de testib.*

Sicut

68 Sicut citatus in pręparatorijs etiam peremptorie per iudicem prędecessorem, debet iterum citari per successorem. Bald. *in l. consentaneum. col.* 8. *C. quomod. & quand. index.* quem refert. Felin. *in cap. licet in beato. num.* 7. *de accusat.*

69 Amplia vndecimo, vt omne grauamen illatum in prima instantia, etiam tunc ventilatum, & discussum possit iterum ventilari, & discuti in causa appellationis a diffinitiua, vt si in prima instantia fuerit oppositum contra testes, potest iterum opponi, & discuti in causa appellationis, tanquam sit exceptio tangens per obliquum negotium principale. Felin. *in cap. cum I. & A. num. 6. de sent. & re iudic.*

70 Pręsertim si fuerit grauamen illatum propter negligentiam iudicis, quod nunquam transit in rem iudicatam, vt singulariter dicit Bald. *in cap. per tuas. de testib.* quem refert. Felin. *in cap. excommunicamus. num. 9. de hęretic.*

71 Cautius tamen est, quod ab omni grauamine illato in causa principali per viam interlocutorię semper appelletur pręsertim vbi periculum est, ne transeat in rem iudicatam, quia tunc tale grauamen tanquam deuolutum in causa appellationis a diffinitiua poterit iterum discuti, & ventilari etiam per nouas allegationes, & nouas probationes faciendas non obstante clem. appellanti de appellat. quia appellatio a diffinitiua includit reuisionem interlocutorię, etiamsi ab ea non fuerit de directo appellatum. vt per Felin. *in cap. quod ad consultationem num. 46. de sent. & re indic.* vbi dat cautelam, quod si non est periculum transitus in rem iudicatam, differas appellare a grauamine illato vsq; ad appellationem a diffinitiua, in qua poteris instare super grauamine pręcedente, vt reuocetur allegando, & faciendo nouas probationes etiam non obstante statuto, quod in causa appel-
72 lationis non possint fieri nouę probationes. Bald. *in l. inuitus. num. 6. C. de procurat.* vbi quod per tale statutum non censentur exclusę probationes de nouo emergentes, & quę non potuerunt claudi in primo iudicio; quia ne frustra oriantur, possunt, inquit, de nouo fieri, & allegari. refert, & sequitur Felin. *in cap. cum Ioannes. num. 22. & in cap. cum dilectus. num. de fide instrument.*

73 Et prædicta de appellatione ab omni grauamine potissimum procedunt de iure canonico, quod promittit appellari ab interlocutoria lata super exceptione peremptoria, quam appellationem licet appellans non prosequatur, poterit nihilominus in appellatione a diffinitiua iterum de iniquitate ipsius interlocutorię opponere, quasi videatur non curasse prosequi appellationem ab interlocutoria confisus de beneficio iuris, propter quod sciebat sibi posse prouedere per appellationem a diffinitiua. vt late per Io. de Imol. *in l. si quid separatim. §. quod est scriptum. num. 3. ff. de appellat.*

74 Amplia duodecimo, vt testes examinati in causa ciuili non probent in criminali ad conuincendum, & condemnandum reum, sed oportet, quod iterum in causa criminali producantur, & examinentur, vt sic videantur, qua fronte, & quo vultu loquantur. cum in criminalibus requirantur probationes luce clariores, quam in ciuilibus. vt late per Io. de Imol. *in l. interdum. num. 1. ff. de publicis. iudicijs.* vbi quod sententia lata in ciuili non parit exceptionem rei iudicatæ in criminali, cum
75 ad istum effectum tua potissimum requirantur, videlicet quod sint eędem personæ, eędem res, & eadem causa petendi. *l. cum queritur cum duabus legibus sequen. ff. de except. rei indic.*

76 Amplia decimo tertio, vt testes reuelantes metu censurarum non probent in iudicio tanquam excommunicati, & tanquam examinati parte non citata, & absq; iuramento, & ideo vt eis credatur, debet iterum produci & formiter examinari. Menoch. *de arbitr. cas.* 109. *num. 1. lib. 2.* & cum secuta est Rota *in Neapolitana pratensę legittimitatis Veneris 2. Iunij.* 1595. *coram Corduba*

Amplia

77 Amplia decimo quarto, vt testes examinati a iudice seculari super iure rei ab Ecclesia proueniens non probent ex defectu iurisdictionis, cum cognitio rei Ecclesiasticæ, ad secularem iudicem pertinere non valeat etiam de consensu partium, sed sunt iterum repetendi, & examinandi coram Ecclesiastico de cōsensu partiū Dec. *in cap. decernimus. nu 268. de iudic.* Purpur. *cons. 377. nu. 13.* Rota *coram Corduba in Conchien. officij notariatus* 14. *Iunij*. 1600.

78 Subamplia, vt nec testes examinati a iudice seculari contra Clericum probent coram Ecclesiastico. Clar. *in pract. criminal. quęst. 36.* & ibi Bacard. *num.* 53. vbi quod iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui fabricato per iudicem laicum contra Clericum, nec debet ex processu per laicum fabricato procedere per inquisitionem contra Clericum, & attestantur de communi opinione Doctorum.

79 Sed vbi grauamen, quod infertur per interlocutoriam, non est reparabile per appellationem a diffinitiua tunc indistinctè potest appellari ab ipsa interlocutoria. *l. 2. ff. de appell. recip.*

80 Amplia decimo quinto, vt sententia nulliter prolata propter aliquem defectum in præparatorijs, vel in decisorijs commissum possit iterum ex eisdem actis refricari, coram eodem iudice ordinario, qui eam tulit, & denuo ab eodem reiteratis actis non legittimè factis pronunciari. vt est textus cum sua glossa *in l. si expressim. ff. de appellat. l. si vt proponis la prima*, & ibi glossa. *in verb. denuo. C. quom. & quand. iudex*.

81 Non obstat, quod iudex recitata sententia statim desinit esse iudex *l. Paulus la prima. & l. iudex. postea quam ff. de re iudic.* Fel. *in cap. qualiter, & quando il primo. 34. de accusat.*

82 Quia id verum, quando sententia est aliqua, secus quando est ipso iure nulla; quia hæc non impedit ordinarium iterum super eodem cognoscere. *l. si præses. C. quom. & quand. iudex.*

Intellige prædictam ampliationem tribus concurrentibus, videlicet primo, quod instantia non sit perempta, quia tunc non posset pronunciari ex eisdem actis præparatorijs, cum talia acta, prout sint, libelli oblatio, litis contestatio, & iuramenti calumnię præstatio, & similes. pereant instantia perempta. vt dixi *in præparatorio. 16. num. 1. parte prima.*

Decisoria vero, vt confessiones, attestationes, & instrumenta non pereunt. quia ad ista se refert sententia, non autem ad præparatoria. *l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudic. l. prolatam. C. de sent.*

Secundo, quod idem iudex ordinarius, vel successor adeatur, vt iterum pronunciet. *l. 1. C. de sent. & interlocut. omn. iud. eod. l. si præses. C. quomod. & quando iudex.* cum ordinarius possit regulariter reuocare sententiam suam nullam. Felin. *in d. cap. qualiter. nu. 42.*

Tertio, quod petatur per ipsum ordinarium, vel successorem præsentem iterum sententiari stante nullitate primæ sententię, nec est necesse, quod in hoc casu disputetur principaliter super nullitate, cum solum incidenter deducatur. item nec est necesse, quod acta valide facta reiterentur. vt late declarat Io. de Imol. *in d. l. si expressim. col. 9. & 10.* vbi etiam dicit, quid obseruandum, quando delegatus tulisset sententiam nullam. & ibi etiam Bart. *num.* 14. cum sententia nulla iudicis delegati iurisdictionem regulariter extinguat. *l. si vt proponis la prima. C. quomod. & quand. iudex.* quæ tamen regula fallit in sex casibus, quos plenè examinat. Felin. *in d. c. qualiter & quando. num.* 43.

83 Caue tamen, quod si defectus sit in litis contestatione, & non in probationibus postea factis, oportet non solum reiterare litis contestationem, sed etiā probationes, & omnia inde secuta. cum processus sit indiuiduus ab ipsa litis contestatione, ante quam fieri non potuerunt. vt dictum est superius, & in proposito probat. Felin. *in cap. ad probandum. num. 10. de sent. & re iud.*

84 Si vero defectus sit in sola sententia, vt quia lata in die feriata, vel parte non citata, tunc reiteranda est sententia ex eiusdem

eiſdem actis, ſed ſi defectus ſit non ſolum in ipſa ſententia, ſed etiam in parte actorum, vt quia poſt litem conteſtatam mortuus eſt reus, & proceſſum eſt contra eum mortuum vſq; ad ſententiam, tunc quia talia acta ſunt ipſo iure nulla, reiteranda ſunt, ea vero, quæ præceſſerunt, forma remanent. vt late per Bart. *in d. l. ſi expreſſim. num.* 1.

Nam proceſſus contra mortuum eſt ipſo iure nullus. *l. in ſumma. §. ſi quis. ff. de re iudic.*

85 In curia vero Romana defectus terminorũ, quos ſubſtantiales vocant, vitiat ſentẽtiã Caſſad. *deciſ.* 8. *de reſcript.*

Idcirco antequam feratur ſententia, ſolent reiterari præuia citatione ad videndum illos male forſitan, nulliter, & inculcatè tentos vnicis contextu, & audientia reiterari in vim bullę Innocentianæ, de qua per Veſtr. in ſua praxi. *lib.* 5.

86 Amplia decimo ſexto, vt error commiſſus circa præparatoria iudiciorum etiam in facto proprio, poſſit ante ſententiam reuocari, probando rem ſe aliter habere. quia hoc probato præſumitur error. Alex. *in l. ſed & ſi quis. §. item quæritur. num.* 1. *ff. ſi quis cautionib.*

Sed commiſſus circa deciſoria non poteſt reuocari per eum, qui dicit ſe erraſſe, etiamſi certet de damno vitando contra alium, qui certat de lucro, niſi concludenter probet rem aliter ſe habere; ſi vero eſt in pari cauſa cum aduerſario, tunc non præſumitur error, niſi probet non ſolum, quod res ſe aliter habet, ſed etiam doceat de aliqua circumſtantia, ex qua error veriſimiliter præſumatur. puta, quod fuerit ductus perſuaſione aduerſarij; vel quod negotium, de quo agitur, ſit valde implicitum; vel propter longinquitatem temporis, vnde iuſta argui poſſit ignorantia. vt plenè per Bart. *in l. non fatetur. num.* 10. *verſ. & tunc aut circa præparatoria. ff. de confeſſ.* Alex. *in l. æquiſſimum. num.* 3. *ff. de eo per quem, &c.* vbi quod confeſſio erronea facta ad perſuaſionem aduerſarij poteſt reuocari etiam poſt ſententiam prçuia reſtitutione.

87 Amplia decimo ſeptimo, vt etiam ſententia obtenta per falſas probationes poſſit iterum refricari etiam ad inſtantiam actoris, qui illam obtinuit, quia poteſt iterum agere, & debitum probare per veras probationes, dummodo aduerſus ſententiam reus petita reſtitutione in integrum non obtinuerit ſe abſolui, quia tunc obſtaret exceptio rei iudicatæ. ſecundum Bart. *in l. diuus Adrianus. num.* 9. *ff. de re iudic.* bene facit Baer. *deciſ.* 307. vbi quod condemnatus ex falſa cauſa debet reſtitui. & ſubdit, quod licet hoc habeat locum in reo tantum condemnato, & non in actore, quia ſibi eſt imputandum quare mouit litem, antequam ſibi proſpiceret in veris probationbius, tamẽ dicit, quod etiam fuit ibi iudicatum pro actore prætextu inſtrumenti nouiter reperti.

88 Amplia decimo octauo, vt omnis ſententia interlocutoria lata tam in prępàratorijs, quam in deciſorijs poſſit ſemper, & quandocunq; ante ſententiam diffinitiuam non ſolum iterum refricari, ſed etiam contrario imperio reuocari. vt plenè dixi ſupra *in prçparatoria* 22. *num.* 9. *parte prima.*

89 Præſertim de iure canonico. *cap. cum ceſſante extr. de appellat. & cap. quoad conſultationem.* & ibi Innoc. *de re iudic.* & dicit Bart. *in l. quod iuſſit. num.* 9. *verſ. Canoniſtę tenent. ff. de re iudic.*

90 Et proinde in Romana curia frequẽs, & quotidianus eſt vſus reuocandi interlocutorias prçuia citatione ad videndum ab illis reponi, etiamſi fuerit appellatum, & teſtatur Veſtr. in praxi *lib.* 8. *in tit. vt lite pendente. de attentatis.* vbi quod iudex, a quo poteſt non ſolum reuocare grauamen, ſed etiam eo reuocato mandare, vt in cauſa principali ad vlteriora procedatur, ac ſi nunquam fuiſſet appellatum, & quod hoc poteſt non ſolum iudex ordinarius, ſed etiam delegatus, quia, inquit, non per hoc videtur iudex a quo attentare, neq; appellationi aliquod præiudicium inferre, ſed potius expeditioni cauſę appellationis exitum faciliorem prçſtare.

Amplia

91 Amplia decimo nono, vt actor, qui per transactionem a lite iam mota recessit, possit ad eandem litem redire,& eandem instantiam iam inchoatam prosequi. vbicunq; transactio non habuit effectum, vel alias per partes fuerit ab ea recessum. vt per Alex. *in l. si pars diuersa. num. 6. C. de transact.*

92 Fallit in querela inofficiosi mota per exhęredatum, cui per eundem fuerit per transactionem renunciatum; quia si hæres transactioni non steterit, non poterit filius exhęredati ex eius persona redire ad eandem querelam. vt *in l. cum mota. C. de transact.* vt etiam dixi supra *in prępáratorio. xi. num. 97. parte prima.*

93 Amplia vigesimo, vt si iudex per obliuionem omiserit interrogare partes in præparatorijs in casu, vbi æquitas ita suadeat iuxta textum *in l. vbicunq; ff. de interrogat. act. & in clement. sępe. §. sed quia de verb. signific.* possit nihilominus eas interrogare etiam post litem contestatam. vt notat Ripa. *in cap. 1. num. 21. vers. sexto aduerte. extr. de iudic.*

94 Subamplia, vt etiam possit interrogare easdem partes etiam ex officio post conclusionem in causa, nedum ad declarationem retro actorum in iudicio, sed etiam ad fundandam de nouo intentionem partis, & sic in vim nouæ probationis. secundum Alex. *in l. dies cautioni. §. hoc autem iudicium. num. 18. ff. de damno infecto.* vbi respondet ad ea, quæ in contrarium allegantur.

95 Amplia vigesimo primo, vt is, qui primo egit iudicio petitorio, possit ex permissione iuris tale petitorium suspendere, & transire ad iudicium possessorium nouam petitionem porrigendo. iuxta tex. *in cap. pastoralis. de caus. possess. & propriet.* Alex. *in l. si prius. num. 42. ff. de nou. oper. nunciat.* vbi dicit in hoc casu limitari. Auth. *qui semel. C. quomod. & quand. iudex.* quæ vult, quod necessario sit prosequendum iudicium super libello vsq; ad finem causę. Verall. *decis. 323. parte 2.* vbi quod suspensio

96 fieri potest in quacunq; parte iudicij, qua secuta aufert iurisdictionem admittendi probationes super petitorio in tantum quod si post huiusmodi suspensionem feratur sententia, est adeo

97 nulla, vt nō transeat in rem iudicatam. Alex. *cons. 91. num. 1. & 2. lib. 6.* & fuit late deductum in Salamantina parrochialis *Lunæ 30. Octobris. 1589. coram Penia.*

98 Nam petitorij suspensio habet vim protestationis, quod, quicquid fiat in causa, fiat solum ad effectum possessorij. Gozad. *cons. 10. num. 34.*

99 Subamplia, vt non solum in eadem instantia petitorium plures suspendi, & plures ab eius suspensione recedi possit, sed etiam in secunda, & tertia instantia. Rota *decis. 382. alias 8. de caus. possess. & propriet. in nou.*

100 Rursus subamplia, vt petitorium suspendi possit non solum causa prophana, sed etiam in beneficiali, cum in vtraq; procedat conclusio, & ampliatio prædicta. Gazod. *d. cons. 10. num. 22.*

101 Intellige, dummodo suspensio fiat ante conclusionem in causa in vltima instantia, quia conclusio in causa in vltima instantia dicitur conclusio totius causæ de stylo Rotę. vt in Conchen. primitiarum. *Mercurij. 8. Ianuarij 1585. coram Orano.*

Amplia vigesimo secundo, vt pro quolibet delicto possit agi ciuiliter, & criminaliter, ideo sublata via criminali non intelligitur sublata ciuilis nec e contra. *l. 1. C. quand. ciuilis act. praiud. crim.* Alex. *in l. si tibi decem. §. quadam. num. 2. ff. de pact.*

102 Limita tamen præmissam regulam primo non procedere in his, quæ trahunt secum executionem, idest, trahunt statim effectum suum. & hoc est, quod dicitur, trahunt secum executionem. secundum Bald. *in l. quis filio. §. irritum. ff. de ininst. rupt. & irrit. testam.* Bart. *in l. 1. §. quod si sit aliqua in fin. ff. de prator. stipul.*

103 Puta, quia iudex pronunciauit se incompetentem, vel non esse procedendum ad vlteriora, vel absoluit reum ab obseruatione iudicij, vel fecit aliam interlo-

terlo-

terlocutoriam habentem vim diffinitiuæ.

Nam hęc cum non ſperent aliud iudicium poſt ſe non poſſunt iterum coram eodem iudice refricari. *d. l. iudex poſtea quam. ff. de re iud.* Bald. *in l. argentarius. §. ſic iterum. num. 3. verſ. quia iudicium, quod trahit. ff. de edend.* & plene per Felin. *in d. cap. qualiter, & quando. num. 10. & ſeqq. de accuſat.*

Fallit hæc prima limitatio in ſententia excommunicationis, quæ licet trahat ſecum executionem *cap. paſtoralis in fine. de appellat.*

104 Tamen poteſt ab eodem iudice etiam delegato quandocunq; reuocari. Fel. *in d. cap. qualiter, & quando. num. 15.* vbi etiam ſubdit, quod poteſt iudex reuocare ex cauſa omnem aliam ſententiam trahentem ſecum executionem.

105 Item fallit in mandato de manutenendo, quod licet trahat ſecum executionem. Seraphin. *deciſ. 1297. num. 4.* vbi dicit ita fuiſſe perpetuo obſeruatum in Rota.

Nihilominus idem iudex, qui conceſſit, poteſt illud reuocare, & partem alteram de meliori poſſeſſione docentem manutenere. Gratian. *diſceptat. 310. num. 67.* & dixi *in pręparatorio. 22. num. 3. parte prima.*

106 Limita ſecundo, vt nec procedat in confeſſione, quæ facta etiam in pręparatorijs præiudicat quoad deciſoria. Dec. *in d. l. 2. num. 62. verſ. & prædicta diſtinctio. C. de edend.* & facit Bart. *in l. eum lite. num. 6. verſ.* & idem dico de confeſſione, & ibi addentes. *ff. indic. ſolui* Alex. *in l. is apud quem. num. 26. verſ. hanc concluſionem tamen intellige. C. de edend.* vbi dicit, quod probatio facta per confeſſionem indiſtincte probat in alia cauſa inter eaſdem perſonas, ac facta in cauſa ciuili præiudicat in criminali. intelligendo de confeſſione ipſius principalis, ſecus, inquit, in confeſsione procuratoris, quæ non nocet domino in alia cauſa. vt dixi. *in pręparatorio 14. num. 3. parte prima.*

107 Cum nulla ſit maior probatio, quam partis confeſsio. *cap. per tuas, de probat. l. generaliter. C. de non num. pecun.*

108 Limita tertio, vt quod deductum non fuit in pręparatorijs propter malitiam non poſſit iterum deduci in deciſorijs, ſicut dicitur de non deducto in prima inſtantia per malitiam, quod non poſſit denuo deduci in cauſa appellationis. vt per Felin. *in cap. inter monaſterium. num. 19. de ſent. & re iudic.*

109 Limita quarto in ſententia lata contra principalem non poteſt exequi contra fideiuſſorem de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo acceptum in iudicio abſq; eo, quod nouiter refricetur. vt late per Bart. *in l. in ſtipulatione. num. 2. verſ. quid dicemus. ff. iudic. ſolui.* vbi ſecus dicit in fideiuſſore contractus. & eſt communis opinio. ſecundum Bald. *in l. fideiuſſor. §. in fideiuſſorem. verſ. ſed quid in fideiuſſore. ff. qui ſatiſd. cog.* vbi dicit non obſtare, quod non fuerit cognitum de iure fideiuſſoris, quia, inquit de hoc cognoſcitur in iudicio executionis ſummariè tamen, & ſine nouo libello.

110 Item ſecus eſt in ſententia lata contra vnum ex reis debendi, quia non poteſt exequi contra alium ſine nouo proceſſu, licet contra eum integræ actiones remaneant. vt colligitur. *ex l. fin. C. de fideiuſſor.*

111 Limita quinto in fideiuſſore de iudicio ſiſti dato in pręparatorijs, qui poſtea efficiatur non ſoluendo. quia non propterea tenetur debitor iterum ſatiſdare etiam in deciſorijs. Bart. *in l. qui ſatiſdare. num. 12. ff. de fideiuſſ. & mandat.* vbi diſtinguit inter eum, qui tenetur ſatiſdare iure obligationis. vel officio iudicis. nam primo caſu procedit, quod dicit, ſecus in ſecundo. & pro hoc facit. Felin. *in cap. de cautis. num. 6. de offic. & poteſt iudic. delegat.* vbi quod ſi fideiuſſor eſt, pro aliquo debitore, quod ſoluerit debitum infra certum terminum, & creditor prorogauit principali debitori dictum terminum, intra quem debitor efficiatur non ſoluendo, erit fideiuſſor liberatus, de quo vide,

quę dicam infra *in limitatione* 9.

112 Limita sexto, in pronunciatione, seu in interlocutoria lata etiam in præparatorijs, quæ respiciat fauorem status, nam hęc non potest in alio iudicio refricari. *l. 2. C. de ordin. iudicior.* & per Bart. *in d. l. qui Romę. §. duo fratres. num. 7. ff. de verb. obligat.*

113 Limita septimo, in restitutione in integrum, quæ si semel fuerit denegata, non debet iterum concedi. Bald. *in l. 1. num. 1. & 2. C. si sæpius restit. in integr. post.* Io. Andr. *in cap. fin. col. 3. vers. tertio quærebatur. de restit. in integr.* Afflict. *decis. 114. num. 2.* Odd. *de restit. in integr. quæst. 16. art. 8. num. fin. parte prima.*

Pręsertim si fuerit denegata ob defectum probationis lęsionis allegatæ. Bart. *in l. fin. in fin. C. si min. se maior. dix.*

114 Limita octauo, vt in iuramentum litis decisiuum semel pręstitum non possit amplius refricari, nec iurans quatenus deierasse prętendatur, potest prętextu periurij denuntiari, vel contra eum etiam ex officio inquiri, vel procedi. cum post prę stitum tale iuramentum nil aliud quęri possit, quam an sit iuratum periurium vero soli Deo reseruatur in hoc, vel alio sęculo puniendum, & sufficit per alterum puniri, quia non est iudicandum bis in id ipsum. vt plene per Boer. *decis. 305. sub num. 4.* vbi dicit hanc esse magis communem, ac veriorem, ac vindicam opinionem, & ita fuisse conclusum, & latum a restum. Dec. *cons. 62. col. 3. num. 2. vers. primo quantum ad Gregorium.*

115 Limita nono, in fideiussore de aliquid dando, vel faciendo, vel quid aliud agendo infra certum terminum. qui censetur liberatus eo ipso, quod talis terminus prorogatur sine nono eius consensu. Bald. *in l. labeo ait. §. si per fideiussorem. ff. de recept. arbitr.*

Amplia limitationem, etiamsi a principio esset actum, quod dictus terminus possit prorogari. Alex. *in l. dies cautioni. num. 10. ff. de damn. infect.*

116 Limita decimo, vt iudex, qui interposita prima appellatione dedit Apostolos reuerentiales appellanti, non possit amplius dare Apostolos, si ab eodem grauamine fuerit iterum appellatum, quia dando Apostolos iudex functus est officio suo, & consumpta est iurisdictio secundum Bald. *in l. eos. §. Apostolos. C. de appellat.* quem refert. Alex. *in l. cum procurator. §. si dominus. num. 14. ff. de noui oper. nunciat.*

117 Limita vndecimo in eo, qui de debito compromisit de iure, & de facto, nam pendente tali compromisso non potest coram iudice debitorem conuenire: cum obstet ei pendentia compromissi. ex quo potest per arbitrum absolui, quæ absolutio pareret exceptionem rei iudicatę. ita Alex. *in l. pecuniam. num. xi. ff. si cert. pet.* vbi hoc tamen intelligit, quando ex forma statuti sententia arbitri meretur executionem. alias secus dicit, quia tunc, inquit, si facto compromisso te conuenio in iudicio coram iudice, soluitur compromissum, & solum teneor ad pęnam in compromisso contentam.

PRAEPARATORIVM XX.

Prælatus, tutor, vsufructuarius, *cæteriq;* administratores munere, tituloq; fungentes accusati suspecti an per solam accusationem sint in præparatorijs ipso iure ab administratione remoti?

SVMMARIVM.

ADMINISTATORI accusato de suspecto interim interdicta est administratio a lege. 1.

Cautela interdicendi administrationem tutori, est, vt accusetur de suspecto. 2.

Prælatus etiamsi titulum habeat sine administratione adhuc potest accusari suspectus, sicut tutor antequam tutelam gerat. 3.

Accusans de suspecto, & non probans condemnatur in expensis. 4.

De

De suspicione vbi agitur, id quod operatur suspicio in actu, operatur in promptu. 5.
Accusatione suspecti pendente supersedetur in causa ciuili. 6.
Cognitio super accusatione suspecti est iudicium criminale. 7.
Fideiussor potest agere contra principalem suspectum de dilapidatione, antequam soluat. 8.
Suspicio falsitatis habetur pro falsitate. 9.
Debitor de fuga suspectus potest carcerari ad instantiam creditoris iurantis cum suspectu. 10.
Fallit, nisi debitor esse viatore. 11.
Iudex allegatus suspectus non potest ad vlteriora procedere. 12.
Sequestratio bonorum conceditur ratione suspicionis. 13.
Prælatus accusatus suspectus non remouetur, sed pendente accusatione datur sibi adiunctus. 14.
Tutor coniunctus pupillo postulatus suspectus non remouetur, sed datur ei alius adiunctus. 15.
Prælatus, tutor, & vsufructuarius æquiparantur. 16.
Tutor sicut non habet dominium in bonis pupilli, ita nec prælatus in bonis Ecclesiæ. 17.
Confessio tutoris sicut non nocet pupillo, ita nec confessio prælati nocet Ecclesiæ. 18.
Ex suspicione sola nemo condemnandus. 19.
Ex probatione facta in præparatorijs iudicij nemo potest condemnari. 20.
In præparatorijs non potest pronunciari super causa principali. 21
Accusans aliquem de suspecto non dicitur in præparatorijs accusare, sed accusare velle. 22.
In præparatorijs propriè non dicitur iudicium. 23.
In præparatorijs ordo iuris omissus non vitiat. 24.
In præparatorijs non currit instantia triennalis. 25.
Tutor per solam accusationem suspecti est ipso iure suspensus post litem contestatam. 26.
Prælatus habet pleniorem administrationem, quam tutor. 27.
Tutori bannito debet dari curator. 28.
Cum moritur vnus de testamentarijs tutoribus, alius dandus est, secus in legitimis. 29.
Æquiparatio inter prælatum, & tutorem non procedit. 30.
Prælatus dicitur pater, & non potest dari, nisi perpetuus, tutor datur ad tempus. 31.
Tutor debet cauere rem pupilli saluam fore, sed non prælatus. 32.
Tutor tenetur facere inuentarium. 33.
Nisi sit a testatore remissum. 34.
Prælatus non tenetur ad inuentarium, nisi sit suspectus. 35.
Prælatus electus administrat sine licentia superioris, sed non tutor sine decreto iudicis. 36.
Intellige post expeditionem litterarum, secus ante. 37.
Litteræ sunt necessariæ ex regula Cancellariæ. 38.
Tutor tenetur reddere rationem, sed non prælatus. 39.
Prælatus non potest res Ecclesiæ donare, vel vendere. 40.
Accusatio suspecti calumniosa non suspendit ipso iure tutorem. 41.
Malitijs, & fraudibus iura obiunt. 42.
Prælato accusato de suspecto datur coadiutor vt hic. 43.
Prælatus accusatus non remouetur pendente accusatione a prælatura, etiamsi sit homicida. 44.
Beneficium prælati priuati per sententiam non confertur, si a sententia fuit appellatum. 45.
Beneficium priuati non potest conferri in termino decem dierum ad appellandum. 46.
Tutori coniuncto pupillo datur coadiutor propter suspicionem. 47.
Declara vt hic. 48.
Tutor, qui non ingerit se, videtur tutelam negligere, & potest vti negligens remoueri. 49.
Patri administratori bonorum filij datur coadiutor propter suspicionem. 50.
Patri competit vsusfructus in bonis aduentitijs filij. 51.
Pater in bonis filij quoad proprietatem bonorum est procurator in rem suam. 52.

Amor nullus vincit paternum. 53.
Solus pater dicitur legittimus administrator filij, & potest expedire ea, quę specialẽ mandatum requirunt. 54.
Pater repudians vsumfructum bonorum filij non est legittimus administrator filij. 55.
Patris maior est potestas in filium, quam tutoris in pupillum. 56.
Pater administrator bonorum filij accusatus suspectus propter dolum commissum remouetur saluo iure alimentorum. 57.
Vxori relicta dominę, massaria, & vsufructuaria debentur solum alimenta. 58.
Relictum annum relictum pauperi praesumitur factum in causa alimentorum, secus si diuiti. 59.
Marito vergente ad inopiam, vel de dilapidatione suspecto bona dotalia debent sequestrari, vel assignari vxori, vt debeant matrimonij oneribus inseruire. 60.
Bona dotalia sunt in dominio mariti non vxoris. 61.
Fallit in bonis paraphernalibus, quæ sunt in dominio vxoris, & non mariti. 62.

1 NON modica est inter Doctores concertatio, nunquid prçlatus, tutor, vsufructuarius, aliusue administrator per solam accusationem de suspecto contra eos porrecta sint ammodo ipso iure ab administratione suspensi. pleriq; enim tenent affirmatiuam colligentes eam ex textu *in l. quod si forte. §. sunt quidam. ibi.* idem dico, & si sciens quis suspectis postulatis soluat, nam his interim videtur interdicta administratio. *ff. de solut.* per quem textum cauti aduocati quando volunt impedire tutorem administrare, consulunt eum accusari de
2 suspecto, nam interim pendente causa suspicionis non potest administrare, ita tenet Bald. *in l. veteris. in fine. C. arbitrium tutel.* vbi dicit, hoc esse notandum, quia sic habuit de facto. & idem indistincte tenet *in l. eum quem. C. de suspect. tut.* vbi quod sola suspicionis accusatio impedit ipso iure administrationem tutoris per *d. §. sunt quidam.* & prædictam etiam cautelam docet Specul. *in titul. de tutore. §. fin. vers. si per premissa.* adde Bald. *in l. prima. §. item solent. num. 6. ff. de offic. praefect. vrb.* vbi
3 quod tam tutor antequam gerat, quam prælatus, qui titulum habet sine administratione, possunt accusari, & postulari suspecti. caueat sibi tamen accu-
4 sans, quia si non probaret, condemnaretur in expensis. vt notat Io. de Imol. *in d. §. sunt quidam. num. 5.*
5 Ratio huius affirmatiuæ ea potissimum videtur esse, quia vbi agitur de suspicione, illud, quod operatur suspicio in actu, operatur in promptu. secundum Bald. *in l. pignoris. in princ. C. de pignorat. act.* per glossam ibi, quam dicit adhoc quotidie allegari. intellige, si per modum accusationis deducatur suspicio, secus si per modum exceptionis. *cap. super his. de accusat.*
6 In tantum quod pendente accusatione de suspecto, suspenditur processus ciuilis forsitan inchoatus. Bald. *in l. si quis testibus. num. 5. vers. sed an pendente accusatione. C. de testib.*
7 Cum cognitio super accusatione suspecti sit iudicium criminale. idem Bal. *in l. 1. in fin. C. si tutor. non ierit.*
8 Et proinde licet fideiussor non possit agere, antequam soluat, tamen hoc fallit, quando principalis est de dilapidatione suspectus; vt quia cœperit dilapidare bona sua. secundum glossam. *in l. si pro ea. in verb. feceris.* & ibi Bald. *C. mandati. vel contra.*
9 Item sola suspicio falsitatis habetur pro falsitate. Archid. *in cap. in memoriam distinct. 29.* Dec. *cons. 448. num. 28.*
Item vbi debitor est de fuga suspectus, potest iudex, si vult, relaxare capturam ad instantiam creditoris iuran-
10 tis eum esse de fuga suspectum. vt notat Ripa. *in l. soluto matrimonio. num. 57. ff. solut. matrim.* Menoch. *de arbitr. cas.*
11 87. *num. 6. lib. 2. cent. 1.* vide ad hoc Paul. de Castr. *cons. 40. incip.* pro pleniori examine. hoc verum nisi debitor de tempore, quo debitum contraxit, esset viator, qui non potest iurare suspectus ratione recessus. Bald. *in l. heres absens.*

absens. §. si quis tutelam in fin. ff. de iudic.

12 Item iudex, statim atq; allegatur suspectus habet manus ligatas, ita quod non potest ad ulteriora procedere, nec animodo valet ipso iure processus eius. Bald. *in l. 1. num. 2. C. si quacunq; prędit. potest.*

Præsertim vbi suspicio sit notoria. Paul. de Castr. *cons. 22. incip.* circa primum quæsitum. Felin. *in cap. accedens il primo. num. 9. vt lit. non contest.* vbi quod in suspicione notoria non est eundum ad arbitros.

13 Item ratione suspicionis fit sequestratio bonorum. *l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisdar. cog. l. vnica. C. de prohib. sequestr. pecun. cum simil.*

14 Alij vero tenent negatiuam. *in d. §. sunt quidam.* & dicunt, quod pro ea facit. *cap. venerabili. extr. de offic. delegat.* vbi dicitur, quod sicut prælato accusato de suspicione adiungitur alius, cum quo administret, etiam in casu, vbi contra eum sit probata suspicio. vt *in cap. licet heli. de Simon.* ita etiam tutori præ-

15 sertim ei, qui sit talis, quod propter suspicionem etiam probatam non debet remoueri, puta, si sit coniuncta persona. vt *in l. si tutor aliquo. ff. de suspect. tutor.* non est interdicta administratio pendente suspicionis lite, sed debet alius sibi adiungi. ne sit deterrioris conditionis, qui est in casu dubij, quam qui est in casu certi. ita tenet Bart. *in d. §. sunt quidam. num. 4.* vbi æquiparat tutorem, & prælatum. & dispositum in vno videtur, & in alio dispositum. *l. si res. C. ad exhibend.*

16 Et quod tutor, vsufructuarius, & prælatus ęquiparentur in iure dicit glossa. *in cap. præsenti. in verb. reseruari extr. de offic. ordin.* quam sequitur Felin. *in cap. fin.* Dec. *num. 2. de Simon.*

17 Quia sicut tutor non habet dominium in bonis pupilli, sed tantum administrationem, ita prælatus in bonis Ecclesiæ. Dec. *cons. 640. num. 4.*

18 Hinc confessio tutoris sicut non nocet pupillo, ita nec confessio prælati nocet Ecclesię. *in l. in contractibus. §. sed quoniam. num. 5. C. de non. num. pecun.*

19 Est autem ratio istius negatiuę. quia ex sola suspicione non potest quis condemnari. *l. absentem. ff. de pęn.*

Suspicio enim est parui momenti, quia sicut de facili insurgit, sic etiam de facili potest remoueri, & ideo non iudicando non attenditur, cum sit minus, quam pręsumptio. Dec. *cons. 575. num. 5.* Farinac. *de indit. & tortura. quęst. 36. num. 251. & seq.*

20 Item ex probationibus factis in pręparatorijs nemo potest condemnari. *l. 2. §. qui dicit. ff. de adulter.* Bald. *in l. si magnum. num. 3. in fin. C. de ijs, qui accus. non poss.*

Sicut nec ex testibus in præparatorijs iudiciorum examinatis. vt est casus *in cap. exhibita. extr. de iudic.* & de hoc late dixi in præparatorio pręcedenti.

21 Item in pręparatorijs non potest pronunciari super causa principali, cum adhunc effectum litis contestatio requiratur. & vbi pronunciatur lite non contestata, sententia est ipso iure nulla. Bald. *in l. non potest. in princ. ff. de iudic.*

22 Quid in tanta varietate dicendum? respondeo distinguendo, aut loquumur ante litis contestationem, & vindicas, quod nullus administrator accusatus, siue postulatus suspectus per solam accusationem est ipso iure ab administratione suspensus. cum adhunc effectum requiratur litis contestatio. tum quia per solam accusationem suspecti non dicitur quis in pręparatorijs accusare, sed accusare velle. ita in proposito respondet Io. de Imol. *in d. §. sunt quidam. num. 5.* vbi refert Angel. dicentem ita fuisse de facto Perusij obseruatum.

23 Tum etiam quia sicut in pręparatorijs non est proprie iudicium. *l. amplius non peti. ff. rem rat. haber.*

24 Ita nec ipso iure potest esse suspensio per litis super suspicione pendentiam, cum adhuc non pendeat iudicium, quod nondum est inceptum, nec tunc sit dare aliquem iudiciarum ordinem, qui, si omittatur, vitiet ipso iure processum. vt concludit idem Io. de Imol. *in l. si quæramus. num. 2. ff. de testam. ordin.*

vbi

vbi dicit, quod ea, quę fiunt ante litis contestationem, dicuntur pręludia, seu pręparatoria iudicij. Adde Bald. *in l.1. num. 3. C. de bon. mater.* vbi dicit, quod in pręparatorijs non est iudicium, nec firmata persona in iudicio. item in pręparatorijs non est dare instantiam iudicij, cum illa non incipiat, nisi post litem contestatam. Bald. *in l. licet autem. in addit. ff. de recept. arbit.*

25

26 Aut vero loquimur post litem contestatam, & tunc dicas, quod in tutore procedit opinio affirmatiua, videlicet quod per solam accusationem sit ipso iure suspensus vt *in d. §. sunt quidam*, qui in specie loquitur in tutore, & ita illum intelligit ibi Io. de Imol. secus dicens in pręlato, qui etiam pendente accusatione suspecti non repellitur, & sic in eo procedat negatiua opinio, cum habeat pręlatus pleniorem, & vberiorem administrationem, quam tutor, quia, inquit, potest pręlatus vti fructibus ad suam vtilitatem, quod non potest tutor. subdit tamen, quod si contra pręlatum vltra accusationem concurrat alia verisimilis pręsumptio, vel suspicio de dilapidatione, tunc non ex toto interdici ei debet administratio, sed dandus est ei coadiutor *per d. cap. venerabili.* & si postea apparebit de suspicione, quod tunc ex toto remoueri debet. *per d. cap. licet heli.* & ita etiam tenet Felin. *in cap. omnipotens. num. 2. de accusat.*

27

28 Addit insuper Io. de Imol. vbi supra, quod si tutor banniatur, vel relegetur, debet in locum illius dari non alius tutor, sed curator dandus est, & dicit ita multoties fuisse practicatum.

29 Sicut cum moritur vnus ex tutoribus testamentarijs, datur alius, sed non cum moritur vnus ex legittimis, vel datiuis, quia legittima, vel datiua non compatitur secum hęreditaria tutela. secundum Bald. *in l. & post rem in additione. vers. an sicut. ff. de transact.*

Non obstat ęquiparatio supra facta de prælato, & tutore de suspecto accusatis, & quod propter solam pendentiam accusationis vterq; perdat administrationem. prout ita etiam sentit glossa. *in §. si quis autem.* Instit. *de suspect. tutor.*

30 Quia respondet Imol. *loco citato. num.* 7. quod ex prędictis satis apparet, quod talis æquiparatio non procedit.

31 Sed tu dic, quod æquiparatio ex alio non procedit, quia tutor datur ad tempus, sed prælatus non potest eligi, vt sit temporalis, cum prælatus dicatur pater, ideo debet esse perpetuus. *cap. veniens. extr. de fil. presbiter.* & notat. Bald. *in l. si tibi filius. num. 2. ff. de adopt.*

32 Item tutor nisi sit datus in testamento, debet cauere rem pupilli saluam fore, sed prælatus non cauet rem Ecclesiæ saluam fore, vt per Bald. *in l. non enim aliter. in addit. in princ. ff. de adoption.*

33 Item tutor tenetur facere inuentarium, quod si non confecerit, remouetur vti suspectus. vt dixi *supra in præparatorio. 8. num. 37. parte secunda.* in tantum quod non valet administratio tutoris ante inventarij confectionem, nisi fauore minoris, non autem aliorum. vt tenuit Rota in Auximana tutelæ *Luna. 5. Aprilis 1585. coram Gyptio*

34 Nisi confectio inuentarij fuerit per testatorem remissa. Dec. *cons. 418. num. 14.*

35 Sed prælatus non tenetur ad inuentarium, nec remouetur, licet illud non confecerit. Bald *in l. prima in additione §. item solent. num. 3. vers. item an prælati. ff. de offic. præfecti Vrbis.*

Nisi sit suspectus. idem Bald. *in d. §. item solent. in additione. num. 2.*

36 Item prælatus postquam est electus, administrat sine alio decreto, vel licentia superioris, sed tutor postquam est electus a testatore, non administrat sine licentia iudicis, nisi testator dixerit, quod possit administrare sine iudicis decreto. idem Bald. *in d. §. item solent. num. 5.*

37 Intellige de prælato electo administrante post leuationem litterarum Apostolicarum, secus si ante. quia tunc administrare non potest, & administrans incurrit pœnam. *cap. auaritiæ de elect. in 6.* Fel.

38 6. Fel. *in cap. ne* Dec. *num. 3. de Simon.* cum regula Cancellariæ necessario requirat expeditionem litterarum, ne detur vitiosus ingressus, vt sæpe dixit Rota. vt in Anconitana pensionis. *Lunæ. 15. Iunij. 1587. coram Plato.* & in Sorana beneficiorum coram Orano de eodem anno, & alibi sæpe.

39 Item tutor administratæ tutelæ rationem reddere tenetur. *l. 1. §. officio. ff. de tutel. & rat. distrah.* Menoch. *de arbitr. iudic. cas. 209. num. 2. lib. 2. centur. 3.*

40 Sed prælatus non tenetur reddere rationem, quia, vt dixi supra, potest fructus in vsum proprium, vti litatemq; conuertere. non tamen potest res Ecclesiæ donare, vel vendere. facit Innoc. *in cap. nisi essent de preb. & in cap. fraternitatem. de donat.*

Ex quibus protectò colligitur, quod affirmatiua opinio, de qua supra videlicet quod administrator per accusationem de suspecto post litem contestatam, vel pro contestata habitam, est ipso iure ab administratione suspensus, procedit in tutore, seu curatore bonorum *per d. tex. in d. §. sunt quidam.* & Imol. *ibi num. 5.* vbi refert ita fuisse in facto iudicatum. *& num. 7. vers. ideo licet.*

41 Et hoc verum, si accusatio fuerit facta bona fide. secus si malitiosè affectata, quia tunc sicut ficta lis, seu fictum debitum non excusat tutorem a tutela, & sicut ficta inimicitia non repellit testem, ita ficta accusatio de suspecto non debet ipso iure remouere tutorem per ea, quę not. Bald. *in l. cum hi quibus col. 2. vers. item arg. quod ficta lis ff. de transact. in additione. & in §. si cum lis. num. 4.* vbi assignat rationem, quod iura obuiant malitijs, & fictionibus, & quod

42 illud, quod est vna via prohibitum, alia admitti non debet, ne prohibitio reddatur frustratoria. ideo hoc stat in iudicis arbitrio. *arg. l. 3. vers. tu magis. ff. de testib.*

Id quod iudex facile poterit æstimare ex fraudulenta, vel callida conuersatione suspecti tutoris circa res pupillares. *l. si creditores. ff. de priuil. cred.*

43 Opinio vero negatiua procedit in prælato accusato de dilapidatione bonorum, cui per solam pendentiam accusationis non est interdicta ipso iure administratio etiam post litem contestatam in causa suspecti, nisi contra eum vrgeat aliqua vehemens, & verisimilis dilapidationis præsumptio, quo casu non debet remoueri, sed ei coadiutor dandus est. vt supra dictum est per Imol. *in d. §. sunt quidam. num. 7. vers. secus est in prelato.*

Intellige de sola remotione; per coadiutoris dationem pendente lite. vt *in d. cap. venerabili de offic. delegat.*

44 Secus de remotione ab ipsa dignitate, vel prælatura, quia ab illa non est remouendus pendente lite, etiamsi sit irregularis, & homicida; sed interim sustinendus est, donec per sententiam remoueatur. vt notat Innoc. *in cap. cum nostris. de concess. preb.* quem refert, & sequitur Bald. *in l. 1. num. 1. vers. & pro hoc facit. ff. de Senator. & in l. quod ait prætor. §. miles qui. num. 2. ff. de his, qui not. infam.* vbi quod beneficiatus quamuis sit homicidia, licite retinet benefi-

45 cium, donec per sententiam priuetur. vt per Innoc. *in d. cap. cum nostris.* & per Archidia. *in cap. studeat. distin. 50.* Felin. *in cap. sciscitatus. num. 6. de rescript.*

46 Quinimmo etiam post priuationis sententiam licite retinet beneficium, si appellauerit. Rota. *decis. 2.* & ibi Adden. *num. 67. de rescript.* vbi quod beneficium, quo aliquis per sententiam priuatus sit, non potest conferri, nisi elapsis decem diebus datis ad appellandum. quod intelligas, si sententia lata sit contra præsentem, secus si contra absentem. Innoc. *in cap. quoniam contra de probat.*

47 Item procedit in tutore, qui si sit coniunctus pupillo, non remouetur, sed debet ei dari alius adiunctus, cum quo administrat. vt *in d. l. si tutor aliquo. ff. de suspect. tutor.*

48 Et hoc verum, si talis tutor sit suspectus ratione culpę, vel negligentiæ, vt

quia

quia nescit gubernare, quia tunc dari debet adiunctus, ne infametur. secus si sit suspectus ratione doli, vel fraudis. quia tunc omnino interdicenda est ei administratio. vt *in d. §. sunt quidam.* & ita dicit ibi Imol. *num. 7. vers. item adde* licet ibi non bene se firmet, sed melius se explicat. *in l. Imperator. circa finem. vers. & hoc si dolus non versatur. ff. ad trebell.*

Nisi tamen tanta esset culpa, & negligentia tutoris; quod ęquitas non patiatur eum debere administrare, vt si permitteret culpabiliter, domos ruere, & vineas exsiccare, vel pateretur prædia vendi, & distrahi, & similia, quia tunc potest ei administratio totaliter auferri. secundum Alex. *in d. l. Imperator. num. 14.* vbi quod hæc opinio sibi videtur esse verior, & æquior, & loquitur in terminis patris dilapidantis bona filij, etiam negligendo, cui permittitur administratio ad similitudinem tutoris vt mox dicam.

Sed huiusmodi culpa, vel negligentia debet in specie concludenter probari. Dec. *cons. 632. num. 4.*

49 Prout tutor, qui non ingerit se, videtur tutelam negligere, & potest vti negligens remoueri. Bald. *in l. & post rem. in additione. col. 3. vers. circa tutelam legittimam. ff. de transact.*

50 Item procedit etiam in patre administratore bonorum filij. accusato de suspecto, cui accusatione pendente dari debet coadiutor, sicut pręlato. quia hoc
51 remedio consulitur patri, cum interim non priuetur commodo vsusfructus, qui sibi competit in bonis aduentitijs filij. vt *in l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.*

52 In quo vsufructu non potest filius pręiudicare patri, cum in eo habeat pater non solum mandatum formale, sed etiam causale, idest coniunctum cum dominio vtendi, & fruendi. respectu vero proprietatis filij, censetur procurator in rem suam cum plena, immo plenissima administratione sibi a lege concessa. secundum Bald. *in d. l. 1. num. 3. C. de bon. matern.*

53 Quia lex multum confidit de patre, cum non sit amor, qui vincat paternum. & pater præsumitur magis diligere filium, quã se ipsum idẽ Bald. *in d. l. & post rem in addit. col. 2. ff. de transact.*

54 Ideo pater dicitur legittimus administrator filij; & potest expedire nomine filij etiam ea, quæ speciale mandatum requirunt. Alex. *in l. patri. ff. de minor.* Roman. *singular. 619. in apostill.*

Non tamen potest constituere procuratorem ad lites nomine filij in præparatorijs, cum tunc non sit effectus dominus litis, cum hoc tantum possit post litem contestatam. Bald. *in d. l. 1. num. 3.* sicut nec tutor, seu curator potest in præparatorijs procuratorem constitutuere vt *decis. 133. fuit dubitatum parte 2.*

Vnde huiusmodi titulo legittimi administratoris filij non potitur, nisi pater. Chartar. *decis. Ian. 54. num. 18.*

55 Intellige, si pater habet vsumfructum bonorum filij, secus si repudiauit vsumfructum, quia tunc non dicitur pater legittimus administrator filij. vt in Auth. *excipitur. cum sua glossa. C. de bon. quę liber.*

56 Hinc est, quod maior est potestas patris in filium, quam tutoris in pupillum. vt late per Ar. Pinellum. *in d. l. prima parte 2. num. 67. C. de bon. mater.*

57 Verum si pater vsufructuarius bonorum filij accusetur de suspecto, & in processu probetur, quod ipse dolose, & per fraudem dissipauerit bona filij, debet per sententiam ab administratione, & vsufructu remoueri, saluo tamen iure alimentorum, si sit inops, & non possit aliunde se alere. vt notatur *in d. l. Imperator. ff. ad trebellian.* & ibi Io. de Imol. vbi hoc putat esse verius, & Alex. *num. 8.* vbi quod hæc opinio communiter tenetur, quia, inquit, si reseruaretur ei vsusfructus tanquam vsufructuario, nulla sub esset ratio, quare magis deberet vsufructu priuari pater, quando esset inops, quam quando non esset inops.

58 Confirmatur alia ratione, quia sicut quando testator relinquit vxorem suam,

suam dominam, massariam, & vsufructuariam, huiusmodi relictum, ex quo non loquitur expresse de vsufructu, tamquam de vsufructu formali, resoluitur in alimenta. vt not. *in l. 1. C. si secund. nup. mul.* & hoc est de consuetudine, quæ communiter approbatur, & obseruatur. Dec. *Cons.* 418. *num.* 1. *& cons.* 537. *num.* 1.

Ita etiam cum *d. l. Imperator. ff. ad trebell.* loquatur de patre inope, & egeno, debet interpretari, quod necessario loquatur de alimentis, & non de vsufructu, cum annuum relictum factũ pauperi præsumatur in dubio in causa alimentorum, secus si diuiti, secundum Bald. *in d. l. cum hi quibus. §. si in an-*
59 *nos. ff. de trasact. & in aditione col.* 2. vbi quod dicitur pauper; is, qui per famulatum habet sibi querere alimenta.

Item procedit etiam in marito dilapidante bona dotalia vxoris, qui si accusatur suspectus, non debet excludi à iure suo, cum talia bona debeant inseruire in oneribus matrimonij, sed si contra eum vrgeat dilapidationis su-
60 spicio, debent interim sequestrari, vel assignari vxori, vt debeant sicut prius eisdem oneribus inseruire. *vt in l. vbi adhuc. C. de iure dot.* Alex. *in d. l. Imperator. num.* 3. *ff. ad trebell.*

Non obstat, quod bona dotalia, siue æstimata, siue non æstimata sunt in do-
61 minio mariti, non autem vxoris. *l. docee. C. de rei iudicat.* & ita communiter tenetur. vt dicit Alex. *in l. pat r filiam. num.* 5. *vers. in glossa final. ff. ad falcid.* idcirco fructus dotis constare matrimonio pleno iure pertinent ad maritum. vt late per Put. *decis.* 93. *cauetur statuto. num.* 7. *part.* 1.

Vnde non potest maritus priuari hoc suo dominio.

Quia respondetur, quod fallit, hoc quando maritus vergit ad inopiam. vt dicit glossa. *in d. l. doceo. in verbo. nequiuisse.*

Intellige tamen prędicta in bonis dotalibus, secus in paraphernalibus, quæ
62 sunt in dominio vxoris, & in administratione viri de voluntate tamen vxoris, cessante verò vxoris voluntate non potest maritus administrare, nec fructus percipere, & perceptor tenetur restituere, iuxta magis communem opinionem, de qua late per Dec. *cons.* 521. *num.* 4. *& 5.*

PREAPARATORIVM. XXI.

Vtrum Actor in suo libello mentionem faciens de aliquo instrumento, illud reo petenti in præparatorijs edere teneatur?

SVMMARIVM.

Libellus se referens ad aliquod instrumentum, in quo actor se fundet, non arctat reum ad respondendum, nisi prius instrumentum exhibeatur relatum. 1.

Instrumentum se referens ad aliud non probat sine relato, etiam inter ipsos contrahentes. 2.

Actor non tenetur edere iura sua contra se ipsum. 3.

Actor non potest petere, quod reus sibi edat ad intentionem fundandam. 4.

Arma non sunt sumenda de domo rei. 5.

Reus potest petere, quod actor sibi edat ad exceptionem fundandam. 6.

Rei in potestate non est excipere quandò velit: 7.

Actor habens penes se instrumentum, quod in suo libello ennunciauit, tenetur illud edere reo in preparatorijs. 8.

Libellum oppositum tanquam generalem, & incertum tenetur actor declarare. 9.

Iudex est stultus si procedat super libello opposito pro generali, antequam declaretur. 10.

Exceptio contra libellum, quod si sit generalis, opponenda in præparatorijs. 11.

Libellus quando dicatur incertus, & generalis. 12.

Per verba ennunciatiua prolata in libello non intelligitur

intelligitur quis confiteri; sed tantum per verba, in quibus libelli fundatur conclusio. 13.

Verba enunciatiua non debent inducere duos effectus contrarios. 14.

Instrumentum alienum non tenetur actor in praparatorijs edere, si iurat illud non habere. 15.

Actor producens instrumentum vna cum libello non potest obtinere, nisi illud reproducat post litem contestatam. 16.

Stante statuto, quod non possit opponi de incertitudine libelli, non potest reus petere, quod edatur sibi instrumentum in praparatorijs. 17.

Instrumenti editio non fit in preparatorijs, vbi reus potest esse certus, ex ipso libello. 18.

Instrumentum simpliciter relatum in libello probat inter easdem partes, licet non edatur. vt hic. 19.

Instrumentum relatum in libello pro expressione contentorum, habetur, ac si fuisset expressus. 20.

Iudex condemnans prout in instrumento, valide condemnat, si instrumentum in actis appareat. 21.

De instrumento relato, non est necesse constare, quando relatio fit per eum, qui de perse potest de nouo principaliter disponere. 22.

Heres non potest, vt edatur sibi testamentum ad petitionem legatarij petentis legatum. 23.

Legatarius potest agere contra heredem, vt sibi edatur testamentum ad inspiciendum, an in eo sit sibi aliquid relictum. 24.

In instrumento non nominatus potest pro suo interesse petere copiam instrumenti. 25.

Libellus etiam generalis procedit, vbi extat statutum, quod lites summariè cognoscantur. 26.

Actor differens producere instrumentum, vnde appareat, quod reus non habet iustam causam, condemnatur in expensis. 27.

Nota hic cautelam protestandi contra actorem non edentem in preparatorijs. 28.

SAEpe numero cõtingit, quod actor in suo libello mentionem facit de aliquo instrumento, puta, dicit, mutuaui tibi centum quæ promisisti mihi soluere, prout continetur in instrumento rogato per tale notarium tali loco, & tempore, quare peto te condemnari ad illa centum. ego oppono, quod, iste libellus est generalis, & incertus, quia se refert ad instrumentum, ideo non intendo respondere, nisi prius illud edatur, vt inde instruar, an velim cedere vel litigare; & de incertitudine patet, quia libellus se referens non facit fidem

1 sine relato, nisi illud exhibeatur. Auth. *si quis in aliquo. C. de edend. & in terminis.* Alex. *cons. 3. incip. in causa, & lite vertente. num. 3. vol. 2.*

2 Sicut instrumentum se referens ad aliud sine relato non probat etiam inter ipsos contrahentes, saltem quoad ea, quæ de tempore confecti instrumenti verisimiliter interuenire non potuerunt. Ias. *in d. Auth. si quis in aliquo.* Mandell. *cons. 739. num. 23.*

3 Replicat actor, quod non tenetur edere instrumentum, & iura sua contra se ipsum. *l. nimis graue. C. de testib. l. qui accusare. & l. fin. C. de edend. cap. qua intendit. 4. quæst. 3.*

4 Duplico ego reus, quod licet actor non admittatur, si velit sibi edi a reo ad intentionem fundandam, quia ad iudicium venire debet instructus, & non expectare, quod instruatur a reo, cum

5 arma nõ sint sumenda de domo rei. *d. l. nimis graue.* late Mantua Patauin. *in suo glossario iuris. classe 3. cap. 47. in princip.* late Abb. *in cap. 1. num. 16. extr. de probat.*

Licet aliud sit in fisco, cui reus tenetur edere ad intentionem fundandam in ciuilibus, secus in criminalibus. Clar. *in §. fin. quæst. 27. num. 2.*

6 Tamen reus bene admittitur, si velit sibi edi ab actore ad exceptionem fundandam. vt plene *dixi supra in praparatorio 28. num. 18. parte prima. & in praparatorio 14. num. 11. parte 2.* adde Bart. *in l. & quę. num. 1. C. de edend.*

7 Ratio differentiæ inter actorem, & reum ea potissimum est, quia non est in potestate rei excipere, quando velit. Alex. *cons. 37. num. 4. lib. 3.*

Et

Et proinde omnes exceptiones, tam dilatoriç, quam peremptoriç sunt perpetuæ. *vt dixi supra in prçparatorio 13. num. 58. parte tertia.*

Queritur quid iuris? Respondeo, quod si actor habet penes se instrumẽtum, ad quod limitatiua se refert per dictionem prout,. vel illud de facile
8 habere potest, tenetur illud edere in præparatorijs ad deliberationem rei. ita dicit Innoc. *in cap. 1. extra de probat.* & ita Innocentium loqui dicunt Bart. *in l. edita actio. num. 29.* & Bald. *num. 109. & seq. in lectura Paduana.* & ita intelligas ea quæ in proposito dixi *in d. prçparatorio. 28. num. 6. parte prima.*

Quibus adde Alex. *d. conf. 3. num. 2. vers. hoc etiam in terminis vol. 2.* late Abb. *in d. cap. 1. num. 26. de probat.*

Intellige si reus non potest habere instrumentum à notario, vt quia notarius omisisset originale, & originale ipsum sit penes partem; quo casu debet fieri editio ad eruendam veritatem, & ita de stylo seruat Rota, quæ in his casibus solet cogere partes ad exibendum ex æquitate canonica. *vt fuit dictum in Abulen. Canonicatus. 20. Nouembris 1589. coram de Rubeis.* per Bero. *in cap. 1. num. 6. vers. vltimo. de probat.* Caputaq. *decis. 274. parte prima.* Rota. *decis. 5. de probat in nou.*

Præsertim si reus opponit de generalitate, incertitudine, & obscuritate libelli, qua oposita oportet, vt ante
9 omnia declaretur, aliàs non potest in causa procedi, vt in proposito tenet idem Bald. *in d. l. edita. num. 110.* vbi quod agens debet esse cautus, vt clarè se referat ad instrumentum, dicendo,
10 quod ita substantialiter in instrumento continetur, aliàs non auditur. plus etiam dicit Bald. *in l. si rem. ff. de rei vendicat.* quod stultus est iudex, qui procedit super libello opposito pro generali, & obscure, antequam declaretur, & idem voluit etiam ibi Angel. Speculat. *in titul. de offic. indic. §. fin. vers. quid si libellus.* Adde Angel *in l. 1. ff. de edend.* vbi dicit, cautum debere esse reum, vt opponat de generalitate, quia tunc fatuus esset iudex, si admitteret libellum generalem. & huiusmodi exceptio de generalitate libelli debet
11 opponi in præparatorijs; *vt dixi supra in præparatorio 2. num. 24. parte tertia.*
12 Dicitur autem libellus incertus, quando in eo non exprimitur factum cum expressione causç, ex qua clara, & certa actio colligatur. late Alex. *cons. 182. num. 2. lib. 2.*

Sed si actor dicat, quod pro tunc non habet instrumentum penes se; debemus stare eius dicto; quia per illa verba enunciatiua prolata in libello non videtur libellans confiteri se habere in promptu instrumentum; cum nunquam confessio resultet ex libello, nisi ex verbis, in quibus fundatur conclusio
13 libelli. Bald. *in l. titia. in fin. ff. de legat. 2.* item ista enunciatiua fit ad præparandam probationem pro se; ergo non
14 ad inducendam editionem contra se, ne contrarios effectus operetur. *vt dixi in præparatorio. 14. num. 6. & 44.* huius tertiæ partis, illud enim quod adijcitur ad vnum effectum, alium effectum non operatur. Bald. *in l. si duo rei. ff. de verb. obligat.*
15 Tanto magis si instrumentum non sit proprium, sed alienum, cuius actor non haberet facultatem edendi, quo casu si actor iuret, quod illud exhibere nõ potest, nõ tenetur edere in præparatorijs, sed tantum post litem contestatam. cum editio instrumenti fieri debeat post litem contestatam, non autem in prçparatorijs, in tantum, quod
16 si actor vna cum libello producat instrumentum, nisi illud idem instrumentum reproducat post litem contestatam obtinere non potest. Alex. *d. conf. 3. num. 3. vers. & si essent aliena instrumenta. & num. 8.* sed instrumentum proprium relatum in libello tenetur edere, vt supra, quinimo actor ipse potest petere a reo instrumentum proprium, vel commune, etiam ante oblationem libelli, vt possit deliberare, an debeat litem mouere. ita Abb. *in d. cap. 1. num. 26. vers. quere dico de prob.*

17 Fallit primo regula, vbi extat statutum prout est Ianuæ *lib. 2. cap. 13.* quod non possit obijci exceptio libelli obscuri, conditionalis, dubij, incerti, seu male formati, aut alia quæcunq;

18 Fallit secundo, vbi reus potest esse certus ex ipso libello, vt quia in eo fiat mentio instrumenti non per modum limitatiuum, vel relatiuum, sed per modum præparandi probationem suo loco, & tempore, puta, si dicat vendidi tibi talem rem pro tanto prætio, & dico quod de hoc apparet instrumentum manu talis notarij suo tempore exhibendum. ita declarat Bart. *in d. l. edita. num. 29.* & Bald. *num. 109.* vbi quod hoc modo præsumitur, quod enuntiet instrumentum ad corroborationem suæ petitionis, non autem ad impugnationem.

19 Fallit tertio, vbi agitur de instrumento, seu contractu inito inter easdem partes; quia tale instrumentum simpliciter relatum probat inter easdem personas, quantum ad ea, quæ potuerunt verisimiliter interuenire de tempore confecti instrumenti, alias secus. Ias. *in d. Auth. si quis in aliquo. num. 9.* vbi dicit, quod si in libello dicatur, quod Titius per instrumentum promisit me conseruare indemnem a quodam instrumento promissionis pro eo facto de mille libris, non est necesse ostendere illud instrumentum relatum inter easdem partes.

20 Ratio est, quia vbi quis in libello, seu in aliqua scriptura se refert ad aliquod instrumentum, pro veriori expressione contentorum, illud habetur, ac si fuisset expressum. vt plene per Anton. Corsett. *in suo sing. incip. si quis in supplicatione in verb. relatio.* vnde si iudex dicat, condemno te, prout in tali instrumento continetur valet condemnatio, si illud instrumentum appareat in actis, alias secus. idem Anton. Corsettus. *in sing. incip. iudex dicit in verbo sententia. in fin.*

21 Fallit quarto, quando relatio fit per eum, qui de per se potest disponere de

22 nouo principaliter, nam tunc non est necesse constare de relato. idem Ias. *vbi supra. num. 9. vers. item limita.*

23 Fallit quinto, vbi reus potest esse verisimiliter instructus de instrumento relato, puta, si legatarius agat contra hæredem pro legato, quod in testamento continetur, nam non potest hęres petere, quod edatur sibi testamentum, ex eo quod presumitur esse apud hęredem. Bart. *in d. l. edita. num. 29. vers. si vero est aliquod instrumentum.* Abb. *in d. cap. 1. num. 26. vers. exemplum petit legatarius. d. probat.*

24 Quinimo propter huiusmodi præsumptionem potest legatarius agere contra hęredem, vt sibi edatur, seu exhibeatur testamentum ad inspiciendum, an in eo sit sibi aliquid relictum, & sufficit, quod edatur iudici, per quem inspiciatur; Bald. *in l. tabularum post princ. vers. quærit hic glossa. ff. quemadmod. testam. aper.* vbi ex hoc notat, quod etiam

25 non nominatus in instrumento potest petere copiam instrumenti pro suo interesse.

Et non sufficit, quod edatur exemplum testamenti, sed edi debet originale, sicut cum petitur per hęredem immissio vigore *l. fin. C. de edict. diui Adrian. toll.* non sufficit exemplum, nisi producatur originale, ad effectum vt a iudice inspiciatur, an illud sit abolitum, vel cancellatum, quæ vitia nisi ab ipso originali apparere non possunt. Bald. *in rubric. de fide instrum. quæst. xi.* cuius opinionem dicit communem Purpurat. *in d. auth. si quis in aliquo. num. 29.* Bero. *cons. primo. num. 90. & cons. 55. num. 5. lib. 2.*

26 Fallit sexto, vbi extat statutum, quod lites, & causæ cognoscantur summarie, simpliciter, & de plano. vt est Ianuæ. *lib. 2. cap. 2.* nam ibi procedit libellus etiam generalis, qui aliàs, parte opponente, non debuisset admitti. Alex *cons. 187. num. 4. vers. preterea. vol. 2.*

27 Declara tamen, quod si actor recusauerit edere reo petenti instrumentum in libello relatum, & post litem contestatam illud produxerit, ex quo appareat

reat reum non habere iustam causam vel iustitiam, iudex debebit condemnare actorem in expensis per reum factis vsq; ad productionem; in factis vero a die productionis citra debet reum tanquam temerarium condemnare, iuxta practicam, quam inducit Bart. *in l. preparandum. §. siue autem. num. 2. C. de iudic.*

Caue tibi, vt cum producis aliquam scripturam, protesteris, quod illam producis per contradictas, & per compulsum, quia tunc non nocebit in partibus præiudicialibus separatis. Marchesan. *de comm. appell. in cau. cam. obligat. parte. 1. §. 2. num. 252.*

28 Item puto bonam esse cautelam, quod reus petens sibi edi instrumentum in libello relatum, ad effectum vt possit deliberare, an debeat cedere, vel litigare, protestetur contra actorem non exhibentem in præparatorijs, de expensis in omnem casum passis, & patiendis. vt ex prædictis colligitur. sed quando ex instrumento producto manifeste apparet reum non habere iustitiam, consilium est, vt statim cedat liti, & sic euitabit condemnationem expensarum secundum Bart. *in l. desitisse. ff. de iudic.*

PRAEPARATORIVM

VIGESIMVM SECVNDVM

Vtrum debitum conditionale ante conditionis euentum peti valeat, si in præparatorijs, vel in contestatione litis purificari speratur?

SVMMARIVM.

DEBITVM conditionale, quod purificari speratur in preparatorijs, vel in contestatione litis, potest in libello deduci. 1.

Libellus valet, si dicat, peto te ad debitum condemnari, & quatenus contradicas, ad penam promissam. 2.

Pena committitur per solam contradictionem, etiam de iure factam. 3.

Debitum, sub conditione non potest peti ante conditionis euentum. 4.

Declara vt hic. 5.

Sine actione nemo potest agere. 6.

Actio potest de facto in tentari, si in litis contestatione oriri speratur. 7.

Contestatio litis sufficit in iure efficaciter querendo, sed in quesito praferendo desideratur sententia. 8.

Per contestationem litis inducitur praeoccupatio iuris non autem per preparatoria iudicij. 9.

Contestatio litis non legittime facta habetur pro non facta. 10.

Super actione nata per litis contestationem proceditur sine nouo libello. 11.

Ius pendente iudicio superueniens, quod fingit retro non indiget nouo libello. 12.

Contra agentem ad debitum conditionale, & supra non potest opponi exceptio praposterationis in preparatorijs. 13.

Praeposteratio est, prius aliquid deberi, quam conditionem existere, quod intellige vt hic. 14.

Praeoccupatione alicuius iuris per litis contestationem, lex fingit impossibile illud idem ius alteri dari, vel acquiri. 15.

Per litis contestationem secutam super pena conuentionali videtur recessum ab actione principali. 16.

Pena conuentionalis succedit loco rei. 17.

Emphyteuta soluens penam videtur soluere censum. 18.

Per stipulationem penalem non fit nouatio contractus bonæ fidei, secus in stricti iuris. 19.

Partem debiti recipiens videtur recedere a pena conuentionale. 20.

Nouatio inducitur, vbi fit actus incompatibilis. 21.

Emphyteuta Ecclesiæ, vel priuati non soluens canonem quando cadat in commissum. 22.

Iudex potest ex officio repellere agentem sine actione. 23.

Contra agentem ante diem potest opponi in prapa-

praparat orijs exceptio dilatoria solutionis. 24.
Obligatus dare cui vult, potest in praparatorijs dare cui velit. 25.
Gratificationi locus esse potest in praparatorijs, data iurium paritate. 26.
Gratificari quis potest de suo, non autem de alieno. 27.
Circa praparatoria fauemus in dubio actori, sed circa decisoria reo. 28.
Reo fauendum circa paritatem probationum. 29.
In obligatione alternatiua electio est debitoris. 30.

1 HABET hoc præparatorium materiam multum dubitabilem, quia licet conditionale debitum, quod in prçparatorijs, vel in litis contestatione purificari speratur, peti, & in libello deduci possit. puta, dico, quod tu promisisti mihi soluere debitum, & in casu contradictionis obligasti te ad pçnam, ideo peto te ad debitum condemnari, & quatenus con-
2 tradicas, ad pçnam promissam; vt colligitur ex glossa *in cap. Raynaldus. in verb. venirent. extra de testam.* vbi quod hoc permittitur propter lites dirimendas. quam refert & sequitur Ant. Corsett. *in suo singular. incip. libellus in quo petitur.* Natta. *cons. 167. num. 3. lib. primo.* facit Bald. *in l. non ab re. num. 5. C. vnde vi.*
3 Nam si postea contradicas, seu controuenias, statim dicitur commissa pçna, licet contradictio sit iuris, vel de iure facta, ac etiam si controuentio nõ habuerit aliquem effectum. ita singulariter per *tex. in d. cap. Raynaldus.* dicit Ant. Corsett. *in singular. incip. pçna apposita in conuentione.* & hoc verum, nisi cõtradictio tua sit conditionata respectu alicuius per me adimplendi. vt declarat. Abb. *in cap. peruenit. il 2. num. 3. de iureiur.*
4 Hæc tamen conclusio habet contra se duas iuris regulas. prima, quia illud, quod debetur sub conditione, non potest peti ante conditionis euentum. *l. non quemadmodum. ff. de iudic.*
5 Sed glossa prçallegata respondet, quod illa lex loquitur de eo quod debetur sub conditione, quæ extrinsecus, idest extra iudicium venit purificanda, non autem procedit in his, quæ in ipso iudicio aguntur.
6 Secunda est, quia agens ante conditionis euentum videtur agere sine actione, sine qua nemo potest experiri. *l. at si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gest. l. quoties. §. si temporali. ff. de administrat. tut. cum simil.*
7 Sed respondetur, quod hæc regula fallit, si actio, quæ intentatur, in litis cõtestatione oriri speratur. *l. si Titius, & Seius.* & ibi omnes Doctores, & prelertim Bart. & Io. de Imol. *num. 2. ff. de verb. obligat.* & ita ad vtramq; regulam singulariter respondet Anton. Corsett. *in d. suo singular. incip. libellus in quo petitur aliqua res.* vbi dicit textum *in d. l. si Titius.* esse singularem: & per illum dicit notabiliter Bald. *in l. si pluribus. num. 3. vers. ibi si vero dicas. ff. de legat. primo.* quod sola litis contestatio suffi-
8 cit in iure efficaciter querendo, sed in quesito preferendo desideratur sententia. quia, inquit, præoccupatio alicuius iuris inducitur per litis contestatio-
9 nem, non autem per præparatoria iudicij. & dixi *in prçparatorio. 18. num. 63. parte prima.*
10 Intellige de constitutione legittimè facta, quia non legitttima non prodest & habetur pro non facta ita vt nec prçscriptionem interrumpat. gloss. *in l. si pater. in verb. statūs. C. ne de stat. defunct.*
11 Amplia primo, vt ex nata actione per litis contestationem possit sequi condemnatio in eadem instantia, absq; eo, quod sit necessarius nouus libellus. Bart. *in d. l. si Titius. & Seius. num. 2. vers. quero circa hoc.*
12 Ratio est, nam quando pendente iudicio superuenit ius, quod fingit retro, non est opus nouo libello, neq; noua instantia. Bald. *in l. heres quandoq; ff. de acquir. heredit.*
13 Amplia, secundo, vt nec agenti ad debitum

debitum conditionale vt supra, opponi possit exceptio præposterationis in præparatorijs, ad impediendum processum secundum glossam. *in d. l. si Titius. in verb. iudicium.*

14 Quia licet præposteratio sit prius deberi, quam conditionem existere, hoc tamen intelligitur, vt non debeatur interim, sed quod existente conditione debeatur pro interim, vt notanter dicit Bald. *in l. si ita stipulatus. ff. de verb. obligat.*

15 Amplia tertio, vt secuta alicuius iuris conditionalis præoccupatione per litis contestationem lex fingat impossibile alteri dari, vel acquiri, secundum glossam. *in d. l. si Titius in verb. iudicium.*

16 Amplia quarto, vt per litis contestationem factam super pena conuentionali, videatur recessum ab actione principali, si pena tantumdem importat quantum actio principalis, secus, si plus sit in re, quam in pena, quia tunc pro illo pluri non videtur recessum, & est

17 ratio, quia pena conuentionalis succedit loco rei. vt notat Bald. *in l. si quis a socio. in additione. ff. pro socio.* vbi infert, quod si in contractu emphyteutico sit apposita pena in causa non soluti canonis, & emphyteuta soluit penam, quod per hoc non cadit a iure suo, quia videtur soluisse censum soluendo penam,

18 quæ succedit loco census. quia, inquit, per stipulationem penalem non fit nouatio contractus bonæ fidei. per *l. præ-*

19 *dia. ff. de contrahend. empt.* secus in stricti iuris. vt declarat idem Bald. *in l. duo societatem. in additione. ff. pro socio.*

20 Declara tamen, quod a pena conuentionali videtur quis recedere, eo ipso quod post terminum solutionis faciendæ recipit partem debiti principalis, sine protestatione. vt late per Alex. *in cons. 14. num. 15. lib. 2.*

21 Ratio, quia receptio partis debiti sine vlla protestatione est incompatibilis cum promissione penæ appositæ in instrumento, & vbi actus est incompatibilis tunc censetur inducta nouatio. Alex. *cons. 206. num. 1. vers. non obstat. lib. 7.* Dec. *cons. 400. num. 9. in fine.* Gabriel. *de nouat. conclus. prima. num. 60.* cum alijs congestis *in Beneuentana executionis 26. Martij 1590. coram de Rubeis.*

22 Vnde infertur, quod si emphyteuta Ecclesiæ cessat a solutione canonis per biennium incidit in commissum. *cap. potuit. extr. de locato. l. 2. C. de iure emphyt.* Auth. *qui rem. C. de sacros. Eccles.*

In emphyteuta vero priuati requiritur cessatio per triennium. vt. *in d. l. 2. C. de iure emphyt.* nisi ecclesia post biennium & priuatus post triennium, recipiant sine protestatione canonem, quia tunc videntur remittere caducitatem per prædicta.

23 Fallit primo conclusio prædicta, nisi iudex ex officio repellat agentem ante diem, vel ante conditionis euentum, cum iudex vbicunq; videt aliquem experiri sine actione, possit illum etiam ex mero officio repellere, licet per partem non opponatur. Io. de Imol. *in d. l. si Titius & si ius. num. 2.*

24 Fallit secundo, nisi reus contra agentem ante diem opponat in præparatorijs exceptionem dilatoriã solutionis, quia tunc debet iudex eum absoluere ab obseruatione iudicij, quasi tunc actor male ageret ante diem. Bart. *in l. exceptionem. in vtraq; lectura. in fine. ff. de probat.*

25 Fallit tertio, nisi reus obligatus dare, cui vult, det in præparatorijs, cui velit. nam in præparatorijs data iurium paritate, seu dubietate, potest esse locus

26 gratificationi. vt expresse tenet glossa *in d. l. si Titius. in verb. occupantis.* & Io de Imol. *ibi num. 4.* & Alex. *num. 7.*

27 Licet alias de suo, non autem de alieno possit quis gratificari. Bald. *cons. 38. incip. Dominus Thomas. num. 5. lib. primo.*

28 Et in dubio in pari causa fauemus actori circa præparatoria. vt plene dixi *in præparatorio 20. num. 4. parte prima.*

Sed circa decisoria magis reo fauendum est. Io. de Imol. *in l. fluminum. num. 7. in fine. ff. de damn. infect.*

29 Ac etiam circa paritatem probationum. Alex. *cons. 192. num. 2. lib. 2.*

Fallit

rescindend. vendit. & in l. 1. num. 4. C. ad Senat. consul. Velleian.

6 Cum regula sit, quod mulier, & minor renunciare non possunt, nisi certiorentur, quod procedit in qualibet renunciatione siue Velleiani, siue beneficij de fideiussoribus, siue beneficij nouæ constitutionis de duobus reis, & similium; vt declarat. Bald. *in l. qui iure. ff. de testam. milit.*

7 Et debent certiorari a iudice, nec sufficit certioratio notarij. Feder. de Sen. *consf. 189. incip. queritur an D. Margarita.*

8 Nisi iurauerint, quia iuramentum supplet defectum certiorationis, & excludit a beneficio restitutionis in integrum, cum ad iuramentum quis præsumatur accedere certioratus. Alex. *cons. 53. num. 22. & seq. lib. 3.* idem Alex. *in l. si quis. num. 9. C. de pact.* Boer. *cons. 30. incip. visa facti narratione. num. 12. & 13.* Crauett. *cons. 7. num. 16.* Gabriel. *de minor. conclus. 5. num. 40.* Menoch. *cons. 203. num. xi.*

9 Item non requiritur certioratio in muliere renunciante iuri hypotecarum suę dotis, vbi mulier habet ius hypotecę expresse per contractum initum ab ipsamet muliere, quia præcedens contractus certificat eam. Late Bald. *cons. 165. incip. vtrum sit necesse. lib. 3.*

10 Rursus declara, quod mulier non potest pro viro suo intercedere, nec valet ipso iure talis obligatio, etiamsi renunciauerit Velleiano certiorata. *Auth. si qua mulier. C. ad sen. consult. Vell.* Bart. *in d. l. 2. num. 2. ff. eod. tit.* Bald. *in l. vir. vxori. in antiq. lectur. ff. eodem titulo,* vbi dicit, quod propter hoc si vxor consentiat marito, quod vendat rem sibi obligatam pro dote, quod talis consensus non præiudicat ei, quia videtur fideiubere pro marito.

11 Et pro hoc extat statutum Ianuæ. *lib. 4. cap. 20. §. non possint.* vbi quod non possunt vxores pro viro suo se obligare, neq; se principales, neq; fideiussores pro eo se constituere.

Quod intelligo, nisi vxor in aliqua parte esset vere debitrix mariti, quia pro ea valebit obligatio. Negas. *de pignor. 3. par. prim. membr. num. 12. vers. & iuxta. fol. 172.*

12 Item intellige vbi mulier ex obligatione sua damnum patiatur, quia vbi damnum aliquod non patiatur, exceptio Velleiani non prodest ei. Alex. *cons. 159. num. 5. lib 2.*

13 Quinimo mulier inducens aliquem ad emendum fundum, asserens illum non esse dotalem, non iuuatur Velleiano, ex quo conuincitur de mendacio. *l. si sinc. C. ad Vell.* vt dicimus de minore asserente se maiorem. *l. 1. & 2. C. si min. se maior. dix. & de prodigo.* Paul. de Castr. *cons. 248. parte 2.*

14 Ex quibus colligitur, quod licet mulier non possit de iure renunciare exceptioni Velleiani, quia eo ipso quod renuntiat, decipitur nisi renuntiet in iudicio, hodie tamen contrarium seruat consuetudo, cui standum esse dicit Bald. *in l. fin. §. fin. ff. ad sen. consul. Velleian.*

15 Et proinde opinio Doctorum tenentium mulierem non posse renuntiare Velleiano, etiam cum iuramento, procedit, contra dolosum ex proposito, & re ipsa, & per rei euidentiam ex causa enormissimæ læsionis, cum isto casu deficiant omnia, quæ in iuramento concurrere requiruntur, videlicet veritas, iudicium, & iustitia vt declarat. Gram. *decis. 76. num. 20.*

16 Item prædicta opinio potest vendicare locum in muliere renunciante cum iuramento exceptioni Velleiani & omni legum auxilio, quia non per hoc potest hodie pro debito capi, & carcerari. Auth. *nouo iure. C. de custod. reor.* Alex. *in l. pleriq; num. 12. vers. sed hodie. ff. de in ius vocand.*

Cum mulieres habeant a iure priuilegium, ne possint personaliter detineri, nec etiam in criminalibus, nisi pro atroci delicto, & tunc sunt detrudendę in aliqua domo, vel cubiculo sub honesta fideiussione, & custodia arbitrio iudicis, inspecta qualitate personæ, & delicti, nisi adsit statutum, quod reus non possit sub fideiussoribus relaxari, vbi agitur de delicto pęna corporis af-

flictiua puniendo. vt dicit Clar. *in §. fin. quęst.* 28. *num.* 3. sed post condemnationem possunt mulieres detineri de persona, quia tunc cessat priuilegium, secundum Baiard. ibi *in additione. num.* 21.

Litis contestatio facta cum vno non extenditur ad alium. 15.

Paria sunt, aliquid non esse, & esse nullum. 16.

Citatio nulla non inducit litis pendentiam. 17.

PRAEPARATORIVM XXIV.

An quadriennium ad petendam restitutionem in integrum perpetuetur per sola pręparatoria iudicij: vel litis contestatio requiratur?

SVMMARIVM.

QVADRIENNIO elapso restitutio in integrum non conceditur. 1.

Etiam constito de bono iure, & probationibus de nouo repertis. 2.

Signatura gratiæ quomodo restitutionem concedat. 3.

Vbi constat de excessiua, & enormissima lęsione, tunc dicitur constare de bono iure petentis. 4.

Minori docenti se læsum, absq; interuentu sui curatoris, & sine causæ cognitione restitutio in integrum conceditur. 5.

Minori propter iuramentum denegatur restitutio. 6.

Quadriennium non currit ignoranti. 7.

Dummodo ignorantia sit probabilis vt hic. 8.

Quadriennium quoad sui initum est vtile, sed postquam incipit currere est continuum. 9.

Quadriennium perpetuatur per litis contestationem, non autem per præparatoria, vt hic. 10.

Præscriptio interrumpitur per litis contestationem, & non per præparatoria. 11.

Modus deponendi super immemorabili. 12.

Tempus antiquum in teste est 60. annorum. 13.

Litis contestatio non legitimè facta non interrumpit præscriptionem. 14.

1 PRæmitto ad euidentiam, quod facultas petendi restitutionem in integrum competit, vsq; ad quadriennium, sed eo elapso non conceditur. *l. fin. C. de temp. restit. in integr. cap.* 1. *de restit. in integ. in 6.* etiam con-
2 stito de bono iure, & probationibus de nouo repertis. Rota *decis.* 276. *num.* 3. *lib.* 3. *parte tertia diuers. in nouiss.* vbi in fine subdit, quod licet signatura gratiæ soleat quandoq; concedere restitutio-
3 nem elapso quadriennio, & post rem iudicatam, id tamen facit ex gratia, non quod de iure teneatur, & non nisi constito de bono iure, quo posito signatur commissio sine derogatione regulæ de iure quæsito non tollendo, nam si adest bonum ius, non potest dici esse ius quęsitum parti; si vero non adest, restitutio nullum operatur effectum. iuxta opinionem, quam Rota *tenet. vt in Lugdunen. computorum. x. Martij* 1595. *coram Mantica.* sed in dubio non solet restitutionem aduersus rem iudicatam concedere, nisi cum clausula, parito iudicato. Staphil. *de litt. gratia & iustit. fol.* 162. *vers. quando est lata vna sententia.* res autem iudicata tunc intrat, quando intra biennium pars non fuerit prosecuta suam appellationem Cassad. *decis.* 6. *num.* 8. & vbi est res iudicata nulla in contrarium admitti potest probatio. Rota coram Mottimanno penes Paul. Rub. *decis.* 60 *num.* 6. *tom.* 2. *parte* 6.

4 Et dicitur constare de bono iure, quando concurrit læsio excessiua, & enormissima. Corn. *cons.* 181. *num.* 52. *vol.* 2. Cassan. *in consuetud. reg.* Burg. Rubric. 7. §. 12. *verb. considerant.* Decian. *cons.* 41. *num.* 13. *vol.* 2.

5 Prout est, quando minor dicit se lęsum absq; interuentu curatoris, & sine causę

causę cognitione, quo casu restitutio venit concedenda. Paris. *cons.* 98. 99. & 100. *lib. primo*. Rol. *cons.* 91. *num.* 34. *lib.* 3. & *cons.* 33. *lib.* 2.

6 Nisi minor iurauerit, quia tunc propter iuramentum ei restitutio denegatur. Bald. *in auth. sacramenta puberum. sub. num.* 13. *C. si aduers. vendit.* Rota coram Gregor. XV. *in bononi. n. pecuniaria.* 9. *Iunij* 1603. & *in romana censuum.* 23. *Februarij* 1609.

7 Istud autem quadriennium non currit ignoranti. Alex. *cons.* 69. *num.* 5. *lib.* 3. Mohed. *decis.* 1. *de restit. in integr.* Felin. *in cap. vigilanti num.* 2. *de praescript.* Balb. *de praescript.* 4. *part.* 4. *princip. quęst.* 29.

8 Dummodo ignorantia sit iusta & probabilis, non autem crassa, & supina, vel in qua potuerit interuenire aliqua negligentia. Mandel. Alb. *cons.* 18. *num.* 1. vbi dicit, quod huiusmodi ignorantia debet esse ab omni parte excusabilis, quod non est, quando ex coniecturis arguitur scientia, etiamsi sint remotæ, vel quando habuit in genere notitiam, vel quando tenebatur inuestigare, quę omnia sequitur Rota *in Reatina deposi. ti.* 18. *Decembris.* 1600. *coram Penia.* & *in Romana saluiani interdicti. Luna* 28. *Ianuarij.* 1602. *coram Iusto.*

Et probabilis dicitur ignorantia ex iuris pręsumptione, quãdo sumus in facto non proprio. Caputaq. *decis.* 107. *in fine. parte* 3.

9 Et est vtile quoad sui initium, sed postquam incepit est continuum. Alex. *cons.* 169. *num.* 13. *lib.* 2.

10 His præmissis queritur, an istud quadriennium perpetuetur per præparatoria iudicij super restitutione in integrum, vel per litis contestationem. respondeo quod præparatoria non faciunt durare quadriennium, sed intra illud requiritur litis contestatio *d. l. fin.* & ibi glossa *C. de tempor. in integ. restit.* glossa *in l. in honorarijs. in verb. redditur in fine. ff. de act. & obligat.*

Sed hodie litis contestatione non perpetuatur, sed requiritur quod causa restitutionis intra quadriennium finiatur. clem. *vnica. de restit. in integr.* & ibi gloss. *in verb. finiri.*

Et hoc verum si staret per actorem quiri causa expediretur, secus si per iudicem, vel aduersarium, qui causam sua forte appellatione differret, vel alia iusta causa fuisset actor impeditus; vt declarat Vestr. *in sua praxi. lib.* 8. *titul. de restit. in integr. vers. sed dices.* adde Bald. *in auth. ei qui appellat. num.* 4. *vers. item quere quid si impeditus. C. de temp. appellat.*

11 Sed præscriptio interrumpitur per litis contestationem, non autem per pręparatoria. *l. mota litis. C. de rei vendicat. l. cum notissimi. §. imo & illud proculdubio. C. de praescript.* 30. *ann.* Rota *decis.* 248. *num.* 4. *selecta per* Farinac. *tomo primo parte* 2. vbi infert, quod testes deponentes de immemorabili debent habere annos 54. & deponere de visu per

12 40. annos ante litem motam, & ab inde supra a maioribus suis, & de fama & communi opinione. vt plene per Ferret. *in cons.* 6. *num.* 12.

13 Nam tempus antiquum in teste est 60. annorum. Seraphin. *decis.* 75. *in fine.* Buratt. *decis.* 725. *num.* 4.

14 Intellige tamen de contestatione litis legittime facta, præuio libello legittime concepto, alias præscriptionem non interrumpit. Anton. Corsett. *in suo singulari. incip. libellus non legittime conceptus. in verb. prescriptio.*

15 Sicut litis contestatio facta cum vno, non operatur cum alio. *cap. dudum il* 2. *ibi licet autem extr. de elect.*

14 Nam paria sunt aliquid non esse, & esse nullum, & quod nullum est, nullum parit præiudicium. Gregor. XV. *decis.* 496. *num.* 9.

17 Et citatio nulla non inducit litis pendentiam, neq; perpetuationem iurisdictionis, nec præscriptionis interruptionem. Vant. *de nullit. ex defect. citationis. num.* 24. Marches. *de commiss. parte* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 12.

PRAEPARATORIVM VIGESIMVM QVINTVM

An, & quando in præparatorijs iudicij appellatio legittimè valeat interponi?

SVMMARIVM.

PRONVNCIARI non potest in præparatorÿs iudicÿ, nisi per interlocutoriam. 1.
Ab interlocutoria de iure ciuili non appellatur. 2.
In preparatorÿs proceditur secundum æquitatem, non secundum iuris rigorem arbitrio iudicis. 3.
Licet non pronuncietur in præparatorÿs, processus tamen valet. 4.
Super emergenti in preparatorÿs quando pronunciandum sit. 5.
In præparatorÿs agitur de modico præiudicio, nec ordo iudicÿ seruandus est. 6.
Præiudicium factum in preparatorÿs est reparabile in decisorÿs. 7.
Læsio in præparatorÿs est initiata, sed non completa. 8.
Appellatio reponit appellantem in eo statu, in quo erat ante litem contestatam. 9.
Appellatio non rescindit litis contestationem. 10.
Appellatio in præparatorÿs propriè non est appellatio. 11.
Confessio facta in preparatorÿs primæ instantia non potest reuocari in causa appellationis. 12.
Dilatoria omissa in prima instantia non potest opponi in causa appellationis. 13.
Appellandi facultas ab interlocutoria dicitur esse de præparatorÿs iudicÿ. 14.
Ius canonicum non admittit subtilitates iuris. 15.
Ius canonicum admittit appellationem ab omni grauamine. 16.
Vide hic rationem differentiæ. 17.
In appellatione ab interlocutoria causa legitima exprimenda est, aliàs appellatio nullius est momenti. 18.
Causa, quę legitima sit, iudex arbitratur. 19.
Appellans ab interlocutoria debet in scriptis appellare, & apostolos petere. 20.
Actus dandi apostolos concernit præparatoria. 21.
Apostoli qui sint, declaratur hic. 22.
A grauamine irreparabile appellatur etiam in prępáratorÿs. 23.
Intellige de grauamine nouo, vt hic. 24.
Appellatio non datur ab executione. 25.
Fallit vt hic. 26.
Referuntur hic casus, seu interlocutoria, in quibus infertur grauamen irreparabile. 27.
Appellatio legittima ab interlocutoria suspendit iurisdictionem quoad totam causam. 28.
Clausula; vna cum toto negotio principali opponi solita in commissionibus. 29.
Appellatio regulariter permittitur. 30.
Etiam in prepáratorÿs. 31.
Appellatio regulariter deuoluit, sed non suspendit. 32.
Appellationi in dubio est deferendum. 33.
Appellationem non esse desertam in dubio pronuntiandum est. 34.
A sententia arbitri non appellatur. 35.
Pendente appellatione ab interlocutoria non tenetur iudex supersedere, nisi sibi inhibeatur. 36.
Aduersario consentiente appellationi, non potest iudex innouare. 37.
Iudex deferens appellationi, etiam frustratoria, non potest innouare. 38.
Appellatur ab interlocutoria notoriè iniusta. 39.
Iudex appellationis reuocat innouata per viam nullitatis. 40.
Iniustitia constans ex eisdem actis dicitur notoria. 41.
Iudex qui tulit interlocutoriam, potest illam reuocare, etiamsi ab illa fuerit appellatum. 42.
Ab interlocutoria, sententias esse conformes, datur appellatio. 43.
Interlocutoria habens vim diffinitiuæ, est semper appellabilis. 44.
Pręceptum de soluendo est interlocutoria

ria. habens vim diffinitinę. 45.
Ab interlocutoria absoluente ab obseruatione iudicij datur appellatio. 46.
Ab interlocutoria abolitionis querela appellatur. 47.
Absolutoria ab obseruatione iudicij potest fieri etiam in præparatorijs. 48.
Libellus dandus est in causa appellationis. 49.
A preposteratione ordinis dati a iure datur appellatio. 50.
Declara vt hic. 51.
Exceptio, ne continentia causæ diuidatur, opposita in preparatorijs, impedit litis ingressum. 52.
Iudex secularis quando supersedere debet in causa spectante ad forum Ecclesiasticum. 53.
Textus in l. nulli prorsus. C. de iudic. declaratur. 54.
Inquisitio vbi formatur coram vno iudice, & coram alio producitur accusatio, inquisitio silere debet. 55.
Accusatio facit cessare inquisitionem. 56.
Etiam si iudex inquirens praeuenerit. 57.
Contumax habens iustam causam non respondendi non habetur pro contumace. 58.
Iudices vbi duo sunt, permittitur electio vnius etiam minoris. 59.
Inquisitus a duobus iudicibus potest comparere, coram quo vult. 60.
Iudex Ecclesiasticus est maior seculari. 61.
Inhibitio concessa vni, quando alijs prosit. 62.
Appellatio facta ab vno ex litis consortibus, quando alijs prosit. 63.
Pluralitas, & reiteratio delictorum non presumitur. 64.
Hoc nomen, vnus, est singularis numeri. 65.
Quis pro vno crimine non potest coram diuersis iudicibus accusari. 66.
Plures accusati de vno vulnere, quod non constata quo fuerit illatum, debent omnes absolui. 67.
Libellum vitiat incertitudo. 68.
Appellatio datur ab interlocutoria trahente secum executionem. 69.
Appellatio datur ab omni futuro grauamine. 70.
Appellatio quomodo interponenda in termino prefixato. 71.
Reus accusatus comparens, quomodo debeat protestari. 72.
Appellatio in possessorio quando admittatur, & quando non. 73.

1 CVM In preparatorijs iudicij regulariter pronunciare non possit, nisi per interlocutoriam secundum gloss. *in l. à procedente. in verb. per sententiam. C. de dilat.* vbi dicit, quod super emergenti in preparatorijs pronunciatur per interlocutotiã, quia aliter in causa procedi non potest. & huiusmodi interlocutoria non appel-
2 latur de iure ciuili. *l. ante sententię. C. quor. appellat. non recip.* cum in præparatorijs non secundum iuris rigorẽ, sed secundum ęquitatem ex arbitrio pro-
3 cedatur. & licet non pronuncietur super emergenti, valet processus. Bald. *in l. arbitri. circa fin. ff. qui satisd. cog.*
4 Declara, quod tunc debet pronunciari super emergenti in præparatorijs, quando agitur iudicio ordinario; secus vbi proceditur sine figura iudicij,
5 & summariè, puta contra confessum, quia tunc non est necesse, quod iudex singillatim pronunciet super emergenti, sed potest causam decidere vna cũ principali. Bald. *in l. ait prętor. §. permittitur. num. 1. vers. item nota quod vbi. ff. de minor.*

Sequitur hic dicendum, quod in preparatorijs regulariter non appellatur per prædicta, quæ possunt his etiam rationibus confirmari.

Prima est, quia in preparatorijs agi-
6 tur de modico præiudicio, nec vllus ordo seruatur iudicij. *l. thesaurus. ff. ad exhiben.* Felin. *in cap. quę in Ecclesiarum. num. 64. vers. quarta declaratio. de constit.* Natt. *cons. 167. num. 6. lib. 1.* adde Bald. *in d. l. ante sententię. num. 3. vers. secus autem.* & est ratio, quia præiudicium est reparabile in decisorijs. Bald. *in l. in actionibus. in fin. ff. de lit. iur.*

Secunda est, quia in præparatorijs lę-
8 sio est initiata, sed non completa, cum in illis victus possit vincere in deciso-
rijs

rijs, vel per sententiam diffinitiuam, vel per appellationem ab ea, & proinde ius ciuile remouet appellationem ab interlocutoria, quando continet grauamen, quod per diffinitiuam reparari potest. Bald. *in d.l. ante sententia in princ.* Dec. *cons.* 28. *in fin. parte prima.*

Tertia est, quia ius ciuili non curat de omissis in præparatorijs primæ instantię, nec ea permittit opponi in causa appellationis, cum appellatio reponat appellantem tantum in eo statu,
9 vt possit facere omnia, quæ posset post litem contestatam in prima instantia, & non ante. & est ratio, quia appellatio litis contestationem, & eius effec-
10 tum non rescindit. *l. ita demum.* & ibi Bart. *num.* 3. *ff. de procurat.* Abb. *in cap. ad audientiam. il . . num.* 9. *vers. & sic nota de rescript.* & ibi Felin. *num.* 26. *vers. omittens dilatoriam.* idem Abb. *in cap. pastoralis. num.* 30. *de except.* Ant. Capyc. *decis.* 28. *num.* 6. Felin. *in rubric. de appellat. num.* 4. *vers. quędam sunt.* Chartar. *decis. Ianuen.* 10. *num.* 5.
11 Quarta est, quia appellatio interposita in præparatorijs dici potest extraiudicialis, nec est propriè, & strictè appellatio, sed potius prouocatio quædam ad causam. Abb. *in cap. cum inter. num.* 18. *vers. ego autem de except.*
12 Hinc est, quod confessio facta in pręparatorijs primæ instantiæ, & contingat appellari a decisorijs, non poterit reuocari in causa appellationis. Bald. *in l. is qui se obtulit. in fin. ff. de re iudicat.*
13 Idem in exceptionibus dilatorijs ommissis in causa primæ instantiæ, quæ non possunt opponi in causa appellationis. Abb. *in cap. exceptionem. num.* 17. *de exceptionib.*
14 Et proinde facultas appellandi ab interlocutoria dicitur esse de præparatorijs iudicij, sed a diffinitiua est de decisorijs. vt late per Marchesan. *de commiss. appellat. ab interlocut. parte prima cap.* 1. §. 1. *num.* 7.

Intellige de diffinitiua, quæ non possit in aliquo iudicio reparari. Put. *decis.* 480. *incip.* Antonius. *num.* 7. *lib.* 2. secus si reparari potest, quia tunc facultas appellandi a sententia, vel non, respicit præparatoria, & non decisoria. Rota coram Coccino in rauennaten. attentatorum penes Marches. *de commiss. super attentatis parte* 2. *cap.* 2. *num.* 1. vbi fuit dictum, quod statutum, quod possit vel non possit appellari a sententia est ordinatorium, non decisorium. sed Put. *decis.* 426. *in vna romana dotis. lib.* 2. dicit esse decisoriam, ex quo tollit ius appellandi.
15 Fallit primo hæc regula de iure canonico, quod cum huiusmodi subtilitates non admittat. *cap. dilecti extra de iudic.* vult, quod omnis grauatus, & omnis iniuriam passus per interlocutoriam de
16 equitate canonica possit appellare. Bald. *in l. si Clericus. num.* 4. *C. de episcop. audient.* vbi assignat rationem differen-
17 tiæ, quia ius ciuile vult lites deffiniri intra terminum instantię. de qua *in l. properandum. C. de iudic.* ideo hoc statuit causa abbreuiandarum litium; sed de iure canonico lites non habent instantiam triennalem, ideo, inquit, non sunt litigatores ita arctandi.

Amplia hanc fallentiam, vt appellans rite & recte ab interlocutoria sit ipso iure exemptus a iurisdictione iudicis a quo, ita vt non possit postea procedere in tantum, quod nec confirmetur processus per desertionem appellationis postea subsecutam. Matthesil. *singular.* 29. *incip. nota quod appellans.*
18 Intellige, inserta legittima causa. Bald. *in l.* 1. *num.* 6. *vers. sed de iure canonico. C. si de moment. possess.* aliàs appellatio nullius esset momenti. Clem. *appellanti. de appell.* etiamsi expressio causę fieret per relationem ad acta. Fel. *in cap. cum dilecta. num.* 61. *de rescript.*
19 Quæ autem sit legittima & probalis causa, dic quod est arbitrarium iudici. idem Bald. *in d. l. ante sententię. num.* 4.
20 Item requiritur, quod in scriptis appellet, & petat apostolos a iudic e a quo secundum gloss. *in cap. primo de appellat. in* 6. quos apostolos iudex tenetur dare secundum stylum sui fori, quia actus

21 actus dandi apostolos non decisoria, sed præparatoria litis concernit. not. Abb. *in cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ. num. 40. vers. nec obstat. de constit.* & non in-
22 telligas de apostolis Petro, & Paulo, sed de litteris dimissorijs. vt dicit *allegata gloss.*
23 Fallit secundo, quando interlocutoria lata, etiam in præparatorijs, contineat grauamen, quod reparari non possit per diffinitiuam, vel per appellationem a diffinitiua, vel si reparari quidem possit, sed non ex toto, vel cum difficultate. *l. arbitro. ff. qui satisd. cog.* Bald. *in d. l. si Clericus. num. 4. vers. aut est tale grauamen.* Surd. *decis. 36. num. 13. & 14.*
24 Intellige, si contineat nouum grauamen. secus si tantum declarationem interpretatiuam qualitatum non augentium, nec minuentium alterius sententię. Rom. *cons. 45. num. 2.* Rota *decis. 100. num. 15. parte prima diuers.*
25 Exemplum ab executione non datur appellatio, quia non est ipse, qui grauat. *l. executorem, & sicut proponis. C. de execut. rei iud.* Aym. *cons. 273. num. 14.*
26 Secus si excedit modum in exequendo, quia talis excessus est nouum grauamen, a quo datur appellatio. *l. ab executore. ff. de appellat.* Maranta. *parte 6. verb. post omnia aduertatur ad executionem. num. 55.* sed debet in appellatione exprimi causa excessus, & grauaminis. Bald. *in d. l. ab executore. col. 2.* Abb. *in cap. quoad consultationem. num. 30. de sen. & re iud.* Corn. *cons. 71. col. 4. in fin. lib. primo.*
27 Vt si in præparatorijs decernatur captura, vel tortura, vel bannum contra non verum contumacem, vel formetur inquisitio in casu, in quo non debet, vel pronuntiatur procedendum super libello inepto, vel obscuro, vel iudex pronunciat se iudicem, vel non iudicem, vel personam esse legittimam, quę non est, vel absoluit ab obseruatione iudicij, vel citat ad locum non tutum, vel interponit primum decretum; vel denegat audientiam, vel dilationem, vbi dari debet, vel dedit nimis breuem vel non admittit exceptionem admittēdam. ista omnia continent grauamen irreparabile, eo quia per appellationem interponendam a diffinitiua non remanet saluum ius in dictis capitulis per interlocutoriam decisis. ideo admittunt appellationem, vt probatur *in cap. fin. de appellat. in 6.* & prędicta singula capitula optime prosequitur, & declarat Bald. *in d. l. si Clericus. num. 4. & seqq.*
28 Et talis appellatio si legittima sit, suspendit iurisdictionem iudicis, a quo etiam respectu totius causæ, siue causa principalis connexa sit articulo appellationis, seu non. secundum Abb. *in cap. super eo. num. 9. vers. ex quibus. de appellat.*
29 Ideo in commissione appellaturis huiusmodi solet signatura illam committere vna cum toto negotio principali. Vestr. *in praxi lib. 3. in 4.* deuolutione appellationum ne, inquit, continentia causæ diuidatur; de qua continentia non diuidenda infra, latius dicam in vers. idem dico, & in hac appellationum materia traditur regula generalis, quod in omni causa, & articulo regu-
30 lariter potest appellari, nisi reperiatur expresse prohibitum. vt notat gloss. *fin. in l. qui restituere. ff. de rei vendicat.* & eam sequitur Bald. *in l. 1. num. 6. vers. & nota in materia appellationum. C. si de moment. possess.* Dec. *cons. 34. num. 2. parte prima.* Aym. *cons. 203. incip. deferens iuramentum. num. 24.*
31 Quæ regula procedit etiam in præparatorijs iudiciorum. *l. fin. C. de except.*
32 Et licet appellatio regulariter deuoluat, sed non suspendat. Rota *decis. 626. num. 2. parte prima diuers.*
33 In dubio tamen iudex causæ, coram quo disceptatur, an appellatio admittenda, vel non admittenda sit, debet eam admittere, & illi deferre. Felin. *in cap. significauerunt. num. 1. de testib.* vbi dicit, quod iudex debet in dubijs illam viam eligere, per quam vtriq; parti consulitur, & proinde infert, quod vbi dubium esset, an appellatio esset deserta, vel non, & essent rationes pro, & contra

34 contra, quod iudex pronuntiare debet, quod non sit deserta, quia per hanc viam inquit ius alicuius non perit. Aym *cons. 254. num. 6. vers. ideo in dubio.* & hanc partem tenet Rota, quæ per rationem prędictam semper inclinat pro non desertione, vt per Cassad. *decis. 4. in fin. de appellat.* & fuit dictum *in Mediolanen. pratensa simulationis. 12. Iunij 1595. coram Corduba.* nisi agatur de appellatione a sententia arbitri, quæ propriè non deuoluit, neq; suspendit iudi-

35 cium. Bald. *in l. eos §. ne temere. num. 4. C. de appellat.* ideo signatura Sanctissimi illam non committit, nisi cum clausula, non retardata executione.

36 Sed appellationi ab interlocutoria nõ tenetur iudex deferre, nisi vbi adesset statutum, quod contra appellantem ab interlocutoria, nihil possit innouari, cum regula sit, quod pendente appellatione ab interlocutoria non prohibetur iudex innouare, donec sibi inhibeatur per iudicem ad quem. Bald. *in d. l. si Clericus. num. 6. vers. veritas est.*

37 Nisi aduersarius appellationi interpositæ ab interlocutoria consensisset, & hoc ex actis appareat, quia tunc non potest iudex innouare. Rota *decis. 21. de appellat. in antiq; & in Camarinen. bonorum Lunæ 30. Ianuarij 1589. coram Corduba.*

38 Idem dic si iudex appellationi detulisset; quia sic abdicauit a se iurisdictionem. *cap. cum appellationibus de appellat. in 6.* nec amodo potest huiusmodi dilationem reuocare. Bald. *in l. quia arbiter. in additione in fine. ff. de recept. arbitr.* etiam si frustratoria fuerit appellatio. glossa *in d. cap. cum appellationibus in verb. remittenda.* Put. *decis. 103. lib. 3.*

39 Fallit tertio in interlocutoria etiam lata in prępparatorijs, quę ex eisdem actis appareat notorie iniusta, quia vbi manifestè quis grauatur, semper admittitur appellatio etiam in prępparatorijs, & omnia reuocantur, quę post appellationem legittimã facta sunt. *cap. ex conquestione*, & ibi glossa. *in verb. post appellationem. extr. de restit. spoliat.* Alex. *cons. 106. num. 26. lib. 3.*

40 Intellige per iudicem appellationis per modum nullitatis. Abb. *in cap. super eo. num. 5. de appellat.*

Nam notorietas iniustitię reddit sententiam nullam, & facit cessare prępsumptionem boni iuris. Ant. Corsett. *singular. in verb. sententia. incip. si notoriè.*

41 Et iniustitia constans ex eisdem actis dicitur euidens, & notoria. Felin. *in cap. inter cęteras. num. 9. de sent. & re iudic.* Cęsar. de Grass. *decis. 2. num. 7. de solut.* Franc. *in cap. dilecti. num. 153. de appellat.* Rota *in Senogalien. pratensi spolij. Lunę 10. Ianuarij 1602. coram Corduba.* vt si interlocutoria feratur expresse contra regulam iuris communis, puta, quod seruus torqueatur contra dominum suum. Matthesil. *singul. 19. incip. nota quod sententia.*

42 Item nota, quod idem iudex, qui interlocutoriam tulit, potest illam reuocare, quamuis ab ea fuerit appellatum, citato tamen appellante, ad videndum reuocari grauamen. iuxta terminos *cap. si a iudice de appellat. in 6.* ratio quia per reuocationem fuit extincta appellatio, & fingitur de presenti non lata. Corsett. *singular. verb. sententia.*

Iudex vero ad quem non potest reuocare interlocutoriam iudicis, a quo ex actis nouiter factis, sed tantum ex primis. Clem. *appellanti. de appellat.* & de intellectu huius Clem. vide Ludouic. Rom. *singular. 278. incip. Clem. appellanti.*

43 Fallit quarto in interlocutoria, per quam iudex pronunciauit sententias esse conformes, vbi sumus in dubio, an sint conformes; Ripa *in responso 197. in fine.*

44 Fallit quinto in omni interlocutoria habente vim diffinitiuę, etiam lata in prępparatorijs iudicij, quę semper, & indistinctè recipit appellationem, vt notat. Abb. *in cap. peruenit. il 2. num. 8. de appellat.* Dec. *cons. 22. num. 1. parte prima.*

45 Exemplum in pręcepto ad soluendum facto

facto in præparatorijs quod habet vim diffinitiuæ. Bald. *consi.* 201. *punctus petita fuit. num.* 1. *lib.* 5. Aym. *conf.* 273. *num.* 4.

46 Item exemplum in sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, quæ licet interlocutoria dici possit, tamen quia perimit processum causæ, potest appellari tanquam ab habente vim diffinitiuæ. Bald. *in d. l. si Clericus. num.* 14. *vers. & ex hoc infero.*

47 Item in interlocutoria, per quam iudex concedit abolitionem querelæ, vel accusationis, quæ cum sit interlocutoria habens vim diffinitiuæ, amplius reuocari non potest. Bald. *in l. prima. num.* 26. *vers. & postquam iudex. C. de ijs. qui accus. non poss.* alia exempla ponit Matthesil. *singular.* 39. *incip. nota quod ab interlocutoria, quę habet vim diffinitiua.*

48 Non obstat quod in præparatorijs regulariter diffinitiua non fertur, quia fallit in absolutoria ab obseruatione iudicij, quæ interdum fertur etiam in pręparatorijs, interdum post litem contestatam durante instantia, interdum post litem contestatam post finitam instantiam. sed cum hac distinctione, quia in præparatorijs fertur per viam decreti interlocutorij, & sed post litem contestatam per modum sententiæ diffinitiuæ, & in vtroq; casu semper potest appellari, vt late declarat Bald. *in l. iusiurandum. §. cum res. ff. de iureiur.* vbi dicit, quod effectus ponderandus est, nam si fertur in præparatorijs trahitur ad naturam interlocutoriæ, si vero post litem contestatam, trahitur ad naturam diffinitiuæ, & in vtroq; casu potest appellari. ita loquitur Bald. *loco supra citato, & declarat.* Abb. *in d. cap. peruenit. num.* 8. *&* 9.

49 Et in causa appellationis ab huiusmodi interlocutoria habente vim diffinitiuæ, debet dari libellus, sicut si appellaretur ab ipsa diffinitiua. Bald. *in auth. hoc sacramentum. num.* 4. *vers & ex hoc. C. de iur. propt. cal.* vbi dicit, quod ita obseruatur in Romana curia per auditores sacri palatij de mandato Clementis Papæ quarti.

50 Fallit sexto, in omni præposteratione ordinis iudiciarij dati a iure, cum enim talis præposteratio sit grauamen, datur appellatio. Bald. *in l. prima. num.* 1. *vers. tertio nota. C. de appellat.* vbi secus dicit in præposteratione ordinis ab homine.

51 Vt si iudex inquirens processit sine fama præcedente vel iudicijs, vel omisit, vel pręposterauit debitum iuris ordinem in inquirendo. Felin. *in cap. dilectus. num.* 9. *de rescriptis.* Aym. *conf.* 262. *num.* 5.

Intellige, si exceptio præposterationis fuerit opposita in pręparatorijs causæ principalis, & non fuit admissa, secus si non fuit opposita; quia tunc non potest opponi in causa appellationis. Bald. *in auth. ei qui appellat. num.* 13. *vers. vel pone exemplum. C. de tempor. appellat.*

52 Idem dico in exceptione, ne continentia causæ diuidatur, quę opposita in præparatorijs impedit litis ingressum, & prohibet audientiam daris iuxta *l. nulli prorsus. C. de iudic.* Afflict. *decis.* 354. *num.* 6 *& num.* 13. vbi dicit, quod ista exceptio opposita etiam in præparatorijs, adeo impedit processum ad vlteriora, vt etiam si ab eius nō admissione non appelletur, adhuc processus est ipso iure nullus. *ex quo tex. in d. l. nulli.* omnem prorsus denegat audientiam. & pro hoc bene facit, *cap. tuam. de ordin. cognit.* vbi expresse deciditur, quod vbi causa ad forum spectat eccle-

53 siasticum, iudex secularis supersedere debet, ne vna, & eadem causa diuersis processibus intricetur, & iuris ordo sententiam contrarietate peruertatur.

Et per prędicta alias in quadam causa Clerici, qui in curia seculari inquirebatur de pretenso homicidio commisso vna cum duobus laicis, dicebam quod petentibus laicis se remitti ad forum Ecclesiasticum, vt ibi vna cum Clerico cognoscentur, ne continentia causæ diuidatur, & ne contingat, quod in vna & eadem causa plures ferantur sententię, debet omnino concedi remissio; & quod per huiusmodi exceptionem

fisco temporali se opponenti debet audientia denegari, quia illa verba, nulli
54 prorsus, comprehendunt etiam fiscum petentem causę continentiam diuidi. quia lex generaliter loquens debet ita generaliter intelligi, vt includat nedum casus priuilegiatos, sed etiam priuilegiatas personas. *vt dixi supra in praeparatorio. 14. num. 63. parte prima.*

Pręsertim vbi loquitur per dictiones pręcisas, puta per hęc verba, nullatenus, nullo, modo, & similia, quia tunc comprehenditur omnis casus. late Aym. *cons. 101. incip. pręsupponitur in facto. num.* 44. & quod ista dictio, prorsus, intelligatur, ipso iure, dicit Anton. Corsett. *singul. in verb. penitus & in sua addit.* quod adeo verum est, vt nullus inferior a principe possit in contrarium dispensare, vel statuere, vt late per Ant. Corsett. *singular. incip. in verb. nullatenus.* vbi etiā subdit, quod ista exceptio, tu non debes audiri, opposita in pręparatorijs impedit litis ingressum.

55 Tanto magis quia pręfati laici vna cum Clerico accusantur pro eodem homicidio coram iudice Ecclesiastico, qui propterea potest procedere contra laicos etiam priuatiue quoad secularem iudicem inquirentem, nam vbi inquisitio formatur per vnum iudicem, & accusatio producitur coram alio iudice, tunc iudex inquirens silere debet, quia
56 electio iudicum est actoris, & non rei. vt notat Baiard. *ad Clar. quaest. 3. num. 5.* & accusatio facit cessare officium inquirentis tanq; remedium extraordinarium. Bald. *in l. vbi exigitur in additione in fin. ff. de edendo.* Clar. *d. quaest.* 3.
57 Etiamsi in inquisitione pręuenerit; Afflict. *d. decis. 354. num. 7. vers.* etiamsi opponatur de pręuentione.
58 Etiam per contumaciam, nam habens iustam causam non respondendi coram seculari iudice, nunquam haberi potest pro contumace. Bald. *in l. manifeste. ff. de iureiur.* cum quęlibet causa etiam iniusta excuset a pęna contumacię. Aym. *d. cons. 254. num.* 2.
59 In tantum quod vbi sunt duo iudices, permittitur actori electio vnius etiam minoris. Bald. *in l. in hac. num. 5. vers. item nota quoties. C. de donat.*
60 Quinimo dicit idem Bald. *in l. si quis. §. si cum. ff. ad Syllanian.* quod si quis a duobus iudicibus inquiratur de eodem crimine; debet comparere coram maiori iudice, secus si iudices sunt pares, quia tunc est in sua electione, coram quo compareat, si ambo iudices sunt in eodem territorio, secus si in diuerso, quia tunc non attenditur maioritas, & de maioritate iudicis Ecclesiastici non est dubitandum, cum ratione ordinis sit maior quolibet iudice seculari. & nulla sit dignitas secularis, quę similis
61 sit sacerdotio. *cap. duo sunt, & cap. deniq; 116. distinct.* late Abb. *in cons. 85. incip. videtur primo in fin. parte prima.* adde glossam. *in cap. 2. in verb. compellendos de iureiur. lib. 6.* vbi quod Ecclesiastica potestas est superior, ex eo quia coercet secularem, & gloss. *in cap. fin. in verb. per superiores de except. eodem lib. 6.*
62 Pręterea Ecclesiasticus iudex inhibuit iudici seculari, ne contra Clericum aliquid innouaret, cuius inhibitionis communi tam Clerici, quam laicorum nomine impetratio facta fuit, ergo laicis eam ratam habentibus prodesse debet. *l. 2. C. de consor. eiusdem lit.* quae lex maxime locum habet, quando agitur de re indiuidua, vt declarat ibi glossa.
63 Vt dicitur, de appellatione facta ab vno ex litis consortibus, vel eius procuratore, etiam sub nomine reliquorum, quę prodest cęteris litis consortibus, etiam ijs, a quibus procurator mādatum non habuit, modo causa sit de vnico contractu, & de eodem iure. *cap. penult. de appellat.* Rota *decis. 779. num. 3. parte 3. lib. 3. diuersor. & in Mediolanen. pretensa simulationis* 12. *Iunij* 1595. *coram Corduba.* vbi etiam dictum fuit procedere etiam constitutis diuersis procuratoribus, quando tamen procurator consortis est negligens in appellando per Put. *decis. 21. lib. 2.* & in terminis inhibitionis concessę per iudicem Ecclesiasticum contra creditorem, ne aliquid exigeret vigore instrumenti vsurarij, quod videlicet ista inhibitio porriga-

porrigatur ad omnes in eodem instrumento obligatos, quamuis inhibitio concessa sit ad instantiam vnius tantum debitoris. dicit Bald. *in l. aduersus sententiam.per illum textum.ff.de recept. arbitr.* vbi concludit, quod si creditor inhibitus exigit, vel aliquid innouat contra alios obligatos,contrauenit inhibitioni ;& excommunicationem incurrit, eo quia causa omnium videtur indiuidua, ideo omnibus prodesse debet inhibitio. *per d. l. 2. C. de consort. eiusd. lit.*

Tanto magis quia laici coram iudice seculari opposuerunt non posse contra ipsos procedi, nisi coram Ecclesiastico propter mixturam Clerici preiudicialem ad totam causam, per quam oppositionē iurisdictio iudicis secularis fuit ipso iure suspensa per ea, quę notat. Alex. *cons. 68. num.2. vers.tamen fallit lib. 7.*

64 Quod autem causa hęc indiuidua sit, patet, quia accusantur Clericus, & duo laici de vnico tantum vulnere, quod nescitur a quo fuerit illatum, ergo ista vulneris vnitas ad plures porrigi non potest, quia in delictis pluralitas, & reiteratio non pręsumitur, nisi probetur. Bald.*in l.si duo rei.§.semel commissa. in fine.ff. de recept. arbitr.* idem Bald. *in cons. 378. incip. videtur mihi.num. 2. lib. 4.*

65 Et hoc nomen, vnus, vel vnum, cum sit singularis numeri, non potest conuenire nisi soli vni,quia eius natura repugnat, quod possit collectiuè referri ad plures. Bald. *in l. si ita relictum.ff. de legat. 2.*

66 Item quia pro vno,& eodem crimine coram diuersis iudicibus quis accusari non potest. *l. qui de crimine. C. de accusat.* Bald. *cons 415. incip. quod procedi non possit. in fin. lib. 4.*

Nec vna, & eadem causa, plurium personarum connexitatem habens,coram diuersis iudicibus tractari debet. Alex. *cons. 65. num. 8. lib. 7.*

67 Item propter huiusmodi vulneris vnitatem,& incertitudinem vulnerantis, nemo ex pluribus accusatis tenetur de occiso, quia non sequitur, talis fuit occisus,ergo talis fuit occisor,cum non probet hoc esse, quod ab hoc contingit ab esse. vt proposito dicit glossa *in l.item Mela.§.sed si plures.in verb. plures percusserint. ff. ad l. aquil.* late probat, Alex. *cons. 14. num. 6. lib. 3.* vbi plus dicit, quod quando non constat, quis fuerit principalis in vulnerando, non potest procedi ad condemnationem contra aliquos tanquam auxiliantes. fortius dicit Salicet. *in l.fin. C. de quest.* quod si plures fuerunt in rixa, & mortuus non habet nisi vnicum vulnus, quod nescitur a quo fuerit illatum,nullus potest torqueri ratione incertitudinis,refert, & sequitur Aym. *cons. 315. incip. Franciscus hospitalarij. num. 2.* quia ad inferendam torturam necesse est prius constare de ipso delinquente in indiuiduo, & de delicto commisso. Aym. *cons. 260. num. 1.*

68 Hinc est, quod accusans debet specificare, & designare non solum personam committentis crimen, sed etiam factum, alias incertitudo vitiat accusationem, *l. sed & ex dolo.§.fin.& l. item exigit. ff. de dol.* Bald. *in l. licet gratis.§. possumus. num. 2. & 3. & in additione.ff. nauta,caupones. &c.* idem Bald. *in cons. 383. incip. in hac materia. num. 1. lib.4.*

Et proinde, si testator dicat, relinquo vnum ex pluribus executorem meum, neuter est executor ratione incertudinis. Bald. *in l. si quis a filio.§. si quis plures.in fin.ff. de legat primo.*

Non obstat, quod ista causa non potest dici indiuidua,cum agatur contra tres delinquentes, & ex pluralitate delinquentium, plura arguantur delicta. vt late per Aym. *cons. 232. num. 4.*

Quia hoc verum, vbi apparet, quod omnes percusserunt,& ignoratur cuius actu ille percussus perierit, secus vbi sunt plures,& constat,quod non omnes percusserunt, sed vnus tantum vno tantum vulnere, quod nescitur a quo fuerit illatum. ita respondet. Alex. *d cons. 14. num. 6. lib. 3.*

69 Fallit septimo in omni interlocutoria quæ trahit secum executionem ; videlicet

licet per quam quis excluditur ab agendo, vel excipiendo, vel a probando, vel à iuris beneficio, vel per quam quis habetur pro confeſſo, & conuincto, vel per quam grauiter quis in onere probandi, vel quando interlocutoria præiudicat in facto principali, vel tangit negotium principale, ſemper in his caſibus permittitur appellatio, vt late declarat Bald. *in d. l. arbitro. ſub num.* 4. *verſ. tu ergo ſcias. ff. qui ſatiſd. cognatur.*

Sed caueat appellans ab interlocutoria, ne poſt appellationem reuertatur ad iudicem à quo, & coram eo faciat actum aliquem, quia ſic renunciaret appellationi, niſi ille actus impugnetur à parte aduerſa. vt notat Ludouic. Roman. *ſingular.* 150. *incip. appellans ab interlocutoria.*

Fallit Octauo. in omni futuro grauamine, puta comminato, vel præparato, quia ab huiuſmodi comminatione appellari poteſt, ne iudex prorumpat in
70 actum, quia ſi poſtea aliquod grauamen inferatur, ad illud reſtringitur appellatio. *cap. ad audientiam, & cap. dilectus. de appellat.* Bald. *in l. ſi quis pro vocatione. in fine. C. de appellat.* vbi ponit de comminatione iudicis volentis torquere, & de hac intentione appareat reo. late Marcheſan. *de commiſſ. appellat. ab interlocutoria; parte prima. cap.* 1. §. 1. *num.* 113. *in fine.*

Præſertim de iure canonico, quod permittit appellari à quocunq; minimo grauamine, etiam extra iudicium illato, vel comminato. vt plenè per Philipp. *in cap. ſuper eo. il* 20. *in princ. de appellat.*

Idcirco infra terminum pro ſeruato habitum ſolūt cauti Procuratores Romanæ curiæ appellari à ſententia qua-
71 tenus contra, quæ appellatio poſtea reſoluitur per declarationem termini ad fauorem eorum, qui appellarunt. Acchill. *de graff. deciſ.* 8. & *prima. de appellat.* Put. *dec.* 102. *in vna Venetiarum. parte* 3.

Ideo reo accuſato, vel inquiſito comparente ad occurrendum futuris grauaminibus ſolent proteſtari, quod contra reum non deueniatur ad aliquem actum præiudicialem, etiam pro habenda reſponſione præciſa, niſi aſſi-
72 gnatis defenſionibus, & ſeruatis alijs de iure ſeruandis, aliàs ex nunc prout ex tunc appellant ab omni futuro grauamine.

Fallit Nono. in interlocutoria lata in omni iudicio poſſeſſorio, nam ab iſta
73 datur appellatio de iure canonico, vt per ſcribentes. *in cap. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. poſt* gloſſ. ibi *in verb. interdictum.* Affſict. *deciſ.* 269. *num.* 2. Benitend. *deciſ.* 17. *in princ.* Capel. Tholoſ. *quæſt.* 501. Gabr. *de reſtit. ſpoliat. concluſ. fin. num.* 124. ſecus de iure ciuili. *l.* 1. vbi Cyn. Bart. & communiter Doctores. *C. de moment. poſſeſſ.*

Declara tamen, quod hodie in terris Eccleſiæ non permittitur appellatio propter conſtitutionē Aegidianam, quę tollit obſtaculum iuris canonici, & reducit nos ad terminos *d. l.* 1. *C. ſi. de mom. poſſ.* Verall. *deciſ.* 223. *nu.* 1. *& ſeq. parte prima.* Creſcent. *deciſ. prima de appellat.* Ant. Auguſt. *in titulo de Aegidiana. ſeu de appellat prohibit.* §. 1. Pereg. *deciſ.* 181. *aliàs* 189. *lib.* 2. Mohed. *deciſ.* 47.

Atq; adeo reddit ſententiam in poſſeſſorio latam inappellabilem, vt etiā ſi iudex appellationem admiſerit, & Apoſtolos reuerentiales conceſſerit, adhuc poſſit ad ſententię executionem procedere, cum per conceſſionem reuerentialium non cenſeatur iudex à ſe abdicaſſe iuriſdictionem, niſi quoad effectum deuolutiuum tantum; præſertim vbi in commiſſione extat clauſula, quatenus locus ſit ægidianæ, quo caſu reuerentiales in forma dati, ſub conditione videntur conceſſi, videlicet quatenus ſententia appellationem admittat, & quantum ad illam partem, quæ admittit, & ſic talis admiſſio refertur ad termino ægidianæ, quæ non aliter appellationem in poſſeſſorio admiſſit, niſi quatenus ex eiſdem actis ſententia oſtendatur iniuſta, & ita de ſtylo ſeruat

uat Rota *vt in Romana damnorum, & interesse de Gabrielibus. 10. Iunij 1591. coram Penta.*

PRAEPARATORIVM VIGESIMVM SEXTVM

Tertius veniens ad causam pro suo iure, & interesse quando in præparatorijs iudicij possit impedire eum, qui iudicium inchoauit.ne illud prosequatur?

SVMMARIVM.

TERTIVS *Veniens ad causam pro suo iure, & interesse non potest admitti, nisi in statu, & terminis, in quibus reperitur.* 1.

Tertius admissus in tertia instantia, & succumbat, non potest appellare. 2.

Tertius veniens pro suo iure, & interesse, arctatur illis terminis, & dilationibus, quibus vtuntur principales citati. 3.

Principales in causa si non possunt petere compromissum, ita nec tertius. 4.

Tertius veniens ad causam commissam super possessorio, non potest alterare statum litis, agendo super petitorio, nisi in commissione sit clausula, quam, & quas. 5.

Tertius ad quem spectat principaliter ius in causa, secundario vero ad eum, qui illam inchoauit, potest in præparatorijs eam in se resumere, & impedire inchoantem, ne illam prosequatur, secus si post litem contestatam compareat. 6.

Litis contestatio est quasi contractus, ex quo quis obligatur instantia. 7.

Litis inchoatio fit per litis contestationem. 8.

Reus principalis est necessarius defensor sui fideiussoris, & potest in præparatorijs reassumere iudicium inchoatum à fideiussore, si tamen fideiussor habet regressum contra reum principalem, aliàs secus. 9.

Tertius non potest impedire principalem agentem, quin saltem possit causæ assistere, ne fiat collusio. 10.

Fideiussor non habet se intromittere in processu rei principalis, nec impedire illius defensionem, in processu tamen proprio, etiam reo contrarium protestante, potest agnoscere bonam fidem. 11.

Tertius quod admitti debeat ad causam pro suo iure. & interesse, suadet ratio naturalis. 12.

Tertius, qui docet de iure suo exclusiuo iuris agentis, semper impedit causę expeditionem. 13.

Intellige de iure tertij exclusiuo ipso iure iuris agentis. 14.

Exceptio de iure tertij, non habet locum in causis summarijs, & executiuis. 15.

Causa summaria effecta ordinaria per processum de iure tertij. 16.

Tertius comparens pro iure suo potest ex legittima causa recusare iudicem tanquam suspectum. 17.

1 QVAMVIS Tertius pro suo iure, & interesse veniens ad causam, eius statum alterare non possit, cum solum in statu, & terminis admitti valeat. *cap. 2. vt lit. pendent. lib. 6.* Surd. *decis. 60. num. 6. & decis. 147. num. 6.*

In tantum quod admissus in tertia instantia si succumbat, à sententia tanquã
2 à tertia non potest amplius appellare. Put. *decis. 71. incip. Iacobus. lib. 3.*

Et videlicet ratione, quia tertius veniens pro suo interesse arctatur illis
3 terminis, & dilationbius, quibus vtuntur principales citati. Afflict. *decis. 235. num. 6.* hinc si principalis non potest petere compromissum, ita nec ter-
4 tius veniens ad causam commissam. Alex. *cons. 65. num. 4. lib. 7.*

Ideo tertius veniens ad causam commissam super possessorio, non potest alterare statum litis, agendo super petitorio. Aegid. *decis. 448.* nisi adsit clausula, quam, & quas in commissione. Peregin. *decis. 94.*

5 Nihilominus hęc regula fallit, primo in tertio veniente ad causam, quę ad eum spectat principaliter, secundario
6 vero ad eum, qui causam inchoauit,

nam is

nam is, si compareat in præparatorijs, potest impedire inchoantem, ne causam prosequatur ratione sui principalis interesse. secus si compareat post litem contestatam, quia tunc iam celebratus est quasi contractus, ex quo quis obli-
7 gatur instantię, ita concludunt Doctores *in l. si perlusorio. §. 1.* & pręsertim Bart. *num. 1.* & Io: de Imol. *num. 2. vers. aut spectabat. ff. de appellat.* idē Bart. *in l. sæpe. num. 10. ff. de re iudic.* quibus in locis afferunt exemplum de venditore, qui super re vendita causam inchoasset, & postea compareret emptor, ad quem principaliter spectat negotium.

Intellige, antequam lis contestatur,
8 quia vera litis inchoatio dicitur contestatio litis. Ludouic. Rom. *singular. 720. incip. per quem actum.*

Idem quoq; dari potest exemplum de fideiussore, qui litem inchoasset, nam potest reus in pręparatorijs comparere, & impedire fideiussorem, ne
9 illam prosequatur, cum reus sit principalis, & necessarius defensor, ad quem spectat commodum totius litis, si tamen fideiussor habet regressum contra
9 reum, secus si non haberet regressum. Bald. *in l. idemq; §. generaliter. in fine. ff. mandat.*

10 Declara tamen, quod non potest iste tertius impedire causam inchoantem, quin saltem possit causæ assistere, ne fiat collusio, vt dicunt pręllegati Doctores.

Sicut vidimus in fideiussore, qui licet in processu rei non habeat se intromittere, nec impedire defensionem rei, in processu tamen proprio, etiam reo contrarium protestante, potest agno-
11 scere bonam fidem. *l. Quintus Mutius,* & ibi Bald. *ff. mandat.*

Et est ratio, quia hoc suadet ratio naturalis, vt ius suum vnicuique redda-
12 tur. vt in proposito idem Bald. *in l. bona fides. ff. deposit.*

Nam quando comparet tertius, & docet de iure suo, quod detegit agēti nullum ius competere, non dicitur excipere de iure tertij, sed potius de
13 non iure agentis; & propterea impedit causæ expeditionem. Ancar. *cons. 197. post. princ. vers. non obstat si dicatur.* Tiraquell. *in l. si vnquam. in verb. reuertatur. num. 361. C. de reuoc. donat.*

Intellige, si ius tertijsit exclusiuum ius
14 agentis ipso iure, aliàs non impedit. Aym. *cons. 269. incipit comendabilis mercator. num. 7. vers. tertio dicere quod actor.*

Item intellige prędicta in causis ordidinarijs, secus in summarijs, & execu-
15 tiuis, in quibus non habet locum exceptio de iure tertij. Tiraquell. *in d. l. si. vnquam. in verb. reuertatur. num. 362.*

Nisi causa summaria effecta sit ordinaria, puta, quia fuerit processum per
16 tres instantias, quia tunc huiusmodi exceptionem admitit. vt tenuit *Rota in Bononensi de Borgogninis 5. Aprilis 1585. coram de Rubeis.*

Fallit secunda regula prædicta, quod reuocationem iudicis suspecti, cum tertius comparens pro suo iure, & interesse possit recusare iudicem tanquam
17 suspectum, si habet legittimam causam recusandi, nam cum admittitur pro interesse suo, ergo debet audiri in omnibus suis defensionibus. iuxta dictum, quod dicit esse generosum, atq; stupendum. Ant. Corsett. *in singulari. in verb. recusatio. incip. tertius comparens.*

PRAEPARATORIVM VIGESIMVM SEPTIMVM.

Num agens iudicio, vel actione populari possit in præparatorijs constituere Procuratorem?

SVMMARIVM.

A*GENS, Vel accusans actione populari, nisi suam, vel suorum iniuriā prosequatur, non potest in præparatorijs*

torijs Procuratorem constituere. 1.
Publica iudicia, vel popularia, quę dicātur. 2.
Contra agentem actione populari potest opponi exceptio, non interest tua in praeparatorijs, secus post litem contestatam, & tunc si opponatur iuri, non autem personæ. 3.
Actio popularis non dicitur in praeparatorijs propria agentis. 4.
Procurator non potest constitui nisi à domino. 5.
Sententia in actione populari lata contra vnum omnibus praeiudicat. 6.
Litis contestatio appropriat agenti actionem popularem, non tamen facit eum Procuratorem populi. 7.
Agens actione populari non satisdat de rato. 8.
Iudicio publico criminali accusans, non dicitur procurator Reipublicæ, licet pœna veniat applicanda Reipublicę. 9.
Actio popularis non potest compromitti, nec in ea deferri iuramentum. 10.
Vniuersitas agens actione populari cogitur cōstituere procuratorem, etiam in pręparatorijs. 11.
Agens populari actione, si constituatur à populo procurator, experitur tam nomine proprio, quam procuratorio simul. 12.
Vniuersitatis procurator non potest facere cōtra ea, quæ specialiter ordinata sunt per ipsam vniuersitatem. 13.
Duces Ianuę, & Venetiarum, quid possint. 14.
Duces Ianuę habentes liberum arbitrium ex forma statuti, num possint illud alteri delegare. 15.
Princeps solus delegat libere merum, & mixtum Imperium. 16.
Liberum arbitrium à statuto concessum, intelligitur de arbitrio boni viri. 17.
Arbitria hodie sunt redacta ad instar iudiciorum. 18.
Sed non arbitramenta. ibidem.
Duces, & Gubernatores Reipublicæ Ianuensis, quomodo de iure habent dare vocem. 19.
Reus conuentus actione populari, potest etiā in praeparatorijs constituere procuratorem. 20.
Nisi sit actio criminalis, in qua veniat imponenda pęna corporis afflictiua. 21.

IN Publicis iudicijs, ac popularibus actionibus regula traditur generalis, quod scilicet agens, vel accusans, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequa-
1 tur, procuratorem in præparatorijs cōstituere non potest. *l. licet. ff. de procurat.* quem textum procedere in præparatorijs tantum, non autem post litem contestatam, quia tunc procuratorem dari posse concludunt ibi Doctores omnes, & pręsertim Bart. & latius Abb. *in cap. veniens. num. 11. de accusat. l. qui populari. ff. de popul. act.*

Quæ autem sint publica iudicia, sum-
2 mo digito, & quasi per iudicem explicat Instit. *de publicis iudic. per tot.* & qui dicantur sui, & qui veniant appellatione suorum, in hac materia declarat Abb. *in cap. de cętero. num. 7. de testib.*

Hinc est, quod contra personam agē-
3 tis actione populari exceptio, non interest tua, vel non habes legitimam personam, opponi potest in pręparatorijs, secus post litem contestatam, nisi exceptio hæc opponatur iuri, & non personę Bald. *in l. si quis non. ff. ad exhibendum.*

Et est ratio, quia huiusmodi iudicia tanquam publica, vel popularia non di-
4 cuntur in præparatorijs propria agentis, nisi ratione nudi ministerij agendi, quæ actio, cum sit vnica, non denominatur in singulos de populo, quantum ad essentiam, ex quo non magis inhæret vni, quam alteri de populo, & neuter præponderat, ergo non habet locum constitutio procuratoris, qui nisi per dominum constitui non potest;
5 item non magis interest constituentis, quam constituti, cum popularis sit actio, vt dicit glossa. *in dicta lege licet. in verb. non possit.*

In qua sententia lata contra vnum,
6 omnibus præiudicat. Bald. *in l. non cogendum. §. qui ita. ff. de procur.*

Quæ ratio cessat post litem contestationem, quę facit appropriari actionē
7 ipsi agenti, ex quo facit eum dominum litis, & instantiæ. *l. nulla dubitatio. C. de procurat. l. ab executione. §. fin. C. de appellat.* Io. de Imol. *in l. ex duobus. num 9. ff. de duobus reis* Non

Non tamen facit eum procuratorem populi, vel vniuersitatis, cum non teneatur defendere singulos, nec ipsam vniuersitatem, nec satisdare de rato. *l.*
8 *mutus. §. in popularibus. ff. de procurat.* per quem textum dicit ibi Bald. quod criminali iudicio publico accusator
9 nō dicitur propriè procurator Reipublicæ, licet sequatur commodum Fisci, & pęna veniat Reipublicę applicanda, sicut non potest huiusmodi popularis causa compromitti. idem Bald.. *in l. non distinguemus. §. de liberali causa. ff. de recept. arbitr.* item nec potest accusans in hac actione tanquam non propria. pręsertim in præparotorijs deferre iuramentum. vt latè per Abb. *in cap. Clericus. num. 13. vers. si vero agatur actione populari. de iureiur.*

Verum in causis ipsiusmet vniuersi-
10 tatis, vel commumitatis, cogitur indistinctè, ipsa vniuersitas, vel commune constituere procuratorem, vt habilius litigetur. Bald. *in l. si familię; ff. famil. bercisc.*

11 Ex quibus colligitur, quod si vniuersitas, vel commune constituit vnum de vniuersitate procuratorem suum, iste dicitur experiri tam nomine proprio,
12 quam procuratorio simul, quia ista possunt cumulari in eodē libello. Bald. *in l. planè.; ff. famil. bercisc.* non tamen poterit facere contra ea, quę sunt or-
13 dinata, & statuta per ipsam vniuersitatem, nisi essent specialiter permissa per eam, vel per aliquod statutum concessa. Bald. *in l. si hominem. in fin. ff. mandat.* vbi refert Bald. per hanc legem dicentem, quod ita millies fecit fieri, & propterea infert, quod Duces Ianuæ,
14 & Venetiarum, licet sibi Ciuitas concedat arbitrium, non tamen possunt facere contra statuta ciuitatis, nec aliquid agere contra societatem ipsius, & dicit esse casum notabilem, & menti tenendum. *in cap. quæ contra mores. 8. distinct.* per quem textum iunctū cum *d. l. si hominem.* subdit prędicta optime probari.

Sed nunquid Duces, & Gubernatores Rerū publicarū prædictarum ha-
15 bentes ex forma statut orum Ciuitatis plenum, & liberum arbitrium procedendi, etiam manu Regia contra delinquentes, vsq; ad vltimum vitæ supplicium inclusiuè, possint illud alteri delegare? Dic quod non, quia qnoad hoc habentur ad instar arbitrorum, qui non possunt causas alteri delegare; nisi sit eis specialiter à partibus concessa potestas. Bald. *in l. non distinguemus. num. 4. in additione. ff. de recept. arbitr.* & probatur expressè *in l. 1. in fine. C. qui pro sua iurisd.* vbi quod solus Prin-
16 ceps delegat libere, merum, & mixtū Imperium. Alex. *in l. 1. num. 53. ff. de offic. eius cui mand. & iurisd.* Paris. *de sindic. in verb. substitutis. cap. 2. num. 8.*

Ratio, quia liberum arbitrium est
17 contra naturam arbitrij boni viri, ad quod restringitur omne liberum arbitrium à statuto concessum. Bald. *in l. si de re sua. ff. de recept. arbitr.* & *in l. si post tres. col. 5. ff. si quis caut.* idest restringitur ad pęnam in iure limitatam, sed vbi nulla est specialis in iure opposita pęna, licet iudex habeat liberum arbitrium statuendi, non tamen procedendi sine causę cognitione, nec sine iudiciario ordine. *l. 1. ff. de effractor.* quia Prætor, vel proconsul, vel etiam Legatus de Latere, licet possint facere leges, & constitutiones in suis prouincijs, non tamen possunt tollere iudiciarium ordinem, nec derogare iuri partium. Bald. *in l. 1. num. 2. ff. de fer.*

Item, quia omnia arbitria redacta
18 sunt ad instar iudiciorum. *l. rem non nouam. C. de iudic. l. 1. ff. de arbit.* arbitratoria vero non rediguntur ad instar iudiciorum, sed ad instar contractus transactionis. Auth. *vt different iudices. §. 1.* & ibi glossa. *in verb. conuentum.*

Quid si statutum concedit arbitrium Duci, & Gubernatoribus Ciuitatis, nūquid omnes sigillatim habeant in simul
19 arbitrium? Dic quod non, sed Dux habet vnam vocem, & Gubernatores aliam, ratio, quia tantum habet vnus nominatus, quantum plures innominati cōiuncti per nomen collectiuum.

Ideo

Ideo tantum vocis habet Prælatus, quantum omnes de Capitulo. *l. si quis Titio.* & ibi Bald. *ff. de vsufruct. accrescend.*

Nisi in contrarium consuetudo se habeat. prout in Duce, & Gubernatoribus, ac in alijs Magistratibus Ciuitatis Ianuæ habentibus Priores, & Collgeas, qui ad calculos à singulis datos collegialiter iudicāt contra formam *d. legis.* & sufficit numerus vocum maioris partis, licet duę partes collegij non sint congregatæ, dumodo non sint pauciores tribus, quia duo non faciunt collegium. nec est necessè, quod exprimantur nomina singulorum, sed tantum numerus vniuersorū, dicendo in coadunantia interfuerunt 400. vt declarat Bald. *in l. nulli. ff. quod cuiusq. vniuers. nomin. Sen.* ad quid teneantur isti, si malè iudicant. dic si cum dolo, tenentur in solidum, si sine dolo, omnes pro sua virili. *l. si tu. C. de Magistrat. conuen.*

Fallit tamen regula principalis prædicta in reo conuento actione popula-
20 ri, qui etiam in pręparatorijs procuratorem constituere potest. *d. l. qui populari.* & ibi glossa. *ff. de popular. act.*

Nisi sit actio criminalis, in qua veniat
21 imponenda pęna maior relegatione. *l. penult. §. ad crimen. ff. de public. indic. cap. veniens extr. de accusat.*

Declara, quod non omne crimen est publicum, sed illud tantum, quod statuto cauetur quod sit publicum, idest, quod de illo quilibet accusare possit, & de hoc tantum dicitur accusatio popularis, in alijs verò criminibus ad accusandum non admittitur, nisi ipse offensus, vel qui sui, vel suorum iniuriā prętendit, in tantum quod his non accusantibus, vel dissimulantibus iniuria, vel offensa non punitur. iuxta communem opinionem, quam dicit Bald. *in rubric. C. de his, qui accusar. non poss. num. 9 vers. sed communis opinio.* vbi quod hoc est verum secundum Legistas, secus dicit secundum Canonistas, qui dicunt, quod omne crimen est publicum. vt per glossam *in cap. infames. 6. q. 1.*

Item declara, quod Pater non potest accusare de publico crimine, nomine Filij tanquam eius legittimus administrator, quia in talibus patria potestas non curatur. Bald. *in l. si cautiones. num. 17. C. de ijs qui accusar. non poss.* vbi tamen dicit, quod poterit accusare coniunctorio nomine, & consentit, quod hoc modo procedat libellus. quia, inquit, non videtur persona variari, cum pater, & filius sint eadem persona. *l. si titius. de impub. & alijs substit.*

Item nec minor, etiam cum auctoritate curatoris potest accusare de crimine publico, neq; vt quilibet de populo, quia iura populi tueri non pertinet ad minores, cum non habeant vocem in causa capitali, nec in testimonijs, nec in alijs legittimis actibus. Bald. *in d. l. si cautiones. num. 15.*

PRAEPARATORIVM VIGESIMVM OCTAVVM.

Vtrum mendacium valeat in præparatorijs iudicij liberè reuocari?

SVMMARIVM.

MENDACIVM *Est falsa significatio vocis, actus cum mente fallendi.* 1.

Mendacium potest in præparatorijs liberè reuocari pro euitando damno, si ius aduersarij nondum sit effectum deterius. 2.

Negans in præparatorijs delictum non potest illud confiteri ad consequendum beneficium statuti. 3.

Delicti negatio in præparatorijs importat litis contestationem, postquam non est licita reuocatio, nisi ratione minoris ętatis. 4.

Ex negatione quęritur ius præcisum parti, sicut ex confessione. 5.

Negans delictum etiam in præparatorijs cum dolo, perdit ratione mendacij beneficium

confessionis à statuto concessum. 6.

Mentiens in preparatorijs non tangentibus factum principale potest mendacium reuocare. 7.

Heres potest in preparatorijs reuocare mendacium defuncti. 8.

Mendacium commissum post litem contestatam non potest reuocari, nisi pretextu erroris, & nota, nisi errore probato preuia restitutione in integrum. 9.

Error in facto proprio non presumitur. 10.

Error etiam in facto proprio est tollerabilis, quando errans certat de damno vitando. 11.

Errans non videtur mentiri, neque ratione mendacij puniri potest. 12.

Qui errat non fatetur. ibidem.

Errans per ignorantiam iuris non excusatur, nisi sit miles, rusticus, vel femina. 13.

Iudex potest corrigere errorem suum, vsque quo functus sit officio, etiam ex officio, & nemine petente. 14.

Iudex delegatus per sententiam nullam per errorem facti, desinit esse iudex, & finit iurisdictionem delegantis. 15.

1 PRæmitto, quod mendacium est falsa significatio vocis actus cum mente fallendi. secundum Bald. post gloss. *in l. si cum esset. ff. de interrogat. act.*

Modo quis mentitur in preparatorijs iudicij, vult reuocare mendacium, queritur an possit?

Respondeo, distinguendo, aut in præparatorijs, aut post litem contestatam. Si in preparatorijs, & tunc refert, aut vult reuocare ad euitandum damnum, vel pœnam, aut ad consequendum lucrum, vel commodum. primo casu potest liberè reuocare, nisi
2 ius aduersarij sit effectum deterius. *§. item mixta est actio contra eos. instit. de action.*

Vbi enim ius aduersarij nondum est effectum deterius, dicitur res integra; ideo admittitur reuocatio. Bald. *in l. si quis. in fine. ff. si ex noxal. caus. agatur.*

Secundo casu, subdistingue, aut est mentitus super facto principali, puta quia primo negauit, & postea vult cõ-
3 fiteri pro consequendo beneficio statuti de confitentibus, & tunc non potest reuocare, quia precedens negatio importat litis contestationem, post-
4 quam non permittitur reuocatio nisi minori ratione etatis. *l. si ex causa. §. nunc videndum. vers. sed si cum. ff. de minor.* & ibi Bald. vbi dicit, quod in hoc habetur minor, ac si verè confessus es-
5 set ab initio. quia ex negatione queritur ius precisum parti, sicut ex ipsa confessione.

Præsertim si cum dolo negauit, quia tunc ratione mẽdacij excluditur à beneficio confessionis per statutum concesso, vt dixi *supra in preparatorio 13, num 58. parte prima.*
6 Item sponte confessus in iudicio volens reuocare confessionem non auditur, etiam in preparatorijs. nisi velit ostendere eam per errorem factam per instrumenta, ex quibus appareat rem aliter se habere. *l. de etate. §. fin. ff. de interrogat. act.*

Sed de iure Longobardorum prius confitens, postea negare volens indistinctè non auditur, vt in Longobard. *in tit. qualiter quisq. se defend. deb. l. si pro quacunq; in l. 1. §. si quis vltro. in verb. confessus. ff. de quæst.* & ita obseruatur in locis, vbi seruatur ius Longobardorum. vt Florentie.

Aut mentitus est super præparatorijs non tangentibus factum principale, & tunc quia mendacium, non est in figura iudicij, potest reuocari in præparatorijs. ita Bald. *in l. electio. §. neq. ff. de*
7 *noxalib. act.* vbi quod etiam heres potest in præparatorijs reuocare menda-
8 cium defuncti. *& dixi supra in preparatorio 12. num. 9. vers. item intellige. parte prima.* vt patet in teste, qui si mentiatur in circunstantijs non tangentibus factum principale, non dicitur falsus. Io. de Imol. *in l. 1. num. 35. ff. de verb. obligat.*

Prout accusans potest in præparatorijs accusationem reuocare, & ab ea desistere impunè. *l. in Senatus consultum. §. fi.*

§. si propter. in fin. ff. ad Senat. consul. Turpill.

Item potest accusans libellum criminalem oblatum iudici, & non parti rehabere, & retrahere; sed accusatus potest facere assignari accusatori terminum ad accusandum, post quam non poterit amplius audiri. Bald. *in l. de die. sub. num. 4. ff. qui satisd. cog.* nam sola libelli oblatio facta iudici nil operatur.

Item habemus aliud simile in purgatione morę, quæ cum sit quædam reuocatio, potest fieri in præparatorijs. idem Bald. *in l. Celsus. in addit. ff. de arbitr.*

Si autem queritur post litem contestatam, & tunc non potest reuocari, sed tantum interpretari, nisi mendaci-
9 um emanauerit prætextu erroris, quia tunc non nisi probato concludenter errore pręuia restitutione in integrũ. secundum Innoc. *in cap. cum venerabilis. de except.* quem refert Bald. *l. de ętate. §. celsus scribit. ff. de interrogat. act.* vbi tamen intelligit de errore tollerabili, & non supino. puta, si agatur
10 de facto alieno, non autem de proprio, cum pręsumatur quis memor eorum, quæ fecit. *l. filio. ff. de adim. legat.* ideo in facto proprio præsumitur in dubio certa scientia, in facto vero alieno præsumitur error. secundum gloss. *in l. si quis delegauerit. in verb. suum. ff. de nouat.* vnde innoleuit practica notariorum apponendi in instrumentis hęc verba, ex certa scientia, & non per errorem. quę faciunt constare de certa scientia, nisi ex aduerso probetur, rem aliter se habere, quia tunc confessio pręsumeretur erronea. *vt in d. l. de ætat. §. fin.* sicut ille, qui non potuit plenè deliberare, errasse pręsumitur. Bald. *in l. post princ. ff. de obseruator. act.* item in facto satis antiquo pręsumitur obliuio. *l. furtum. §. 1. ff. de vsucap.*

Tu vero dicas indistinctè, quod error etiam in facto proprio est tollerabilis, vbi error certat de damno vitan-
11 do *l. sed, & si me putem.* & ibi gloss. *in verb. potero. ff. de condit. indebit.*

Pręsertim in facto proprio intricato. Polidor. *de nocturno tempore. cap. 64. num. 15.*

Et est ratio, quia errans non videtur
12 mentiri, nec qui errat puniri potest ratione mendacij. idem Bald. *in d. l. cum esset. ff. de interrogat. act.* nec omnis mendax tenetur falsi. glossa. *in l. quod sit falsum. in verb. mentitur. ff. ad l. concil. de fals.*

Item qui errat non confitetur. *l. 2. ff. de confess.*

Intellige de errante per ignorantiam facti probabilem, non autem per igno-
13 rantiam iuris. *vt dixi in d. præparatorio 13. num. 31. parte prima.*

Nisi errans sit minor, miles, rusticus, vel fœmina, quos ignorantia iuris excusat, vt in proposito Bald. *in l. confessionibus. in additione. vers. si autem confitetur. ff. de interrogat. act.* Nisi iurauerint, quia iuramentum excludit beneficium ignorantię iuris, pręsertim in minore iurante non cantrouenire ratione minoris ętatis. Io. de Imol. *in l. sciendum. num. 6. de verb. oblig.*

Vel nisi errans sit ipse iudex, qui potest corrigere errorem suum siue facti,
14 siue iuris vsque ad sententiam diffinitiuam, & vsquequo non sit functus sua iurisdictione. *cap. qualiter, & quando il primo.* & ibi glossa. *in verb. corrigere. extr. de accusat.* Marsil. *cons. 76. num. 33.* vbi dicit, quod iudex debet corrigere errorem suum, etiam ex suo officio, & nomine petente. Bald. *in l. arbitro. in vltima additione. ff qui satisd. cog.* Io. de Imol. *in l. iudex. num. 2. ff. de re iudic.* vbi dicit, quod iudex diffinitiue sententiando definit esse iudex, & dicitur functus officio suo, siuè bene, siuè male, & proinde non potest corrigere errorem suum, nisi appelletur. Innoc. *in cap. sæpe. de appell.* Bald. *in l. videamus. §. iurare. vers. nisi sit lata diffinitiua. ff. de in litem iur.* Quod procedit tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus. Bacard. ad Cler. *quæst. 94. nu. 66. vers. nam iudex.*

Amplia, vt etiam iudex delegatus per sententiam nulliter, & per errorem

facti latam, desinat esse iudex; & finiat iurisdictionem delegantis, nec pos-
15 sit amodo iterato sentētiando corrigere errorem suum secundum eundem Imolam *in d. l. iudex. num. 6.* adde Innoc. *in cap. in literis. extr. de offic. delegat.* vbi quod iurisdictio delegata finitur etiam per sententiam inutilem. caue tamē, quod licet finiat iurisdictionem, non tamen intelligitur diffinire negotium; seu causam. Bald. *in l. ante sententiā. num. 4. vers. quæro si ordinarius. C. quorum appellat. non recip.* caue etiā, quod licet delegatus sit mortuus, & delegatio sit consumpta, attamen ordinarius loci post mortem illius delegati non poterit vlterius se intromittere in illa causa. Marsil. *cons. 81. num. 40.*

Subamplia, vt delegatus, qui cōmittit vices suas alteri, reseruato sibi consilio, per huiusmodi commissionem, desinat esse iudex. Abb. *in cap. si pro debilitate. num. 6. de offic. delegat.*

Idem in Procuratore, qui si alium loco sui substituit, desinit regulariter esse procurator. nisi habeat facultatem substituendi, & substitutum reuocandi. Bald. *in l. si procuratorem. §. si quis mandauerit. ff. mandat.*

Plus dico, quod aduersus mendacium, etiam scienter, & post litem contestatam dictum, minor restituitur in integrum. late Surd. *decis. 216. num. 21. & seq.*

Cum mendacium quantumuis substantiale de per se non faciat inditium ad torturam, iuxta magis communem, & veriorem Theoricam, quam tradit Gramat. *vot. 30. num. 16.* Marsil. *cons. 51. num. 71.* Bursatt. *cons. 166. num. 25. & cons. 192. num. 30. lib. 2.* Viuu. *de communi oppinione. 497. in fine.* vbi distinguit inter principalem, & testem. Mascard. *de probat. conclus. 1044. num. 2.* Bertazzol. *cons. crim. 145. num. 5. lib. primo.* Clar. *in §. fin. quæst. 21. num. 38.*

Presertim quando quis negat illud, quod si de perse confessus esset, sibi nō præiudicasset. Marsil. *d. cons. 51. num. 67. in fin.* Horatius Lucius. *inter cons. crimin. diuers. cons. 161. num. 36 lib. primo.* Honded. *cons. 102. num. 78.* Bertazzol. *cons. 59. num. 6. lib. pr.* Mascard. *d. cons. 1044. num. 3.*

Ratio, quia frustra expectatur illud, cuius euentus nihil operatur. Marsil. *d. conclus. 51. num. 53.*

Et in omnem casum nemo ex solo mendacio videtur esse torquendus, nisi prius data copia mendacij, cum termino ad se purgandum, & defendendum. Marsil. *d. cons. 51. num. 71.* sequitur Baiard. ad Clar. *quæst. 21. num. 153.*

Et proinde testis ob mendacium non dolosum, & non præiudiciale non est repellendus, quando presertim considerari potest obliuio, vt dixit Rota *in Mediolanen. simulationis contractus Veneris. 24. Maij. 1598. coram Corduba.*

Regulariter tamen testi mendaci non est credendum. Alex. *cons. 99. lib. 2.*

PRAEPARATORIVM

VIGESIMVM NONVM

Vtrum contumax in præparatorijs iudicij intentati per personam ipso iure non legittimam pro confesso, & conuicto ad formam statuti de contumacibus haberi, & pronuntiari possit?

SVMMARIVM.

CITATVS à persona ipso iure non legittima, puta à bannito, qui ex forma statuti audiri non potest, vel Pater à Filio, inter quos non potest esse iudicium, si non compareat, non potest haberi pro confesso, & conuicto ad formam statuti. 1.

Inter quos non valet iudicium, nec valet facta confessio. 2.

Non respondens positioni, quæ non potest admitti, vel ratione personæ, vel ratione materiæ,

teriç, vel ratione formæ pro confesso haberi non potest. 3.
Confessio facta in iudicio, & coram iudice non exigit ad sui validitatem telam iudicij. 4.
Nullitas processus circa preparatoria non annullat confessionem factã in iudicio. 5.
Nullitas circa substantialia processus peccantis ex defectu personæ non legittimę, siue ex parte iudicis, siue ex parte actoris, inficit etiam ipsam confessionem iudicialem. 6.
Contumax in concernentibus preparataria causę, & acta probatoria habetur pro confesso. 7.
Statuta prohibens iudicium inter certas personas per verba prohibitoria, vt inter patrẽ, & filium, annullat ipso iure iudicium, & confessionem in iudicio factã. secus si loquatur per verba permissoria, licet aliqua exceptione repelli possit. 8.
Statutum, quod contumax habeatur pro confesso, quomodo intelligatur. 9.
Nullitas totius processus non potest partium consensu remitti. 10.
Item nec per appellationem potest reualidari. 11.
Minores, rustici, & mulieres non possunt constitui in vera contumacia. 12.
Persona non legittima non legittimatur iuramento i Quid de iure canonico. 13.
Litis contestationi nulliter facta, quę est initium iudicij, nulla valida sequi potest sententia. 14.
Nec potest à partibus ratificari. 15.
Litis contestatio nulliter facta, habetur pro non facta.
Sententia lata ad fauorem personæ ipso iure non legittime, est ipso iure nulla. 17.
Declara, si iudex sciebat personam esse non legittimam. 18.
Inhabilitas personæ, & iudicis incompetentia potest à quolibet, etiam inhabili opponi. 19.
Contumax etiam verus, non potest pro conuicto, & confesso pronunçiari ad instantiam personę non legittimę. 20.
Citatio ad instantiam banni, seu excommunicati, non constituit citatum in contumacia. 21.
Decretum interpositum super casu impossibili nihil operatur. 22.
Clericus citatus à iudice laico, non potest pro confesso, & conuicto pronunciari. 23.
Ad constituendum quem in contumacia, requiritur quod personaliter citetur. 24.
Excommunicari quis non potest per citationem factam domi. 25.
Confessio resultans ex contumacia, non extenditur ad qualitates negotij principalis impertinentes. 26.
Statutũ, quod contumax habeatur pro confesso, intelligitur per sententiam, non autẽ ipso iure. 27.
Dictiones, ipso facto, ipso iure, eo ipso, vel mox, important latam sententiam. 28.
Sententia contumacialis est interlocutoria. 29.
Contumacia in prẹiudicium contumacis idem operatur, quod responsio. 30.
Statutorum verba etiam generalissima relata ad personas intelligi debent de legittimis, non autem de odiosis. 31.
Accusare est beneficium, quod odiosis non datur. 32.
Persona ipso iure non legittima accusans accusatione illicita aliquem, licet vera sit accusatio, non afficit accusatum. 33.
Producens falsum instrumentum punitur de falso, secus si instrumentum erat illicitũ, vel nullum. 34.
Statutum, quod pro quolibet contractu soluatur gabella, intelligitur de contractu valido. 35.
Rescriptum secundum non faciens mentionem de primo, quando dicatur surreptitium. 36.
Error communis non facit valere processum agitatum per personam ipso iure non legittimam. 37.
Iudicium agitatum à persona non legittima est nullum, quamuis non opponatur. 38.
Contractus, seu iudicium non tenens ratione inhabilitatis nunquam confirmari potest. 39.
Vitium inhabilitatis personæ, non potest confirmari per cessionem iurium. 40.
Iudex, cui constat de innocentia accusati, vel inquisiti, non debet eum, etiam absentem comdemnare in contumaciam. 41.
Testis minor 20. annorum repellitur in criminalibus. 42.
Testes, qui non possunt torqueri, torti nullum faciunt indicium. 43.

Statu-

Statutum faciens mentionem de sententia, intelligitur de valida, & ritè lata. 44.

Statutum quod contumax habeatur pro confesso, intelligitur, si praecessit valida inquisitio. 45.

Sententia notoriè nulla non transit in rem iudicatam. 46.

Item sententia notoriè iniusta. 47.

Patruus in vulgari dicitur, Zius. 48.

Patruus deponens pro nepote in criminalibus repellitur. 49.

Testis qui est formalis, non debet recipi, etiam cum clausula saluis exceptionibus. 50.

Testis dicens se vidisse de nocte sine lumine, est suspectus de falso. 51.

Testis nominans in contestem, qui negat, dicitur suspectus de falso. 52.

Testi dicenti se non potuisse videre in nocte, magis credendum, quàm ei, qui dicit se vidisse. 53.

Testibus negantibus in fauorem rei, credendum magis, quàm affirmantibus in fauorem Fisci. 54.

Dictum testis extortum per torturam, non attendendum. 55.

Testis minor 20. annorum tortus praesumitur per metum deposuisse. 56.

Plures inquisiti de vno tantum vulnere, quo nescitur, à quo fuerit illatum, debent omnes absolui. 57.

Clerico inquisito cum Laico petente remissionẽ ad forum Ecclesiasticum, debet iudex secularis supersedere contra laicum, donec causa remissionis terminetur. 58.

1 CONuentus à persona ipso iure non legittima, puta à bannito, qui ex forma statuti audiri non potest, sicut non comparens non potest haberi pro contumace, ita nec spõte confitens pro confesso, nam inter quos non valet iudicium, quia à le-
2 ge, vel à statuto prohibitum, ita nec valet facta confessio. *l. filius. 20. ff. de interrogat. act.* per quem textum dicit ibi Bald. quod vbi positio non debet admitti, vel ratione personae non legittimae, vel ratione materię, vel ratione
3 formae non respondens, non potest haberi pro confesso per Specul. *in titul. de test. §. nunc videndum. vers. cęterum.* Marsil. *cons. 81. num. 53. & cons. 82. num. 32. & 33.*

Item ratione temporis, vt quia positio non contineat certũ tempus. Fran. Cremen. *singul. 109. incip. statuto cauetur quod contumax.*

Item cuius prohibetur petitio, eiusdem non valet facta confessio. secundum gloss. *in l. prima. in verb. relinquatur. C. de petit. bon. sublat. lib. 10.*

Non obstat, quod annullato processu, non annullatur confessio, quae ad sui
4 validitatem non exigit telam, seu instantiam iudicij, sed sufficit, quod fiat in iudicio, & coram iudice. Innoc. *in cap. qualiter, & quando il 2. & in cap. super his. de accusat.* Abb. *in cap. dilectus. num. 14. de capell. Monach. & in cap. dudum. num. 11. de elect.*

Hinc est, quod in iudicijs valet confessio, etiam in formis, idest sine causa, secus si extra iudicium. *vt in l. 1. ff. de interrogat. act.* quod etiam procedit in confessione resultante ex instrumento producto, nam probat contra producentem in vim confessionis iudicialis. Inoc. *in cap. cum olim. de censib.*

5 Quia hoc verum, quando nullitas concernit praeparatoria. & alia accidẽtalia iudicij. *cap. 1. de confess. lib. 6.*

Ideo interrogatus circa praeparatoria si non respondet, habetur pro confesso. Io. de Imol. *in l. contumacia. num. 6. ff. de re iudic.*

Secus si concernit substantialia processus, eo quia peccat defectu personae non legittimę, siuè iudicis, siuè actoris, quia tunc defectus inficit etiam ip-
6 sam confessionem. Abb. *in cap. Pisanis. num. 9. de restit spoliat.* Bald. *in d. l. si filius. & in additione.* idem Bald. *in l. quod tamen, & in additione. ff. de recept. arbit.* adde eundem Bald. *in l. si filius, qui abstinuit. ff. de interrogat act.* vbi dicit, quod in concernentibus pręparatoriae causę, & in his, quę tendunt ad veritatis indagationem, post litem contestatam contumax habetur pro
7 confesso, dumodo iudex sit competens, aliàs ipsa iudicis incompetentia, & deficens

fectus inficit,& annullat totũ processũ, sententiam,& omnia inde secuta. Marsil. *conf. 76. num. 12.*

Declara tamen, quod tunc defectus inficit totum processum, & confessionem,quando lex,vel statutum loquitur per verba prohibitoria, & negatiua iudicij, vt inter patrem,& filium, in quibus terminis loquitur. *d. l. si filius.* nam verba negatiuè prolata important necessitatem præcisam, & priuant omni potentia, & actum irritant, & annullant.Marsil. *conf. 76. num. 16.*

Præsertim vbi statutum procedit annullando, quia decretum irritans inficit ipso iure.Gabriel. *de claufsul.conclus. 3. num. 58.* Boer. *decis. 1. num. 45.*

Et quod nullum est à principio ipso iure, non confirmatur ex post facto. Bald. *in l. si sibi. §. si pactus. ff. de pact.*

Secus si loquatur per verba permissoria iudicij, licet illud aliqua exceptio-
8 ne repelli possit, quia tunc si exceptio
non operatur, tenet processus. vt declarat Bald. *in d. l. si filius.* 20. & contumax habetur pro confesso ad formam statuti. idest habetur, ac si in
9 iudicio sponte, & solemniter esset
confessus secundum Bald. *in l.quoniam intelligitur. num.4.ff. de his, qui not. infam.* & tanquam confessus punitur, si capiatur,etiam post lapsam instantiam, quæ licet pereat, non tamen perit confessio. Bald. *in l. 2. num. 2. C. si penden. appellat.more.* Abb. *in d.c. dilectus.num. 13. de cappel. monach.*

Declara tamen statutum prædictum tantum procedere in delicto commissionis, non autem ommissionis, nisi in crimine hęresis,vbi is, qui contumaciter stat per annum in excommunicatione,habetur pro confesso. *c. rursus. 11.q. 3.* item intellige dictum statutũ, si precedat libellus, vel inquisitio valida. Marsil. *d. conf. 81. num. 60.*

Amplia primo principalem conclu-
10 sionem, vt huiusmodi nullitas,cum cõ-
cernat totum processum, etiam de cõsensu partium remitti non possit. *cap. de causis.* & ibi glossa. *in verb. consensu partium. extr. de offic. delegat.* vbi quod solemnitates, quę sunt de forma processus, non possunt à partibus remitti, secus in his, quæ non sunt de forma, quia tunc si processus non valet,vt agitur, valet eo modo, quo valere potest. Io. de Imol. *in l. 1. num. 27. ff. de verb. oblig.*

Et est ratio, quia omnis solemnitas, seu forma substantialis est iuris publici; ideo pacto priuatorum tolli non potest. Io. de Imol. *in l. quicquid astringendę. num. 3. ff. de verb. obligat.* tanto magis stante clausula decreti irritantis. Corsett. *singul. clausula vbicunq.*

Item nemo priuatus potest facere, ne leges in sua dispositione locum habeant. *l. nemo potest. ff. de legat.* & ibi Alex. *num. 6.*

Amplia secundo, vt nec per appella-
11 tionem confirmari, vel conualidari
possit. Bald. *in l. ne quis. num. 4. vers. nota sententiam, quę peccat. ff. de sir.* Alex. *conf. 79. num. 5. lib. 2.* vbi dicit, quod sententia continens expressum errorem, non potest per secundam sententiam confirmari, quia eundem contineat errorem.

Amplia tertio, tanto magis procedere in minoribus, rusticis, & mulieribus; qui, vel quæ tanquam personæ
12 miserabiles non possunt constitui in
vera contumacia,cum præsumatur potius per imbecillitatem, quam per contumaciam non parere, nisi dixerint,se nolle venire. Bald. *in l. 1. §. eis qui. ff. de edend.*

Amplia quarto, vt iudicium improbatum, & non legittimum non possit comprobari, vel legittimari per iuramentum, vt iudicium agitatum à filio familias sine patre non potest legitti-
13 mari per iuramentum filij, cum perso-
na non legittima non legittimetur iuramento. *l. iuris gentium. §. & generaliter,* & ibi Bald. *in additione num. 2. ff. de pact.*

De iure vero canonico, iuramentum dat robur contractui inito per personam inhabilem,& nõ legittimam. *cap. mulieri. extr. de iureiur.*

Amplia

Amplia quinto; vt iudicium inchoa-
tum cum persona non legittima non
conualidetur postea per interuentum
legittimæ personæ. Io: de Imol. *in l.*
contra pupillum post princ. vers. extra.
gloss. *ff. de re iudicat.* vbi dicit, quod
lis contestata cum pupillo tantum, nō
14 conualidetur, quamuis in prosecutio-
ne postea interueniat tutor. quia, in-
quit, contestatione litis nulliter facta,
15 quæ est initium iudicij; nulla valida
sententia sequi potest, in tantum quod
nec à partibus ratificari potest. *l. quod*
ab initio. ff. de reg. iur. litis enim contes-
tatio nulliter facta, habetur pro non fa-
cta, nec facit desinere rem esse inte-
gram. vt dicit gloss. *in l. si pater. C. ne*
de stat. defunct. Marsil. *cons. 82. num.*
23.
16 Amplia sexto, vt sententia lata ad fa-
uorem personæ ipso iure non legitti-
mæ ex forma statuti, vt pro bannito, sit
17 ipso iure nulla. Io: de Imol. *in l. cum*
Prælatis. in fin. ff. de re iudic. præser-
tim si iudex sciens non legittimam per-
18 sonam, fert sententiam. *l. si procurator*
absentis: ff. de procur.
Amplia septimo, vt de inhabilitate
personę agentis, vel de incompetentia
iudicis, quilibet reus, etiam inhabilis
possit opponere, ac etiam bannitus, etiā
19 non obstante statuto, quod bannitus
non audiatur excipiendo. secundum
gloss. *in fin. in Clem. 1. de sequestr.* quā
refert, & sequitur Bald. *in l. 1. num. 5.*
vers. tertia est regula. ff. ne quis eum, qui
in ius voc. Abb. *in cap. ex parte. num.*
6. de offic. delegat.
Amplia octauo, vt etiam verus con-
tumax, idest citatus personaliter, non
possit ad instantiam personæ ipso iure
non legittimę pro conuicto, & confes-
20 so pronunciari, Io. de Imol. *in l. quidam*
consulebant. num. 25. vers. aduerte quia
processus. ff. de re iudic. vbi dicit, quod
citatio, seu pręceptum ad instantiam
banniti, seu excommunicati, non con-
stituit citatū in contumacia; & subdit,
21 quod hoc est quodamodo de iure im-
possibile, & decretum interpositum in
22 casu impossibili nihil operatur. Bald. *in*
l. fideiussor. ff. de distract. pign.

Hinc Clericus citatus à iudice laico
non potest pro confesso, & conuicto
pronunciari. *cap. si iudex laicus. de*
23 *sent. excom. in 6.*
Nec valet ipso iure bannum illatum
per iudicem secularem contra Cleri-
cum. Alex. *cons. 77. num. 6. lib. 3.*
Subamplia, vt ad hoc, vt quis pro-
nunciari possit pro confesso, & conui-
24 cto, requiratur non solum vera contu-
macia, idest quod personaliter citetur,
sed etiam verus dolus, idest, quod ci-
tatus verè contemnat cōparere. Bald.
in l. in actionibus in fine. ff. de in litem
iurand. vbi reprehendit Vicarios Epis-
coporum, qui excommuncant ali-
quos citatos domi, & sic ex ficta con-
tumacia, tunc ad hunc effectum requi-
ritur vera contumacia, & verus dolus,
25 & ideo inquit, istud factum debet re-
uocari, quia est iniustè processum, id-
est ex facta probatione, & non vera.
Marsil. *cons. 82. num. 15.*
Amplia Nono, vt ficta confessio re-
sultans ex contumacia vigore statuti,
quod contumax habeatur pro confes-
26 so, licet videatur facta de negotio
principali, non tamen de qualitatibus,
quę sunt impertinentes. Alex. *in l. si*
seruus. §. si à filio. num. 3. ff. de legat.
primo.
Amplia decimo, vt statutum, quod
contumax habeatur pro confesso, non
27 intelligatur ipso iure, sed requiratur
sententia. Matth. Martil. *in singular.*
115. *nota quod vbi lex. in fin.* vbi repro-
bat contrarium tenentes. nisi statutum
hebeat aliquid ex infrascriptis verbis
videlicet: eo ipso, ipso facto, ipso iure,
vel mox. *vt in Auth. ipso iure. in princ.*
28 *de incest. nupt. & in cap. cum qui. de præ-*
bend. in 6. Abb. *in cap. fin. num. 6. de*
Cler. non residen. Bald. *in l. 1. §. si pe-*
cuniam. ff. de posit. Marsil. *cons. 52.*
num. 21.
Intellige de sententia interlocutoria,
29 per quam iudex interloquitur reum
esse contumacem, & ideo pronunciat
confessum, & conuictum, quia contu-
30 macia in præiudicium contumacis idē
operatur, quod responsio. Bal *in l. 1.*
num. 30.

num. 30. C. de ijs, qui accusar. non poss. Marsil. *cons.82. num. 27.*

Amplia decimo primo, vt etiam stante statuto, quod quilibet admittatur ad accusandum de homicidio, adhuc non possit persona, ipso iure non legittima, admitti ad accusandum. cum verba generalissima statutorum relata ad
31 personas, intelligi debeant de legittimis, & non odiosis personis, prout est bannitus pro delicto. Bald. *in rubric. C. de ijs, qui accusar. non poss. num. 10.*
32 vbi dicit, quod accusare est beneficium, quod odiosis non datur.

Amplia decimo secundo, vt persona ipso iure non legittima accusans aliquẽ accusatione non falsa, sed illicita, quia forte de iure est prohibita, sed in facto
33 est vera, vt quia accusauit de homicidio vero, sed non punibile, quia occisus erat publicè bannitus, nõ possit puniri de falso, tanquam obripiens prætori; nec accusatus, vel inquisitus haberi possit pro confesso. Marsil. *cons.82. num. 35.* Bald. *in l. cautiones. num. 16. C. de ijs, qui accus. non poss.* vbi ponit de illo, qui producit falsum instrumen-
33 tum, quia inquit, punitur de falso, secus si instrumentum erat illicitum, vel nullum.

Hinc statutum, quod pro quolibet contractu soluatur gabella, intelligitur de contractu valido, non autem nullo. & statutum puniens opponens exceptionem, non punit nulliter opponentem. late Marsil. *d. cons. 81. num. 63. & 64.* vbi alia plura ponit exempla.

35 Hinc rescriptum secundum non faciens mentionem de primo, non dicitur surreptitiũ, si primum erat nullum,
36 vel potest aliqua exceptione submoueri. Abb. *in cap. suggestum. num. 2. de iure patron.* quod procedit etiam in literis impetrationis beneficij Ecclesiastici. idem Bald. *in cap. cum nostris. num. 12. de concess. prabend.*

Amplia decimotertio, vt communis error non faciat valere processum agi-
37 tatum per personam ipso iure non legittimam. Abb. *in cap. gratum. in fin. de offic. delegat.* vbi quod si quis emit à Prælato intruso, licet communiter reputaretur Prelatus, non tamen iste communis error facit valere contractum. per Archidiac. *in cap. alienationis. 11. q. 2.* & Innoc. *in cap. nihil. de elect.* idem in Prelato nondum confirmato. Alex. *cons. 138. num. 15. lib. primo.*

Amplia decimoquarto, vt nec valeat iudicium agitatum per personam ipso
38 iure non legittimam, quamuis non opponatur. iuxta veriorem opinionem, de qua per Abb. *in cap. non iniustè. n. 6. de procurat.* Marsil. *cons. 73. num. 36.* vbi quod iudex ex officio suo potest nulliter agentẽ à limine iudicij repellere.

Amplia decimoquinto, vt contractus, siuè iudicium, quod non tenet ra-
39 tione inhabilitatis personæ, nunquam confirmari valeat. Bald. *in l. 1. §. impuberes. in fin. ff. commodat.*

Amplia decimosesto, vt nec vitium inhabilitatis personę confirmari possit per cessionem alteri factã, quia vitium in iudice, quod obstat cedenti, obstat
40 cessionario, quia rei cohęret tanquam originale. Bald. *in l. si donatarius. §. si quis in debitam. vers. sed tu clarius. ff. de condit. causa dat.*

Amplia decimoseptimo, vt econtra si
41 quis habeatur pro confesso ad formam statuti, & iudici cõstet talem contumacem, & absentem esse innocentem, vel habere defensiones legittimas, non debeat vt contumax condemnari. Marsil. *cons. 73. num. 69.*

Hęc ampliatio bene facit ad quæstionem nunc de facto occurrentem. inquiruntur tres de vno homicidio nocturno tempore commisso, ad quod probandum inducuntur tres testes de domo, familia, & parentela ipsius occisi. videlicet Patruus, & duo Consobrini. Patruus primus testis de plano deponit se vidisse, & cognouisse omnes tres occisores. Secũdus testis Cõsobrinus etiã adhibita tortura, negat se non potuisse aliquẽ videre, neq; cognoscere propter noctis obscuritatem. Tertius testis minor viginti annorum, qui in
42 criminalibus repellitur. secundũ Bald. *in l. etiam*

in l. etiam matris. in additione. ff. de probat. nihilominus plures examinatus semper in eadem negatione persistit. adhibita carceratione quadraginta dierum, & demum tortura deponit se vidisse, & cognouisse vt primus. & quamuis huiusmodi testes, tanquam consobrini non potuissent torqueri, cum etiam torti nullum faciant iudicium. vt dicit Farinac. *de testib. quest.*
43 *69. num.* 52. iudex tamen habita hac depositione, non minus nulliter, quam de facto processit ad banniendum inquisitos, cum banno perpetuo, & confiscatione bonorũ, à quo banno appellãtes, quęritur, an debeãt andiri, etiã per procuratorẽ super nullitate, & inualiditate dicti banni, ac super eorũ innocentia, ac alijs legittimis defensionibus.

Respondeo esse audiendos, quia licet statutum dicat, quod sententia banni exequatur sine vlla dilatione, vel excusatione, hoc tamen statutũ non procedit in banno euidenter nullo, & quãdo grauamen est notorium, pro vt in isto casu, vt statim ostẽdam, cum statutum faciens mentionem de sententia,
44 intelligitur de sententia ritè, & rectè lata, non autem de inualida, & minus legittima, & tanto magis de sententia continente grauamen notoriũ. vt pluribus probat Marsil. *cons.* 81. *num.* 67. *& seqq. & cons.* 82. *num.* 130. vbi quod
45 statutũ, quod contumax habeatur pro confesso, intelligitur, si valida, & legittima pręcesserit inquisitio.

Et propter notoriã nullitatem, & iniustitiam debent audiri etiam per procuratorem, quia si iudex, etiam ex officio tenetur inquirere innocentiam inquisiti, tanto magis tenetur eam audire per procuratorem. latè Marsil. *cons. 73. num. 2. & seqq.*

Sententia enim notoriè nulla nunquã
46 transit in rem iudicatam. *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.*

Sicut sententia notoriè iniusta, ex eo quia non iustificatur ex actis, nunquam transit in iudicatum. Cesar de Grass. *decis.* 13. *num.* 10. *de appellat. & decis.*
47 2. *num.* 5. *cum. seqq. de solut. & decis.* 11. *num. 4. de re iudic.* data autem nullitate banni, merito ab eius interlocutoria datur appellatio, pręsertim vbi bannitus non sit verus, sed fictus contumax, propter praeiudicium infamiae, quam incurrunt bãniti, & propter executionẽ, quam trahit secum hęc interlocutoria. Bald. *in l. si Clericus. num. 9. C. Episcop. aud.*

Et de hac nullitate potest opponi, etiã non obstante statuto, quod contra bannum non possit opponi de nullitate. Bald. *in l. filius à patre, in additione. ff. de petit. hered.*

Quod autem prædicta contumacialis sententia sit notoriè nulla, & iniusta, & notorium grauamen contineat, euidentissimè patet ad oculum.

Primo. quia fundatur super sola depositione primi testis, immo potius ipsiusmet partis formalis, cum sit patruus, qui in vulgari dicitur zius ex parte patris. vt per Bald. *cons.* 258. *incip. appellatione patrui. lib.* 3. deponens pro nepote ex fratre germano; in criminalibus omnino repellitur. *l. parentes. & l. omnibus. C. de testibus.* Foller. *inter. cons. cri-*
49 *min. diuers. cons. 76. num. 6. tom.* 2. Marsil. *cons.* 76. *num.* 27. cum alijs latissimè congestis per Farin. *de testib. quest.* 54. *num.* 5. *& num.* 10. vbi quod testis consanguineus, qui non debebat admitti, admissus nullam prorsus fidem facit, nec iudicium.

Et certè notoria fuit iniustitia admittere hunc testem, qui cum sit pars formalis, nec debuit recipi, & admitti,
50 etiam sub illo modo, saluis exceptionibus. nec ei credi. Abb. *in cap. insuper. vers. quaero de testib.* Gemin. *cons.* 147. Soccin. *cons.* 88. *num.* 24. *lib.* 2. Et licet simus in delicto commisso de nocte, non tamen plus admittit testes inhabiles, quam commisso de die. Farinac. *de testib. quaest.* 62. *limit.* 2. *num.* 34. tanto magis, quia conuincitur de falso, tum quia deponit se vidisse, & cognouisse de nocte, lumine non accenso, vel luna lucente, quo casu sine alia re-
51 probatione potest de falso puniri. iuxta glossam receptam. *in l. si cum exceptione*

ptione. §. in hac verb. ignorantiam. ff. de eo quod met. cauſ. Malcard. *de probat. concluſ.* 1386. *num.* 25. Menoch. *caſu* 279. *num.* 3. Clar. *in §. fin. queſt.* 21. *num.* 3. Farinac. de teſtib. *queſt.* 62. *num.* 39.

Tum etiam, quia dedit in conteſtes alios, qui dicunt ſe non potuiſſe vide-
52 re, neque cognoſcere propter noctis obſcuritatem. quo caſu dicitur ſuſpectus de falſo. Malcard. *concluſ.* 1369. *num.* 1. Io. Turr. *inter cauſ. crimin. conſ.* 81. *num.* 4. *tom.* 2

Magis autem credendum eſt teſti di-
53 centi, ſe non potuiſſe videre in tenebris noctis, quam ei, qui dicit ſe vidiſſe, quia ille deponit veriſimilia, hic vero impoſſibilia, cum in criminalibus magis credere debeamus teſtibus ne-
54 gantibus ad fauorem rei, quam contrarijs affirmantibus pro accuſatore. latè Farin. *de teſtib. queſt.* 65. *num.* 128. 119. *&* 156.

Tãto magi, quia patruus occiſi primus teſtis, ſic temerè affirmans ſe in nocturnis tenebris, ſine lumine vidiſſe, eſt ſolus & ſingularis in ſuo dicto, nec vllum habet conteſtẽ; nam dictum tertij teſtis idem affirmantis cum non ſit ſpon-
55 taneum, ſed, coactum per diutinam carcerationem, & torturam, non eſt attendendum, quia præſumitur per metum extortum, præſertim in iuuene
56 tenellæ ætatis, minore viginti annorum. vt latè per Marſil. *conſ.* 48. *num.* 26. *& ſeqq.* teſtis autem ſingularis in criminalibus nihil probat, cum tantum probent mille teſtes ſingulares, quantum vnus. ſecundum Bald. *in l. iuris iurandi. C. de teſtib.* Alex. *conſ.* 34. *num.* 4. *lib.* 3.

Secundo palpatur iniuſtitia, quia pro vno vulnere tantum illato, banniuntur tres cum pœna furcarum; idem
57 Marſil. *conſ.* 81. *num.* 21. Alex. *conſ.* 14. *num.* 6. *lib.* 3. vbi dicunt, quod ſi neſcitur à quo fuerit illatum vulnus, nullus debet condemnari, etiam tanquam auxiliator.

Tertio corruit hoc bannum ex defectu iuriſdictionis, cum enim inter præfatos tres inquiſitos adſit vnus Clericus, vtiq; cauſa, hæc ratione Clerici ſpectat
58 ad forum Eccleſiaſticum, & dum Clericus petebat remiſſionem, non potuit interim iudex ſecularis procedere ad banniendum laicos, quia interim non ſolum iudicare, ſed etiam procedere prohibetur. *cap. si iudex. in fin. & ibi gloſſ. fin. de ſent. excom. in.* 6.

PRAEPARATORIVM TRIGESIMVM.

Vtrum impedimentum occurrens circa præparatoria iudicij, per iuramentum impediti probari poſsit?

SVMMARIVM.

IMPEDIMENTVM Solo iuramento regulariter non probatur, niſi ſit difficilis probationis. 1.

Impedimentum circa preparatoria iudicij iuramento probatur. 2.

Declara vt hic

Preparatoria iudicij, quæ ſint parui praiudicij contentantur ſummaria cognitione, tàm reſpectu ordinis iudiciaris; quàm reſpectu probationis. 4.

Preparatoria, quæ ſunt grauis, & irreparabilis praiudicij, licet ſint ſummaria, reſpectu ordinis iudiciarij, tamen reſpectu probationis debent eſſe plenaria. 5.

Impedimentum non excuſat eum, qui nimis ſe arctauit ad illud. 6.

Negans ſe habere ſcripturas penes ſe, poteſt hanc negatiuam probare per iuramentum. 7.

Qui dicit ſe admiſiſſe instrumentum, tenetur non ſolum allegare amiſſionẽ cum caſu, ſed etiam probare, niſi iudex arbitretur eſſe probandam per iuramentum allegantis. 8.

Inquiſitus de auxilio ad homicidium excuſatur, ſi iurat ſe ignoraſſe homicidium committendum. 9.

Ignorantia eſt de his, quę iuramento probantur. 10.

Ignorantia praesumitur, quando agitur de vitando damno pecuniario, ergo à fortiori quando agitur de delicto. 11.
Ignorantia excusat à delicto, sed non à contractu. 12.
Etiam vbi praesumptio sit in contrarium. 13.
Ignorantia excusat à dolo. 14.
Etiam si fuerit ignorantia iniusta. 15.
Ignorantia praesumitur in his, quae fiunt nocturno tempore, & in antiquis. 16.
Difficultas maxima probationis facit, vt stetur iuramento. 17.
Difficultas producendi instrumentum alienũ in praeparatorijs, solo iuramento probatur 18.

ET Si non possit impedimentum solo iuramento regulariter probari, nisi sit tantę difficultatis, vt ab omni genere probationis videatur
1 abstractum, & nisi impeditus iurans honesta sit, & fide digna persona, vt latè dixi supra *in praeparatorio tertio nu. 75. & 76. parte prima.* Cum regula sit, quod soli iuramento stari non debeat, nisi in casibus expressis à iure. Bald. *in l. actionibus. in princ. ff. de in litem. iur.*

Id tamen fallit in impedimẽto occurrẽte in dilatione concessa summariè circa praeparatoria iudicij, puta ad satisfa-
2 dandum de iudicio sisti. quod solo iuramento probari potest. ita Bald. *in l. non exigimus. in additione in fine. ff. si quis caut.* vbi secus dicit in impedimẽto occurrente in dilatione concessa cũ causae cognitione, & super re grauis
3 praeiudicij, quia tunc debet probari per testes, vel instrumenta; nec sufficit iuramentum, nisi impedimentum sit difficilis probationis, quo casu recurrendum esse dicit ad qualitatem personarum. iuxta tex. *in cap. quia propter. §. illud autem. extr. de electiõ.* Et hoc est speciale propter difficilem probationem secundum gloss. *in l. properandum. §. 1. verb. sacramento. C. de iudic.*

Et proptera in hoc debet esse cautus impeditus, vt procuratorem mittat, qui pro eo compareat, & alleget iudici impedimentum. vt docet Innoc. *in cap. propterea. extr. de dilat.* Abb. *in cap. querelam. num. 4. de procurat.*

Nisi impedimentum esset notorium, quod non est necessè allegare. Bald. *in l. ne quis. num. 4. vers. nota notoriam excusationem. ff. de fer.* nam quod notorium est, pertinet ad officium iudicis, nemine opponente. *l. 1.* & ibi gloss. *in verb. consilio. C. qui, & aduersus quos, &c.*

Ex qua doctrina colligitur, quod praeparatoria iudicij, alia sunt pauci praeiudicij, vt sunt ea, quę non respiciunt negotium principale, sed tantum accessoria, & ista non desiderant tantam solemnitatem, sed contentantur sum-
4 maria tantum cognitione, tàm respectu ordinis, quam probationis. *l. 3. §. sciendum,* & ibi declarat gloss. *in verb. summatim. & l. thesaurus. ff. ad exhibend.* Bald. *in l. Pomponius. num. 2. in fine. ff. de procurat. & in d. l. non exigimus. §. quod diximus. in fine.* vbi concludit, quod in istis sufficit probatio per iuramentum, si ita Iudex arbitrabitur illud esse deferendum, & not. Specul. *de dilat. §. fin.*

Alia vero praeparatoria sunt, quę respiciunt factum principale, vel rem, quę affert graue, & irreparabile praeiudicium, & ista licet contẽtentur summaria cognitione respectu ordinis iudiciarij, non tamen respectu probationis, quae tunc debet esse plenaria
5 etiam in pręparatorijs, vt per Bald. *in d. l. 3. §. sciendum. ff. ad exhibend.* & latius dixi supra *in praeparatorio 11. num. 45. & 46. parte prima.*

Praedicta de impedimento intellige semper, si illud sit efficax, & legittimũ, idest, quod ex omni parte excuset impeditum, vnde si alicui assignetur dilatio ad probandum, qui se restrinxit ad vltimam diem, quae sit feriata, non dicitur impedimentum legittimum, ex quo se nimis arctauit ad illud. Bald. *in §. quod diximus. & in l. 1. §. sed excipiuntur. num. 2. ff. de fer.*

Quod autẽ dixi de pręparatorijs parui praeiudicij, quod scilicet probari possunt

sunt per solum iuramentum. Ampliatur primo, vt procedat etiam in eo,
7 qui dicat, se non habere libros, vel instrumenta penes se; nam huiusmodi negatiua probatur per iuramentum. ide Bald. *in l. Prætor. §. sed & filius. in fin. ff. de edend.*

Ampliatur secundo, vt qui dicit se amisisse instumentum, teneatur non solum allegare amissionem, sed etiam amissionis casum, & huiusmodi proba-
8 tio fieri possit etiam per iuramentum, si iudex arbitrabitur deferendũ, inspecta qualitate personæ. Bald. *in l. si quis. §. nec etiam. ff. de edend.* & in additione. *num.* 5. vbi dicit, quod hęc probatio fieri debet parte citata.

Ampliatur tertio, vt inquisitus de auxilio ad homicidium committendum non teneatur de auxilio, si iurauit se ignorasse homicidium committendũ. Gram. *decis.* 25. *num.* 5. vbi firmat, quod
9 talis ignorantia solo iuramento probatur. cum ignorantia sit de his, quę per
10 proprium iuramentum probari possunt. Alex. *in cons.* 71. *nu.* 7. *lib. pr.* Aym. *cons.* 244. *in causa inquisitionis. num.* 4. *vers. quę ignorantia.* vbi quod præsu-
11 mitur quando agitur de euitãdo damno pecuniario, ergo à fortiori ad euitandum delictum.

Quia ignorantia excusat à delicto, sed à contractu non excusat. Bald. *in l.*
12 *tutor lege. §. contrarium. ff. de pignorat. act.*

Quod procedit, etiamsi præsumptio
13 sit in contrarium. latè Surd. *decis.* 216. *num.* 33. *& seqq.*

Item excusat à dolo de communi Ce-
14 poll. *cons. crim.* 18. *num.* 5.

Etiã si fuerit iniusta ignorantia Aym.
15 *d. cons.* 244. *num.* 6. *in fin. & num.* 7. cum ignorantia regulariter pręsumatur. *l. verius. ff. de probat. l. super seruis. C. qui milit. non poss. lib.* 12.

Præsertim in his, quæ nocturno tem-
16 pore geruntur, & in factis occultis. Palid. *tract. de noct. temp. cap.* 64. *num.* 7. 9. *&* 12.

Item in antiquis. Mascard. *de probat. conclus.* 874. *num.* 4.

Hinc probabilis ignorantia dicitur iusta causa concedendi restitutionem in integrum, non solum minoribus, sed etiam maioribus. Alex. *cons.* 8. *num.* 12. *lib.* 5.

Ampliatur quarto, vt vbi est maxima
17 difficultas probationis standum sit iuramento. vt pluribus probat Marsil. *cons.* 5. *num.* 23.

Amplia quinto, vt licet actor teneatur in pręparatorijs edere reo instrumentum, de quo fecerit in suo libello mentionem, quia aliàs libellus non po-
18 test esse certus, nisi ostenso instrumento, ad quod se refert; nihilominus si esset instrumentum alienum, & iuret actor, se non habere facultatem illud edendi in pręparatorijs, edere non teneatur. quia impedimentũ huiusmodi in præparatorijs solo iuramento probatur. Alex. *cons.* 3. *num.* 2. *lib.* 2.

PRAEPARATORIVM.

TRIGESIMVM PRIMVM.

An Iudex ordinarius, vel delegatus in respicientibus præparatoria iudicij possint facere reseruationes, & Prorogationes in tempus successoris, vel quo priuati futuri sunt?

SVMMARIVM.

IVdex in concernentibus præparatoria iudicij non potest facere reseruationes, & prorogationes, quę cadãt in tempus successoris, vel quo sit extra officium.

Præparatoria iudicij, vt sunt citationes, præcepta, banna, & similia, pereunt perempta istantia, vel officio. 2.

Bannum illatum cum reseruatione certi termini ad comparendum, si cadat in tempus successionis, reseruatio non valet. 3.

Citatio vnius iudicis, si cadat in tempus successoris expirat. 4.

Iudex potest facere pręcepta decisiua, & diffinitiua, & valent in tempus, etiam successoris 5.

Iudex

Iudex potest sua sententia diffinitiua condẽnare in expensis, & earum taxationem reseruare successori suo. 6.

Fallit in delegato, & in arbitro, qui non possunt facere huiusmodi reseruationem. 7.

Differentia quæ sit inter præparatoria iudiciorum, & decisoria. ibidem.

Iudex delegatus non potest in præparatorijs absoluere partes ab obseruatione iudicij. 8.

Iudicis ordinarium est magis plenum, quàm illud delegati in præparatorijs, nam potest absoluere partes ab instantia iudicij, etiam in præparatorijs. 9.

Iudex delegatus per litis contestationem incipit habere officium magis plenum. 10.

SAEPE Etiam contingit, quod iudices habentes iurisdictionem tẽporaneam faciunt reseruationes, & prorogationes in tempus successoris, quęritur an valeant?

Respondeo distinguendo: aut concernunt pręparatoria iudicij, aut decisoria, vel ipsum iudicis officium, primo
1 casu non valent, *cap. præsenti. de offic. legat. l. eum qui. vers. indicare iubere. ff. de iurisdict. omn. iud. l. si cum dies. §. si intra, & §. si arbiter. ff. de recept. arbit:* quas leges loqui in pręparatorijs, non autem in decisorijs, dicit Bald. *in l. idem labeo. in additione i. n fin. ff. famil. hercisc. & in d. §. si intra.* vbi dicit ita cõmuniter teneri, & rationem assignat, quia ea, quę respiciunt pręparatoria iudicij, vel alicuius articuli, vt sunt citationes, pręcepta, banna, & similia, sẽper
2 pereunt perempta instantia, vel officio finito, & ibi etiam infert, quod si iudex faciat bannum cum reseruatione certi termini ad comparendum, quæ reseruatio cadat in tempus succes-
3 soris, non valet bannum, cum sit quædam interlocutoria; quę resoluitur in simplicem citationem; comparente bãnito infra terminum reseruatum. citatio autem emanata sub nomine vnius iudicis, si cadat in tempus successoris, expirat. vt dixi latius *in præparatorio*
4 *16. num. 9. & 10. parte prima.* quia in hoc casu videtur circumductus terminus citationis, & relaxata necessitas comparendi, quia sic fieret præiudicii successoris, & partes sic possent sibi cõstituere perpetuum iudicium, quod esset absurdum. Abb. *in cap. P. & G. num. 12. de offic. de legat.*

Sed si fiat citatio, vel præceptum alicui, vt compareat coram tali iudice, non tenetur comparere coram successore, nisi dicat, compareat coram officio. Bald. *in l. puto autem. §. in additione. ff. de postul.* vbi infert, quod pręceptum de se pręsentando conspectui apostolico durat in tempus successoris, quia, inquit præceptum non est personale, sed reale. sed si præceptum sit prohibitiuum, puta, quod non compareat coram se, non transit in successorem in officio. nisi fuerit factum per viam sententię diffinitiuę, vnde infertur, quod si iudex ordinarius citauit ad audiendam diffinitiuam, & postea delegat causam, quod delegatus non tenetur iterum citare ad sententiam. vt per Ludouic. Rom. *singular. 205. incip. ordinarius citauerat.*

Secundo vero casu valent, & firma remanent. *l. meminisse. ff. de offic. pro-*
5 *consul.* vbi quod iudex finito officio potest delegare causas, & valet delegatio etiam in tempore successoris, dumodo fiat ante illius aduentum. Bald. *in d. l. item labeo. in additione. vers. sed an ordinarius,* vbi dicit, quod potest iudex in sua diffinitiua sententia cõdemnare in expensis, & earum taxationẽ reseruare suo successori, quia, inquit,
6 sicut potest illam alteri delegare, ita & successori, cum concernat decisoria, secus dicit in delegato, & in arbitro, qui huiusmodi reseruationem facere non
7 possunt, cum non habeant successorẽ, nec possint delegare, & subdit, quod ita de consuetudine seruatur. & idem etiã firmat *in d. §. si intra. in fine. & in l. puto autem. §. si quis. ff. de postul.* vbi plus dicit, quod si iudex dicat, reseruo mihi taxationem expensarum, & non dixit, mihi, & successori, quod nihilominus successor poterit taxare non vi reseruationis, sed vi iuris communis, quia ad

executo-

executorem sententię pertinet declaratio ipsius sententiæ, vt in proposito. Io. de Imola. *in l. stipulationem. num. 9. ff. de verb. obligat.*

Ratio diuersitatis, inter præparatoria iudiciorum,& decisoria;ea potissimum assignatur, quia pręparatoria expediuntur per viam interloeutorię, decisoria vero per viam diffinitiuæ; ideo firmiora sunt decisa per diffinitiuã,quã per interlocutoriam. Bald. *in l. & si post tres. num. 14. ff. si quis caut.*

Nota etiam, quod iudex delegatus non potest in pręparatorijs facere decreta, & pręcepta diffinitiua super re principaliter petita, nec potest absoluere partes ab instantia, siue ab obseruatione iudicij, cum ad hunc effectum
8 requiratur litis contestatio. Abb. *in cap. iuramentum. §. sane. num. 6. de iureiur.* Bald. *in l. consentaneum. num. 29. vers. unde scias. C. quomodo, & quando iudex.*

Verum si iudex delegatus etiam in præparatorijs committeret alteri vices suas, reseruatio sibi consilio, desineret esse iudex, quia per reseruationem cõsilij, non reseruat sibi aliquid iurisdictionis. Abb. *in cap. si pro debilitate. num. 6. de offic. delegat. dixi supra in præparatorio 28. num. 15. parte tertia.*

Sed ordinarius potest etiam in præparatorijs absoluere ab instantia iudicij; cum illius officium sit magis ple-
9 num, tàm in præparatorijs, quàm post litem contestatam. Bald. *in l. si reus paratus. num. 3. vers. quinto. nota. ff. de procurat.* vbi secus dicit in delegato, qui in præparatorijs hoc non potest, quia, inquit, delegatus in causa ciuili non incipit habere ita plenum officiũ.
10 nisi per litis contestationem, per illum textum, *quem dicit singularem ad hoc, & alibi nescit.*

PRAEPARATORIVM

TRIGESIMVM SECVNDVM.

Num in præparatorijs solemnitas iudicij in dubio adhibita præsumatur?

SVMMARIVM

In iudicijs omnia præsumuntur solemniter acta. 1.

Solemnitas iudicij est multiplex, vt hic 2.

Solemnitas extrinseca pręsumitur, non autem intrinseca. 3.

Solemnitatem extrinsecam non esse adhibitã, probatur ex illius non apparentia. 4.

Solemnitas iudicij incipit à litis contestatione. 5.

Iudicium incipit à litis contestatione. 6.

Per litis contestationem partes videntur quasi contrahere. 7.

Post litis contestationem sumus extra præparatoria. 8.

Instantia in præparatorijs est perpetua. 9.

Ordo iuris peruersus circa pręparatoria, non reddit processum nullum. 10.

In præparatorijs non pręsumitur pro decreto iudicis. 11.

Pręparatoria alia grauis, & alia leuis pręiudicij. 12.

A Fisco emens secura emit, dumodo solemniter. 13.

Fiscus non potest vendere pro debito, nisi de illo constet per interpellationem iudicialem 14.

Fiscus non potest vendere, nisi pręuia subhastatione cum termino viginti dierum. 15.

Fiscus non vendit nisi iusto pretio, & quod dicatur pretium iustum. 16.

Pupillorum bona quomodo vendenda. 17.

Pro debito exiguo non potest vendi res maximi valoris. 18.

In decreto alienationis debet adhiberi causę cognitio. 19.

Solemnitate vna deficiente in decreto, totum corruit. 20.

Decretum

Decretum sine causę cognitione interpositum est nullum. 21.
Iudicis pro decreto pręsumitur quoad veritatem, & aquitatem, secus quoad solemnitatem. 22.
Decretum latum parte prasente, & non contradicente prasumitur quod ritè, & rectè. 23.
Contra rem iudicatam non admittitur probatio in contrarium, cum habeat prasumptionem validitatis. 24.
Sententia ferri non potest neutra parte, prasente. 24.
Prasentia cum taciturnitate partis, non facit sententiam aliquam. 25.
Iudici asserenti sententiam esse latam, prasente parte creditur. 26.
Sententia lata de voluntate partium, prasumitur quod ritè, dumodo partes sint habiles. 27.
Solemnitas non prasumitur etiam ex antiquitate temporis, nisi concurrente patientia partis. 28.
Pro sententia, lata parte contradicente non prasumitur. 29.
In arbitrarijs, &, extraiudicialibus prasumitur pro reo. 30.
In praparatorijs prasumitur pro actore. 31.
Solemnitas processus non prasumitur, nisi ex actis appareat. 32.
Sententia antiqua prasumitur solemnis spatio 30. annorum. 33.
Antiquitas temporis non facit pręsumi solemnitates, quando ex facie appareat solemnitates non fuisse seruatas. 34
Sententia nō antiqua sine actis nō probat. 35.
Sententia enuntians acta, prasumitur lata pracedentibus actis. 36.
Etiam quod de tempore sententię non potuerint interuenire acta. 35.
Sententia dicitur iustificata, donec appareat de contrario. 38.
Decretum vbi inuenitur interpositum, pręsumitur quod ritè, & rectè. 39.
Obseruantia longissima facit pręsumi omnia solemniter celebrata. 40.
Decretum non pręsumitur latum cum causę cognitione, si ea non enuntiatur. 41.
Solemnitatum enunciatio sufficit facta in genere. 42.
Decretum sine causę cognitione non dicitur solenniter latum. 43.
Partes possunt de contentu relaxare solemnitates. 44.
Iuramentū non supplet solēnitates, vt hic. 45.
Decretum latum pro causa partim falsa, & partī vera non sustinetur in parte vera. 46
Alienatio rei licita cum re prohibita vitiatur in totum propter indiuiduitatem. 47.
Decretum cum executione plus debito. dicitur iniustum, & reuocandum. 48.
Non potest sustineri pro debito vero. 49.
Plus debiti petitū, quomodo cognoscatur. 50.
Mandatum executiuum relaxatum non facta liquidatione debiti, est nullum. 51.
Statutum de exequendis instrumentis, non comprehendit illiquida. 52.
Decretum ob defectum alicuius ex solemnitatibus requisitis in totum, est nullum. 53.
Solemnitas etiam leuis requisita de forma statuti si omissa vitiat. 54.
Decreta super alienationibus dicuntur magni momenti. 55.
Emens sine solemnitatibus tenetur ad fructus. 56.
Auctoritas Iudicis non facit licitum, id quod est de iure prohibitum. 57.

CIrca solemnitatem in Iudicijs præsumendam, Doctores communiter sequuntur regulam illam dicentem,
1 omnia præsumi solemniter acta. de qua per gloss. *in l. 1. in verb. omni ordine. in fin. C. de fid. instrum. & iure hasta. fisc. lib. 10. & in l. actor. in verb. omni modo ff. rem. rat. haber.* & per Io. de imol. & alios. *in l. sciendum. in princ. ff. de verb. obligat.*

Verum quia multi decipiuntur circa intellectum huius regulæ propter multiplices solemnitates, quæ considerari
2 possunt, videlicet causalis, seu materialis, formalis, probatoria, & confirmatoria actorum. quas considerat Bald. *in l. iurisgentium, seu pacta conuenta. §. quod ferè. ff. de pact.*

Et de solemnitate intrinseca, & extrinseca latè discurrit Io. de Imol. *in d. l. sciendum. n. 2. & 3.* dicens intrinsecam tanquam consistentem in iure facile
3 cile præsumi, extrinsecam vero tanquam

quam facti non. quia facta non prę-
ſumuntur, & quia ſuper facto lex non
fingit, & ideo huiuſmodi negatiua
4 probatur, eo ipſo quod de ſolemnitate
non conſtat. Vant. *de nullit. ex defect. citationis. n. 13.*

Idcirco reducendo materiam ad no-
ſtram præparatoriam praxim, eam
diſtinguo ſic, aut loquimur in præpa-
ratorijs iudiciorum, aut in deciſorijs.

Primo caſu dico, quod non pręſumi-
tur interueniſſe ſolemnitas iudicij, cum
ſolemnitas iudicij non incipiat, niſi in
5 litis conteſtatione. vt in Auth. *de litigios. §. ſi vero initium*. Io. de Imol. *in l. contra pupillum. poſt. princ. verſ. nota gloſſ. ff. de re iudic. & in l. prætoria poſt. n. 2. verſ. inchoata dicitur. ff. de prętor.*
6 *ſtipulat.* vbi quod iudicium incipit a
litis conteſtatione, quę dicitur fun-
damentum Iudicii; Bald. *vbi ſup. C. de ijs qui accus. non poſſ. n. 23.* ideo ſine
iſto principio ſententia diffinitiua ferri
non poteſt. Marſil. *conſ. 76. n. 14.*
7 Quia per eam partes videntur quaſi
contrahere. *l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul.* & poſt huiuſmodi quaſi con-
8 tractum. ſumus extra præparatoria iu-
9 dicij. Bald. *in l. filius familias. §. veterani. in fin. ff. procurat.* item inſtan-
tia Iudicii non incipit niſi a litis conte-
ſtatione. vt dixi plene. *in præparat. 15. n. 1. par. p.* quia in præparatorijs in-
ſtantia eſt perpetua. vt dicit Bald. *in l. licet in additione ff. de rei. arbitr.*

Item ordo peruerſus circa prępærato-
ria non reddit proceſſum nullum. idē
Bald. *in l. eleganter. §. ſi quis poſt. verſ. reſpondeo ff. de condict. indebit.*
10 Et propterea gloſſa prę allegata. *in d. l. 1. C. de fid. inſtrum. & iure haſt fiſcal.* notanter dicit, quod vbi non ſu-
mus in vero iudicio, ſed proceditur
11 de plano, vt in præparatorijs, non
præſumitur pro decreto Iudicis. re-
fert, & ſequitur Bald. *in d. §. quod fere. verſ. tertio nota.*

Intellige de præparatorijs, quę ſunt
grauis præiudicij, non autem leuis.
Gabriel. *concluſ. 1. n. 53. de præſumpt.*
12 & quæ ſint præparatoria grauis, vel
leuis præiudicij. dixi ſupra. *præparat. 30. n. 4. & 5. par. 3.* idcirco curator
ad litem, qui datur in præparatorijs,
non præſumitur legittime datus, nec
pro dationis decreto, ſi non conſtat de
ſolemnitatibus, de quibus dixi ſupra.
in præparat. 7. parte 2. & proinde non
poteſt conſtitui in abſentia, nec con-
ualidatur per ratificationem. Bald.
in l. filius familias. §. inuitus. ff. de procur.

Aliud exemplum pone in fiſco ven-
dente rem ſibi ex decreto deuolutam
pro ſoluendo debito, qui non poteſt
vendere, niſi prius his ſolemniter ob-
13 ſeruatis. cum emens à fiſco ſecurè e-
mat, dumodo ſolemniter. vt dicit
gloſſa *fin. in l. & ſi inſtrumenta. C. de fide inſtrum. & iure haſt. fiſcal. lib. 10.*

Primo, quod vere ſubſit debitum, &
14 ſit ceſſatum, & de hoc iudicialiter fa-
cta ſit interpellatio coram Præſide.

Secundo quod non fiat venditio, niſi
15 præuia ſubhaſtatione, cum termino vi-
ginti dierum, & plus offerenti delibe-
retur. Auth. *porrectum. C. de ſacros. Eccleſ.*

Tertio, quod iuſto prætio fiat, & di-
16 citur iuſtum prætium, non illud, quod
commune eſt, ſed quod per maiorem
oblationem reperiri poteſt. *vt in Viglieuanen. locationis Luna 27. Nouemb. 1600. coram Corduba.*

Quarto, quod cum interuentu pro-
curatoris fiſcalis.

Quinto, ſi res fuerit pupillorum, cum
auctoritate tutoris in actu venditionis
interponenda, & cum decreto Iudicis.
17 iuxta Tex. *in l. 1. ff. de reb. Eccl. non alien.*
18 Sexto, quod pro exiguo debito res
prætioſa, & maximi valoris non ven-
datur. cum non poſſit fieri venditio in
plus, quam debeatur omnibus credito-
ribus.
19 Septimo, quod ſuper omnibus, ſin-
gulis ſupradictis adhibeatur cauſæ co-
gnitio.

Hęc omnia probantur per Tex. &
gloſſ. *in d. l. 1. & l. 2. C. de fid. inſtr. & iure haſt. fiſc. lib. 10.* vbi dicitur ex-
preſſe, quod ſi aliquid ex prędictis,

Ee velut

20 velut tot requisitis preparatorijs deficiat, preceßisse non præsumitur, nec valet venditionis decretum; & ita etiam videtur esse de mente Bald. *in l. cum hi, quibus.* §. *si prator aditus. in fin. ff. de transact.* Felin. *in cap. Ecclesia Sancta Maria. n. 15. vers. sed auctoritas.*
21 *de const.* vbi quod decretum sine causæ cognitione interpositum, est nullum *per d. §. si prator.* propter illud verbum nullius momenti: & data nullitate decreti corruit actus, qui a decreto recipit robur. Abb. *in cap. fin. num. 8. de procurat.*

Predicta faciunt ad questionem, quã alias vidi Rome de facto, super quodam Casale per fiscum vendito vigore rescripti Apostolici, motu proprio mandantis, quod illud pro exsoluendo ere alieno venderetur, & plus offerenti deliberaretur preuio pro subhastatione vnico edicto cum termino decem dierum pro vltimo, & peremptorio termino, absq; vlla spe prorogationis ad offerendum, nulla alia iuris, aut statutorum consuetudinis, aut styli curie, vel tribunalium quorumcumq; Vrbis solemnitate seruata nam contra venditionem opponebatur defectus solemnitatum predictarum, & quod licet semper presumatur pro facto Iudicis quantum ad veritatem, & æquitatem, non tamen quan-
22 tum ad solemnitatem. per Bald. *in d. §. quod fere.* quem refert, & sequitur Gabriel. *conclus. 5. n. 7. de sent.* præsertim in iudice ad certum actum specialiter deputatum. Gabriel. *vbi supra n. 44.* in hoc cogitabis. quia questio stat in hoc, an per prefata verba derogatoria censeatur fuisse sufficienter prædictis iuris solemnitatibus derogatum. pro quo vide Gram. *decis. 20.*

Secundo vero casu, & tunc refert, aut sumus in decisorijs veri iudicij, & feratur sententia, vel decretum, parte presente, & non contradicente, siue non appellante, & præsumitur pro
23 sententia, vel decreto, videlicet quod fuerit rite, & recte lata, vel latum. *cap. cum inter vos. extr. de sent., & re iudic.* & hanc esse præsumptionem iuris, & de iure contra quam non de-
24 bet admitti probatio in contrarium; nisi sola partis confessio dicit Ant. Corsett. *in singul. sententia postquam transiuit.* & hanc esse communem, & magis communem opinionem indistincte sequendam pluribus probat Gabriel. *conclus. 4. n. 14. de sententijs.* & habere presumptionem validitatis dicit Rota. *decis. 636. n. 1. parte p. diuers.* late Mascard. *de probat. conclus. 1296. per tot.*

Sed quid si non appareat de presentia partis, nunquid illa presumatur? dic
24 illam presumi, cum neutra parte presente sententia ferri non possit secundum gloss. *in l. properandum. §. 1. in verb. licentiam. C. de iudic. remissiue* Io. de imol. *in l. titia. n. 11. in fin. ff. de verb. obligat.* adde gloss. *in cap. quoniam contra. in verb. presumatur extr. de probat.* vbi tamen dicit, quod presentia cum taciturnitate non facit sententiam aliquam, si nulla sit ex defectu
25 litis contestationis, vel si lata sit in die feriata quia patientia non est proprie consensus. *l. 1. §. is qui nauem. ff. de exerc. act.* & creditur de præsentia par-
26 tis, si iudex dicat, latam esse sententiam presente parte. Gabriel. *d. conclus. 4. n. 46. de sentent.* vel de voluntate ambarum partium.

Sed altera parte absente, Iudex non potest sentẽtiare nisi instãte parte presente. Abb. *bone mem. n. 10. de post. in cap. Iul. prelat.* Fel. *in C. cum causã. n. 7. de testib.* Ripa. *in l. 4. §. hoc autem iudicium. n. 7. de damn. inf. ct.* & in his casibus præ-
27 sumitur pro sententia, dumodo partes sint habiles, & legitimæ. alias non. Bald. *in d. l. sciendum. n. 1.* cum solemnitas extrinseca non præsumatur, etiam ex antiquitate temporis. Alex.
28 *cons. 9. n. 10. lib. 3.* nisi concurrente patientia partis. Rota. *decis. 188. n. 2. par. 1. diuers. in nouiss.*

Aut sententia lata est parte reclamante, vel contradicente, & tunc non præsumitur pro ea; Innoc. *in cap. innotuit. extr. de eo qui furt. ordin. susc.* & ita

& ita Innocentium loqui dicit Bald. *in d. §. si prætor aditus in fine, & in d. §. quod ferè. vers. tertio nota.* vbi tamen secus dicit in extraiudicialibus, & in
30 arbitrarijs, in quibus præsumitur pro reo, eo quod factum a Iudice reperitur, per eundem Innoc. *in cap. cum in iure peritus. de offic. delegat.* Io. de Imol. *in d. l. sciendum. n. 7. de verb. obligat.*
31 Sed in præparatorijs præsumitur pro actore. *l. de die. ff. qui satis. cog.* quæ lex loquitur in præparatorijs. vt dicit. Io. de Imol. *in l. quicquid astringendę. in fin. ff. de verb. obligat.*

Nisi eius solemnis processus appa-
32 reat ex actis. latissime Gabriel *d. conclus. 4. n. 3. de sent.*

Vel nisi sententia sit antiqua spatio
33 30. Annorum, ex quo omnis solemnitas interuenisse præsumitur. Grat. *cons. 117. n. 17. lib. 1. & cons. 142. n. 20. & seq. lib. 2.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 132.*

Intellige dumodo ex facie sententię antiquæ non appareat, solemnitates debitas non fuisse seruatas. quo
34 casu antiquitas non facit præsumi solemnitatum interuentum. Paris. *cons. 95. n. 29. lib. 1.* Gabriel. *conclus. 1. n. 57. de pręsumpt.* Rota. *in Clusina bonorum. Veneris. 4. Decembris. 1598. coram Corduba.*
35 Sententia vero non antiqua sine actis non probat. Mohed. *decis. 3. de testib. & 11. de appellat.*

Et vbi enunciat acta, puta si dicat,
36 visis actis, censetur lata, precedentibus actis. Corn. *cons. 245. n. 7. lib. 2.*

Etiam quod ea acta, quæ de tempore sententiæ non potuerint interue-
37 nire. Gabr. *conclus. 4. n. 5. de sent. vbi de magis communi.*

Intellige donec acta, de quibus fit mentio, reperiantur, & ex illis contra-
38 rium detegatur, quia interim sententiam esse iustificatam dicendum est. glossa *fin. in d. cap. quoniam contra.* & ibi scribentes *de probat.* Gabriel. *vbi supra n. 13.*

Prædicta tamen vera in sententia antiqua, secus in non antiqua, quæ non probat sine actis, etiam si Iudex dicat se vidisse omnia acta, quia in hoc illi non creditur. Paris. *cons. 51. n. 55. lib. 4.* Gozadin. *cons. 9. n. 43.* Aijm. *cons. 205. n. 3.* Soccin. *cons. 47. n. 15. lib. 4.* vbi quod Iudicis assertioni, per quam eius sententia iustificatur, stari non debet. sequitur Rota *in Lauden. prętensę deuolutionis 23. Martij 1594. coram Corduba.*

Idem dic in decreto, quod vbi inuenitur interpositum, præsumitur non solum quod rite, sed etiam quod rectè.
39 Speculat. *in tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum. il primo. n. 5. vers. breuiter* Bald. *in d. §. si prætor aditus. in fin.* Alex. *cons. 103. n. 4. lib. 2.* Ant. Capyc. *decis. 16. n. 1.* Gabriel. *conclus. 5. n. 5. de sent.* Imol. *cons. 98. n. 9.* Cephal. *cons. 651. n. 17. & 18.* Put. *decis. 205. in causa Romana casalis. n. 2. lib. 3.* concurrente præsertim lon-
40 gissima obseruantia, quæ facit pręsumi omnia solemniter celebrata. Corn. *cons. 109. n. 7. lib. 3.*

Dumodo in decreto interuenerit causæ cognitio, vbi illa requiritur, & in decreto enunciatum sit, quod causæ cognitio interuenit, alias non
41 præsumitur interpositum cum causæ cognitione. Paul. de Castr. *in d. l. cum hi quibus. §. si prætor aditus.* per illum textum, quem dicit adhoc semper allegari. Gabriel. *d. conclus. 5. n. 26. & n. 42. de sent.* Marsil. *cons. 48. n. 49.*

Et sufficit enunciatio etiam in gene-
42 re facta, vt si dicat, adhibitis solemnitatibus adhibendis, causa cognita. Gabriel. *cons. 23. n. 5. vers. idcirco lib. 1. Simoncel. de Decret. lib. 3. tit. 7. n. 42.* Marsil. *d. cons. 48. n. 49. vers. & tunc. videtur sufficere.*

Nam decretum interpositum sine ca-
43 usæ cognitione, non dicitur solemniter latum. *l. sed si h. e. §. prætor. vbi D D. ff. de in ius. voc.* imo dicitur nullum. Marsil. *cons. 48. n. 37. & seqq.*

Nisi fuerit latum de consensu partiũ,
44 cum partes possint huiusmodi solemnitates

tates relaxare. Auth. *de litigiosis*. §. 1.
44 *in fin.* ideo possunt approbare sententiam quatenus pro se, & quatenus contra appellare. Abb. *in cap. Rinaldus. n. 7. de testam.*

Et latum ex falsa causa, non suppletur per iuramentum, Alex. *in cons. 95. incip. in causa, & lite vertente. n. 4. lib. primo.*

Licet alias iuramentum suppleat so-
45 lemnitas defectum. Put. *d. decis.* 205. *in fin. lib.* 3. quinimo iuramentum nec supplet solemnitates, quas statutum requirit, vbi statutum reprobat iuramentum tanquam dolo, & statu extortum, vt in terminis statuti vrbis. 151. *lib.* 1. *late dixit Rota in Romana nullitatis obligationis die* 16. *Ianuarij* 1626. *coram Durano*. vbi etiam fuit dictum, quod tale statutum etiam in animę iudicio est seruandum, & excusat conscientiam a peccato. cum sit Pontificis auctoritate roboratum qui potest iuramentum tollere, & dispensare. Lud. Rom. *cons.* 12. *n.* 3.

Et vbi inuenitur latum ex causa par-
46 tim vera, & partim falsa non sustinetur in parte vera, cum decretum sit indiuiduum, quod si non valet in toto, nec pro parte valere debet. *l. in hoc iudicio. ff. famil. hercis.* Ias. *in l.* 1. *§. si stipulanti. n. 9. vers. quinto limita. ff. de verb. obligat.* Put. *decis* 323. *incip. ad instantiam Archiepiscopi. n.* 2. *lib.* 1. Rota *in perusina legati tertiũ, mercurij* 30. *Octobris* 1585. *coram Gyptio*.

Hinc alienatio rei, cum re prohibita
47 propter indiuiduitatem in totum vitiatur. vt in Comen. bonorum. *Luna* 29. *Nouembris* 1599. *coram Corduba, & in Mediolanen. rescissionis transactionis.* 21. Maij 1597. *coram Pamphilio.* Itē adiudicatio facta partim ob verum, & partim ob falsum debitum non tenet in aliquo. Bald. *in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condict. indebit.*

Et proinde decretum cum executione facta plus debito dicitur iniustum,
48 & reuocandũ, & qui decretum obtinuit debet in expensi, damnis, & interesse condemnari. Abb. *in cap. fin. de iniur. & damn. dat.* Crauett. *cons.* 326. *num.* 2. Gram. *decis.* 3. *in fin.* nec potest substineri pro illa parte verè debita, pro qua iustè condemnatio fieri poterat. Rota *decis.* 221. *num.* 1. *&* 2. *par.*
49 2. *diuers. in nouissimis*. vbi quod in sententijs potius attenditur formam, quã materia.

Et decretum, & executio plus debito facta probatur ex lectura ipsius decre-
50 tis iunta presertim Calculatoris relatione referentis molto minorem esse summã, quam in Decreto contineretur. *vt fuit dictum in Caleguritana damnorum, & interesse. mercurij* 24. *Ianuarij* 1590. *coram Platto.*

Idcirco mandatum executiuum rela-
51 xatum non facta prius liquidatione debiti illiquidi est nullum. Ant Monac. *decis. Bononiens.* 12. *num.* 98. *& seq.* Crauett. *cons.* 164. *num.* 2. Alex. *cons.* 90. *num.* 8. *lib.* 3.

Vnde infertur, quod instrumēta continentia debitum non liquidum, non gaudent beneficio statuti tribuen-
52 tis executionem expeditiuam instrumentis. Bald. *cons.* 383. *incip. in hac materia in fin. lib.* 4. Marsil. *cons.* 81. *num.* 75. vbi quod si statutum dicit, instrumentum mittēdum executioni intelligi debet de instrumento *liquido*.

Quocirca cauere debet magistratus, ne interponant decreta, nisi prius pręmissa diligenti causę cognitione, & adhibitis adhibendis, quia si aliquid de fa-
53 ciendis omiserint, totum pro nullo, & irritum habendum erit. vt notanter dicit textus cum glossa. *in d. l. cum hi quibus. §. si prætor aditus. de transact.*

Quod procedit in omni solemnitate, etiam leui, quæ si data sit pro forma, debet ad vnguem obseruari, aliàs om-
54 missa vitiat. Boer. *decis.* 1. *num.* 40. *&* 48. quia forma dat esse rei. *l. Iulianus §. si quis ad exhib.*

Præsertim in decretis interponendis in alienationibus, quæ dicitur magni
55 momenti. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 76. *num.* 2. in quibus non sufficit, quod iudex decretum interponat, sed quod adhibuit causæ cognitionem, & reperit

rit cōtractum cedere in vtilitatem pupta minoris, vel mulieris alienantis. ita Paul. de Castr. *in d. §. prætor.* & refert Marsil. *d cons.* 48. *num.* 49.

Et quicunq; rem emerit non seruatis de iure seruandis, tenetur illa restituere vna cum fructibus ipsi domino, &
56 qui prætium recepit, illud vna cum interesse emptori cogitur exbursare, nam id operatur nullitas contractus, vt resoluatur, prout ex tunc, ea propter fit hinc inde restitutio prętij cū interesse, & rei cū fructibus ab initio perceptis; ac si nunquam contractus ille, qui annullatur, celebratus esset, etiam non attento, an bona, vel mala fides adfuerit in possessione. vt late per Pinell. *in l. 2. par. 2. cap. 4. num. 2. & 13. C. de rescinden. vend. & dixit Rota in Interamnen. pecuniaria 26. Iunij 1635. coram Pirouano.*

Prędicta nota contra iudices, qui decreta causæ cognitione, & alijs solemnitatibus à statuto sui fori requisitis, adunguem non adhibitis interponunt, quia si in aliquo defuerint solemnitates, non valent, ipso iure. & super alienationibus fundi dotalis constante matrimonio aliorumue, vel bonorum
57 alienari prohibitorū nonvalet decretū, etiam adhibitis solemnitatibus, quia auctoritas iudicis non facit licitum id, quod est à iure prohibitum. Bald. *in l. fideiussor. ff. de distract. pignor.* Abb. *in cap. ad nostram. num. 7. de reb. Eccl. non alien.*

PRAEPARATORIVM TRIGESIMVM TERTIVM

An, & quando litigiosi vitium, per præparatoria litis contractum rei alienationem impediat?

SVMMARIVM.

LITIGIOSA Res efficitur per litem super proprietate, non autem super possessione. 1.

Litigiosi vitium in actione personali contrahitur, non per præparatoria litis, sed per contestationem. 2.

Litigiosa res efficitur in actione reali per sola pręparatoria litis. 3.

Citatio est principium omnis contentiosi iudicij. 4.

Litigiosi vitium impedit rei alienationem. 5.

Alienatio facta lite pendente præsumitur in fraudem. 6.

Alienatio præsumitur fraudulenta, si fiat post litem motam, vel pręparatam moueri. 7.

Alienans post litem motam, tenetur reddere rem alienatam, quam de tempore litis motę possidebatur. 8.

Locatio facta de re litigiosa, nullam tribuit quasi possessionem locandi. 9.

Alienans post litem motam, tenetur ad fructus medio tempore perceptos. 10.

Alienatio facta post litem motam pro non facta habetur. 11.

Titulus, quando reducitur ad non titulum, tunc dominium retrocenseatur translatum ipso iure. 12.

Litis pendentia coram vno iudice per sola pręparatoria, impedit eandem litem moueri coram alio iudice. 13.

Exceptio litis pendentiæ opponi debet in præparatorijs, aliàs non impedit. 14.

Citationis decretum facit litis pendentiam quoad eum, qui decretum obtinuit. 15.

Actor, qui post decretum obtentum de citando partem, si aliquid attentet, innouare dicitur, & tanquam attentatum lite pendente debet reuocari. 16.

Citationis decretum perpetuat iurisdictionem iudicis delegati. 17.

Delegatus non potest perpetuare iurisdictionem per alium actum, citra citationem.

Quę requirantur ad effectum inducendi litis pendentiam per citationem. 19.

PRINCIPIVM Huiusmodi præparatorij triplicem recipit euidentialem intellectum.

Primo, quod res non efficitur litigiosa, nisi quando vertitur quęstio de dominio, & proprietate, non autem
1 de possessione. Auth. *litigiosa. C. de litigios.* Surd. *decis.* 172. *num.* 3. Gregor. XV. *decis.* 335. *num.* 5. Se-

Secundo, quod actione personali litigiosi vitium non contrahitur per præ-
2 paratoria, sed per litis contestationem: vt diximus supra *in præparatorio 29. num. 1. parte prima*.

Tertio, quod lis mota super actione
3 reali per sola præparatoria, hoc est per solam citationem, vitio litigiosi rem afficit. glossa *in l. 2. verb. pendente lite. C. de litigios. gloss. in Auth. de litigios. in verb. mouetur*.

Quia citatio est fundamentum, &
4 principium omnis contentiosæ iurisdictionis. *§. fin. instit. de pæn. temer. litig. cap. contingit. extr. de probat*.

Et debet fieri personaliter, vbicunque proceditur in præparatorijs ad diffinitiuam sententiam contra regulas iuris Lanfranc. de orian. *tractat. de citat. num. 16*.

His præmissis sequitur regula iuris, quod vitium litigiosi, vt supra contra-
5 ctum rei alienationem impedit; ita vt lite suo marte currente res alienata redibeatur alienanti, perinde ac si alienata non esset: *d. l. 2.* & ibi gloss. *in verb. peragenda. C. de litigios*.

Nam, lite pendente, alienatio præsu-
6 sumitur facta in fraudem, cum lite pendente, nihil sit innouandum. vt in proposito Surd. *d. decis. 172 num. 8*.

Amplia primo hanc regulam, vt non solum alienatio facta post litem motam, sed etiam post litem preparatam, moueri presumatur fraudulenta, si alie-
7 nans sciens preparatoria litis alienauit; *l. hijs solis. C. de reuocat. donat.* ibi qualecunq. litis principium; gloss. *in cap. sepe in verb. scienter. de rest. spoliat.* Surd. *d. decis. 172. num. 10*.

Amplia secundo, vt alienans post motam litem, alienata quæ de tempore li-
8 tis motę possidebat, reddere cogendus sit. *d. l. hijs solis. C. de reuoc. donat.*

Amplia tertio, vt non solum alienatio, sed etiam locatio post litem motã fieri non possit, & facta nullam tribuat
9 quasi possessionem locandi. Bart. *in l. celsus. num 27. ff. de vsucap. & in l. nec bene. C. de prescript. long. temp. Rota in Mediolanen. aquarum. Luna 17. Decembris 1584. coram Gyptio*.

Amplia quarto, vt etiam alienans
10 post litem motam, teneatur ad fructus medio tempore perceptos. cum enim alienatio hæc ex legis dispositione pro non facta habeatur. vt *in d. l. 2. C. de liti-*
11 *gios.* & titulus ad non titulum reducatur, & actus annulletur ipso iure, tunc retro censetur translatum dominium
12 ipso iure, ideo debentur fructus medij temporis. Surd. *decis. 171. num. 5. 6. & 7*.

Amplia quinto, vt lis mota, coram vno iudice, per sola preparatoria, idest per solam citationem impediat eam, coram alio moueri, quia obstat exceptio litis
13 pendentię, quę impedit litis ingressum. *l. vbi cæptum*, & ibi doctores. *C. de iudic.* Gabriel. *de iudic. conclus. 1. num. 2.* Chartar. *decis. Ianuen. 2. num. 2*.

Intellige dumodo exceptio litis pendentię opponatur in peparatoriijs,
14 alias non impedit. Gabriel. *d. conclus. 1. de iudic. num. 34*.

Item intellige ampliationem procedere respectu rei citati, non autem actoris, cuius respectu lis dicitur mota, etiam per solum decretum citationis, licet nondum executę, nec ad partis
15 notitiam deductę. Rota *decis. 6. vt lit. pend. in nou.* Cassad. *decis. 6. num 4. super reg.* Sarnen. *super reg. de triennal. possess. quęst. 56. vers. predictis non obstantibus:* vbi dicit, quod possessor, qui obtinuit causam committi, & decretũ de citanda parte, per huiusmodi decretum censetur interrupisse suam pacificam possessionem, adeo quod vti non poterit exceptione regulę de triennali.

Ratio, quia quoad ipsum actorem satis constat de litis pendentia, ex quo de ea erat certus. Cassad. *d. decis. 6. nu. 3. & seq*.

Et proinde actor post citationem decretam, licet non executam, si aliquid
16 innouat, dicitur attentare. Rota *in Palentina, & Oxomen. beneficiorum Lune 18. Martij 1591. coram Penia*.

Hinc solum citationis decretum perpetuat iurisdictionem iudicis delegati, nec

17 nec requiritur, quod citatio perueniat ad notitiam citati. Abb. *in cap. nemin. num. 11. de offic. delegat.* vbi quod hoc procedit, tam de iure ciuili, quam canonico.

Non tamen potest delegatus perpetuare iurisdictionem per alium actum
18 citra citationem. Abb. *in cap. licet vndiq. num. 4. de offic. delegat.*

Quo vero ad introducendã veram li-
19 tem ad effectum, de quo agimus, plura requiruntur.

Primo, quod iudex citationem decernat, & committat, quia initium litis non potest dari, nisi iussu iudicis. Bald. *in d. l. his solis, in fin. C. de reuoc. donat.*

Secundo quod iudex sit competens, quia non competens non habet ius imperandi, siue iubendi; *vt in tot. C. si à non competen. iudic.*

Tertio, quod citatio sit clara, & certa, quia generalis, & obscura non inducit litis pendentiam. Surd. *decis. 5. numer. 4.*

Quartò, quod citatio personaliter præsentetur, vel per citandum steterit. Clement. 2. *vt lit. pendent.*

Quintò, quod nuncius referat, hoc modo executa, & præsentata personaliter tali die, & loco, quia locus, dies, & persona tales esse possunt, qui citari non valeant. Marches. *de commiss. annotat. parte 2. §. 1. num. 120.*

Sexò, quod citatio præsentata reproducatur in actis, quia non reproducta circumducitur, & citans dicitur illi renunciare. Marches. *vbi supra numer. 131.*

PRAEPARATORIVM

TRIGESIMVM QVARTVM.

Vtrum suspecti Iudicis recusatio in præparatorijs iudicij opposita, iurisdictionem Iudicis ipso iure suspendat, & exindè processum annullet tam de iure canonico, quam ciuili?

SVMMARIVM

IVDICIS suspecti recusatio facienda in præparatorijs. 1.

Iudicis recusatio de iure canonico fieri debet, cum expressione causæ, secus de iure ciuili. 2.

Recusatio sola iudicis tantundem operatur de iure ciuili, quantum de iure canonico operatur recusatio, & causa suspicionis expresso, & probatio, & sententia super ea lata. 3.

Processus factus per iudicem recusatum post recusationem est ipso iure nullus, tàm de iure canonico, quàm ciuili. 4.

Processus factus per iudicem recusatum est etiam attentatus. 5.

Recusatio, & appellatio à pari procedunt. 6.

Restitutione in integrũ ad appellandum pendente non potest interim attentari. 7.

Exceptionem incompentiæ iudicis opponens nõ censetur in iudicem consentire. 8.

Recusans iudicem tanquam suspectum non consentit in eius iurisdictionem. 9.

Actus necessarius non inducit consensum in iurisdictionem. 10.

Ordo intellectus non autem verborum est attendendus. 11.

Cautela opponendi recusationem iudicis. 12.

Suspecti allegatio non fit, vbi adhibetur à statuto. 13.

Recusans iudicem suspectum si postea coram eo compareat, non repetita recusatione, censetur ab ea recessisse. 14.

Suspicio notoriè friuola, vel notoriè falsa non admittitur. 15.

Recu-

Recusatio facta sine causa officium Iudicis non suspendit. 16.

Recusatio Iudicis cessat in criminliabus. vbi agitur de crimine notorio. 17.

DIXIMVS supra *in preparatorio* 12. *num.*41. *parte hac tertia*, quod suspecti Iudicis recusatio facienda est in præparatorijs, & facta ligat manus Iudicis, itaquod ad vlteriora
1 procedere nō potest, & quatenus procederet, cautius esset appellare, & de hoc etiam Marant. *parte 6. vers. quandoq. appellatur num.*26. vbi ponit causas huiusmodi recusationis.

Verum quia potest dubium exoriri, nunquid hoc indistinctè procedat tàm de iure canonico, quàm de iure ciuili, cum ius Canonicum in hac recusatione expressionem causæ suspicionis requirat, quod tamen ius ciuile de ne-
2 cessitate non requirit, vt late declarat Alex. *in l. quia poterat, nu.*4. *ff. ad Trebell.* vbi sub *nu.*7. subdit, quod tantumdem operatur de iure ciuili sola recusatio, quantum de Iure Canonico operatur recusatio, & causæ suspicionis ex-
3 pressio, & probatio vna cum sententia super recusatione lata. *per l. apertissimi C. de iudic.* Abb. *in cap. ad hac il primo num.*2. *de appellat.*

Idcircò ad dubium istud è medio tollendum generalem conclusionem subijcimus, quod tàm de Iure Canonico, quàm Ciuili, processus factus per Iudicem recusatum, post recusationem legittimè factā in præparatorijs, est ipso iure nullus, etiam citra remedium appellationis iuxta veriorem opinionem, quam post Bart. latissimè probat, & se-
4 quitur Alex. *in d.l. quia poterat, num.*7. *&* 8. cum alijs latè congestis per Vant. *de nullit. ex defectu iurisdi ordin. n.*140. vbi dicit hanc esse communem scribentium opinionem. Lap. *allegat.* 1. *num.*4. vbi concludit, non esse in hoc appellationem necessariam, nisi ad effectum deuoluendi, Rota *in vna Ianuensi iuris patronatus*. 12. *Martij* 1603. *coram litta*. & hanc partem videtur etiā firmare Abb. *in cap. cum speciali nu.*12. *apellat.* Marant. *parte 4. distinct.* 16. *nu.* 4. *& par. 6. vers. quandoq. appellatur, num.*24.

Et ab ista opinione tanquam tutiori nunquam recedas, tum quia nimis periculosum est coram suspecto Iudice litigare *c. quia suspecti*. 3. 9. 5. tum etiā quia non debet, quis expectare, vt inimico condemnetur. Felin. *in cap. cum venissent num.*6. *de Iudic.* & melius est
5 ante tempus occurere, quàm post tempus vdeicare, & longe tutius est à principio iura sua illæsa, seruare, quàm post causam vulneratam remedium querere, vt latè dixi *in preparatiuo* 2. *num.*41. *par.*1.

Amplia primò hanc conclusionem, vt processus non solum sit ipso iure nullus, sed etiam dicatur attentatus, quia recusatio, & appellatio à pari procedunt. *cap. super. eo il 2. extr. de appellat.*
6 Bald. *in l.* 1. *C. in integr. restit. postul.* ne quid noui fiat, vbi dicit, quod sicut pendente appellatione non potest interim attentari, ita nec pendente restitutione in integrum ad appellandum, quæ
7 assimilatur appellationi, prę sertim si attentata sint irreparabilis prę iudicij, vt carceratio, & tortura.

Amplia secundò, vt per recusationem Iudicis, tanquam suspecti in prę paratorijs oppositam non censeatur apponens consiteri, Iudicem esse alias competentem; quia sicut pe exceptionem incompetentię non potest excipienti
8 imputari consensus in iurisdictionem nisi super ipsa exceptione tanaum, & in opponendo, sed non in pronunciando. vt dicit Bald. *in l. non videtur, in fin. ff. de Iudic.*

Ita etiam per recusationem seu suspicionem oppositam non potest imputari consensus in iurisdictionem, cum ta-
9 lis actus tanquam necessarius nō habeat inducere consensum in Iudicem. idem Bald. *in l. fin. num.*6. *vers. item dico C. de*
10 *iudic.* quem refert, & sequitur Felin. *in cap. inter monasterium, num.*7. *vers. primo igitur, de sent. & re iudic.* vbi cōmunē dicit. Alex. *in l. moribus. §. prius. num.*14.

num. 14. ff. de vulgar. & pupill. substit. vbi plus dicit, quod licet ante omnia debeat opponi in præparatorijs contra personam Iudicis, tamen si in eadem scriptura primò opponatur cõtra personam actoris, & postea contra Iudicem, uidetur exceptio contra Iudicem primo opposita secundum ordinem
11 intellectus. idem Alex. *in l. quidam consulebant. num. 23. ff. de re iudic.*

Ad euitandas autem opiniones, bona erit cautela, vt opponens incompetentiam Iudicis, & illius recusationem,
12 tanquam suspecti protestetur quod per aliquam incompatibilitatem non intendit in Iudicem consentire. vt dicet Bald. *in d. l. non videtur.*

Amplia tertio, vt quilibet tertius cõparens in causa pro suo interesse, possit in præparatorijs recusare Iudicem suspectum iuxta dictum, quod generosum, & stupendum asserit Anton Corset. *singul. incip. tertius comparens. in verb. recusatio*; & dicit Afflict. *decis. 15. num. 3.*

Fallit primò conclusio principalis, vbi per Principem, siue per statutum prohibeatur recusatio, seu suspicio Iudi-
13 cis. vt est statutum Genuæ 17. *lib. 1.* & dicit Gloss. *in d. l. apertissimi. in verb. recusare.* & Bald. *in d. l. fin. num. 7.*

Fallit secundò, si recusans postea cõpareat coram eodem Iudice recusato,
14 non repetita recusationis protestatione. Seraphin. *decis. 1057. num. 1.*

Fallit tertiò, quando allegata suspicio
15 esset notorie friuola, vel notoriè falsa. Felin. *in cap. accidens. il primo. num. 9. vt lit. pendent.*

Fallit quartò, quando recusatio facta
16 sit absque causa, quia non suspendit officium Iudicis, quominus possit ad vlteriora procedere. Verall. *decis. 168. lib. 1.*

Fallit quintò, in criminalibus, vbi
17 agitur de crimine notorio. Bart. *in l. si quis. §. si quos. ff. de pæn.* Alex. *in l. magistratibus. in fin. ff. de iur. om. iud.* arguo contra. quia Iudex potest esse suspectus circa notorij qualitatem, cũ multa dicantur notoria, quæ non sunt, nam multæ sunt species notorij. *cap. consuluit. extr. de appellat.*

PRAEPARATORIVM

TRIGESIMVM QVINTVM.

Num in præparatorijs iudicij, dilatio ad probandum concedi, & prorogari valeat?

SVMMARIVM.

Termini assignatio ad probandum in præparatorys, inspecto iure communi, non conceditur. 1.

Probatio facta, nulla assignata dilatione ad probandum valet. 2.

Declara vt hic. 3.

Dilatio secunda in præparatorijs non conceditur. 4.

Dilatio ad probandum, vbi non conceditur, nec eius prorogatio valet. 5.

Principale vbi non tenet, nec accessorium. 6.

Testes debent non solum iurare, sed etiam deponere intra dilationem in præparatorijs alligatam. 7.

In præparatorijs non disputatur de iuris apicibus. 8.

Terminus ad probandum datus in præparatorijs currit ipso iure. 9.

Dilationis danda omnis occasio amputanda. 10.

Terminum post elapsum in præparatorijs nullus audiendus. 11.

Dilatio ex forma statuti debet in præparatorijs assignari adunguem. 12.

Processus factus intra dilationem, contra formam statuti assignatam, est ipso iure nullus. 13.

Terminus omnis à statuto assignatus est peremptorius, etiamsi non dicatur. 14.

Regula iuris est, quod inspecto iure communi, non est necessaria assignatio termini ad probandum, etiam post litis contestationem, & multò
1 minus in præparatorijs. Bald. *in l. 2. in fine. ff. de testib. & in l. petenda. C. de tempor. in integr. restit.* in quibus locis attestatur, quod datio termini probatorij non est de formali, seu substantiali ordine iudicij.

Cum probatio regulariter valeat, etiã
2 facta nulla assignata dilatione. Alex. *in l. vt verborum. num. 9. vers. quia probationes. C. qui admitti.* Afflict. *decis. 55. in fin.*

Intellige, dummodo non fiat post terminum iuris, idest post testium publicationem, vel post conclusionem in
3 causa. Felin. *in cap. licet causam. num. 36. de probat.*

Et est ratio, quia exceptio dilatoria opposita in præparatorijs, quatenus indiget probatione, debet ad merita reseruari, tanquam requirens altiorem indaginem. Afflict. *decis. 52. num. 2.*

Amplia primo hanc regulam, vt in præparatorijs tantò minus secunda sit
4 concedenda dilatio, quia si daretur, repugnaret processui summario, quem præparatoria requirunt. Capijc. *decis. 13. num. 8.*

Subamplia, vt si dilatio dari non po-
5 test, nec valeat eius prorogatio. Bald. *in l. legatum inutiliter. in princ. de legat. primo.*

Quia si non valet principale, nec ac-
6 cessorium. *l. cum vnus. in princ. ff. de bon. auct. iud. possid.*

Amplia secundo, vt vbi in præparatorijs sit assignata dilatio ad probandum; debeant intra eam non solum præsentari articuli, & citari testes, sed
7 etiam examinari, quia in præparatorijs, tanquam summariam probationem requirentibus, non debemus procedere, prout in iudiciis præparatis, nec
8 bonæ fidei conuenit, quod in summariis de huiusmodi iuris apicibus disputetur. Capiic. *d. decis. 13. num 7. & decis. 83. in fin.*

Et sufficit, si examinentur in vltima die termini, etiam non citata parte ad videndum iurare testes. Afflict. *decis. 47. num. 6.*

Amplia tertio, vt dilatio à lege, vel à statuto concessa in præparatoriis ad
9 probandũ exceptiones dilatorias currat ipso iure à die oppositæ exceptionis, & per Iudicem admissæ Capiic. *d. decis. 83. num. 2. & 3.* vbi datur actori cautela, vt cum videt reum opponere dilatorias, taceat, & non contradicat, nam curret dictus terminus absque eo, quod per Iudicem assignetur; cum, vt dixi, in præparatoriis assignatus terminus currat ipso iure. Auth. *offeratur. C. de indic.*

Quia in præparatoriis omnis amputan-
10 da est dandæ dilationis occasio. Gloss. *in l. 1. in verb. flagitauerint. C. de dilat.*

Amplia quarto, vt elapso termino in præparatoriis ad probandum assignato non possit quis audiri, quia videtur
11 assignatus in modum præscriptionis. Felin. *in d. cap licet causam. num. 39. vers. limita tertio. de probat.* vbi hoc limitat, nisi probetur impedimentum.

Amplia quinto, vt in assignanda dilatione ad probandum in præparatoriis debeat ad vnguem, & præcisè seruari, forma per statutum præfixa, nihil
12 addendo, vel minuendo. Bald. *in auth. qui semel. num. 22. C. quomod. & quand. Iudex.* Felin. *in cap. pastoralis. num. 30. de except.*

Aliàs fieret processus ipso iure nullus.
13 Bald. *in l. comparationes. in tertia appositione. C. de fid. instrum. & in Auth. matri, & auia. col. 2. C. quand. mul. totel. offic. fung. pot.* Felin. *in cap. quod ad consultationem. num. 21. de sent. & re iudic.*

Quia omnis terminus assignatus à
14 statuto habet vim irreparabilis peremptorii. Bald. *in l. si re oportet. §. multa uero. in princ. ff. de excusat. tutor.*

Etiamsi non dicatur. Capiic. *decis. 81. num. 1.* vbi quod si concedatur secunda dilatio, omnia, quæ intra eam fierent, essent ipso iure nulla.

PRAE-

PRAEPARATORIVM

TRIGESIMVM SEXTVM.

Vtrum in præparatorijs repulsa testium permittatur?

SVMMARIVM.

REPROBATIO *testium regulariter est permissa*. 1.
Repulsa testium in præparatorijs non permittitur. 2.
Probatio in præparatorijs est summaria, & parat reparabile præiudicium. 3.
Præparatoria requirunt summarium processum. 4.
Restitutio in integrum aduersus omissam repulsam in præparatorijs non datur. 5.
Testium repulsa est odiosa, & in odiosis restitutio non conceditur. 6.
Fallit, vbi denegatio repulsæ testium pareret irreparabile præiudicium. 7.

1 QVamuis testium reprobatio regulariter permittatur. *cap. præsentium. extr. de testib.*

Id tamen fallit in præparatorijs iudicij, in quibus repulsa testium non con-
2 ceditur: vt dixi *in præparatorio 11. num. 34. parte prima*.

Ratio, quia in præparatorijs probatio est summaria, nec parat præiudicium
3 irreparabile. Abb. *in cap. veniens. il 2.* & ibi Felin. *num. 18. vers. quia præparatoria. de testib.* Rom. *singul. 383. incip. reprobatio.* vbi quod si admitteretur repulsa, non esset summariè procedere, sed potius differre, quod non est permittendum in summarijs, prout sunt præparatoria. Aret. *cons. 61. circa*
4 *fin.* Marsil. *in l. de vnoquoque. num. 162. ff. de re iudic.* Morant. *parte 6. de testium repulsa. num. 19.*

Amplia, vt tantò magis deneganda
5 sit in integrũ restitutio aduersus omissam repulsam in præparatorijs. Capijc. *decis. 62. num. 4.*

Ratio, quia repulsa testium est odiosa, & in odiosis restitutio non conce-
6 ditur. Capijc. *vbi supra*, & dixi supra *in præparatorio 23 num. 6. vers. sunt nec in odiosis. parte 2.*

Etiam priuilegiatis personis. idem Capijc. *decis. 127. num. 10.*

Fallunt prædicta, vbi denegatio repulsæ testium pareret præiudicium irreparabaile, cum in causa, etiam de
7 sui natura summaria defensiones non debeant denegari. Felin. *in d. cap. veniens. il 2. num. 17.*

PRAEPARATORIVM

TRIGESIMVM SEPTIMVM.

An tertius veniens ad causam in præparatorijs de suo interesse per leuiores tantum probationes docere teneatur.

SVMMARIVM.

TERTIVS *veniens ad causam in præparatorijs non astringitur ad probandum interesse, nisi per leuiores probationes*. 1.
Interesse venientis ad causam non probatur solo iuramento, nisi vbi de nullo, seu de modico agitur præiudicio. 2.
De interesse debet doceri incontinenti arbitrio Iudicis. 3.

Rota passim admittit probationes super interesse tertij venientis ad causam, tantummodo leuiores, & apparentes. 4.

1 Tertius veniens ad causam in præparatorijs non astringitur ad probandum interesse, nisi per leuiores, & apparentes probationes. Felin. *in cap. ueniens. il 2. num.* 18. *in fin. de testib.* Dec. *in l. fin. numer.* 46. *C. de edict. diui Adr. toll.*

2 Non tamen in hoc sufficit probatio interesse per solum iuramentum, nisi vbi agitur de nullo, aut de modico prę-iudicio. *l. thesaurus. ff. ad exhiben.* Abb. *in d. cap. ueniens. numer.* 9. & 11.
3 vbi quod de interesse debet doceri incontinenti arbitrio Iudicis.

4 Ideo Rota passim admittit probari interesse eius, qui venit ad causam per leuiores probationes, per Innoc. *in d. cap. ueniens. in princ.* Felin. *in cap. cum super. in 2. notab. de offic. deleg.* Rota. *decis.* 11. *de iudic. in antiq. & in Casalen. seu nullius de carectis,* 15. *Decembris,* 1586. *coram de Rubeis.*

PRAEPARATORIVM.

TRICESIMVM OCTAVVM.

Num super articulis emergentibus in præparatorijs peti valeat compromissum, vigore statuti de compromittendis causis propinquorum?

SVMMARIVM.

Statutum de compromissis non vendicat sibi locum super emergentibus in præparatorijs. 1.
Causa mota non dicitur in præparatorijs. 2.
Præparatoria sunt summaria. 3.
Dilatio secunda ad probandum non conceditur in præparatorijs. 4.
Exceptiones dilatoriæ non admittunt compromissum vigore statuti. 5.
Statutum de compromissis intelligitur de vnica vice tantum. 6.
Statutum de compromissis exorbitat à iure communi. 7.
Nemo de iure compellitur ad compromissum. 8.
Statutum intelligi debet propriè. 9.
Compromissum factum vigore statuti super articulo non compromissibili, non obligat etiam si pęna sit apposita. 10.
Iudex non debet compellere partes ad concordiam. 11.
Statutum de compromissis, intelligitur si petatur compromissum. 12.
Iudex non debet officium suum non postulatum impertiri. 13.
Debitor suspectus non potest petere tanquam consanguineus, quod causa compromittatur, nisi prius assicurato iudicio per cautionem de stando iuri. 14.
Statutum de compromissis non ligat clericos. 15.
Fallit in statuto confirmato per Papam. 16.

Statutum, quod causæ inter propinquos, & affines compromittantur, non vendicat sibi locum
1 super articulis emergentibus in præparatorijs, quia tunc non dum dicitur causa mota, sed post contestationem litis. *l. causas.* & ibi Glossa. *C. de tran-*
2 *sact.* Marcus Antonius Blanchus, qui ita de communi testatur *in suo tract. de exceptionibus impedien. litis ingressum. quæst.* 4. *num.* 6. & dicit, quod ita tenet Angel. *in l.* 1. *in fin. C. de pręscript. long. tempor.*

Id quod alia ratione suadetur, nam præparatoria summariè, & celeriter experiri debent, cũ in illis tantum agatur
3 de dilatorijs, quæ non perimunt, sed differunt, ideo secundam dilationem ad pro-

4 ad probandum non admittunt, vt dicit Felin. *in cap. vltra tertiam. num.* 13. *de testib.*

Tantò magis non debent admittere compromissum, per quod tota causa
5 non finitur, sed potius protelatur. Afflict. *decis.* 46. *num.* 3. vbi dicit, quod si vigore dicti statuti fuit factum compromissum, & euanuit non potest re-
6 nouari, nisi statutum diceret, quod debeat renouari, & tunc intelligi debet, vt semel tantum, vt infinitas æuitetur. Sed tu dicas, quòd cum statutum factum sit, vt lites totaliter inter coniunctos dirimantur, non dicitur satisfactum rationi statuti per primum compromissum, quod expirauit, ideo debet iterum compromitti, vt post Bald. tenet Felin. *in cap. innouamus. num.* 13. *de tregua, & pace.*

7 Preterea statutum predictum exorbitat à iure communi, quia grauat actorem, vt inuitus debeat compromittere, ad quod nemo de iure communi
8 compelli potest. Bart. *in l. furti. §. qui iussu. ff. de infam.* Ripa. *in rubric. extra de iudic. num.* 101. Paris. *de Put. de sindicat. in verb. concordantia. cap.* 1. *num.* 9. late Felin. *in rubric. de tregua, & pace. num.* 1.

Vnde debet intelligi de compromisso, per quod tota causa, non autem quod vnus tantum illius articulus finiatur, quia statutũ debet intelligi, quod
9 proprie loquatur. Ripa. *respons.* 78. *num.* 5. Surd. *decis.* 9. *num.* 4. *& decis.* 174. *num.* 1.

Amplia primo conclusionem supra firmatam, vt si Iudex compelleret partes vigore dicti statuti ad compromittendum super vno tantum causæ articulo, nõ valeat compromissum, neque obliget, etiamsi in eo sit apposita poe-
10 na. Felin. *in cap. tua nos. num.* 10. *de iureiur. & in cap. nobis. num.* 4. *de Simon.*

Ratio, quia Iudex non potest compellere partes ad compromissum, neque ad aliquam compositionem, seu concordiam, quia hoc tantum pertinet
11 ad arbitrum, & amicabilem compositorem. Bart. *in l. si de incis. §. recepisse. ff. de recept. arbitr.*

Amplia secundo, vt nec Iudex ex officio suo, etiam vigore dicti statuti, possit partes compellere ad compromittendum; sed quia illud intelligitur,
12 quatenus petatur compromissum. Dec. *in l. si super possessione. num.* 10. *C. de transact.*

Cum non debeat Iudex officium suum non postulatum impertiri. *l.* 1. *§.*
13 *magistratibus. ff. de magistrat. conuen. l.* 3. *§. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect.* Bart. *in l.* 1. *in fin. C. vt quæ desunt aduocat. Iudex suppl.*

Amplia tertio, vt hæc conclusio sine dubitatione procedat, vbi huiusmodi compromissum calumniosè, & ad illu-
14 dendum, & euadendum iudicium peteretur. Afflict. *decis.* 170. vbi quod debitor suspectus non potest petere, tanquam consanguineus quod causa compromittatur, nisi prius asicurato iudicio per cautionem de stando iuri.

Amplia quarto, vt nec statutum præ-
15 dictum liget Clericũ, etiam in maioribus constitutum. Felin. *in cap. Ecclesia Sanctę Mariæ. num.* 147. *de constit.* & ibi etiam Dec. *num.* 170. Alber. de Rosat. *de statut. quæst.* 43. *&* 48. Capyc. *decis.* 66. *num.* 1.

16 Fallit, si statutum huiusmodi sit auctoritate summi Pontificis confirmatũ, prout statutum Vrbis, quia hoc ligat etiam Clericum. Io. Baptista Bouius *de statu. vrb. prascript. Gloss.* 19. *num.* 144. *&* 146.



PRAE-

PRAEPARATORIVM

TRIGESIMVM NONVM.

Num coniunctus pro coniuncto in præparatorijs per procuratorem agere, vel comparere valeat?

SVMMARIVM.

CONIVNCTVS habet mandatum à lege comparendi in iudicio pro alio coniuncto. 1.

Coniunctus agens pro coniuncto, debet in præparatorijs satisdare de rato. 2.

Coniunctus non potest agere per procuratorem in præparatorijs. 3.

Coniunctus non potest procuratorem constituere in causis, in quibus lis non contestatur. 4.

Declara ut hic. 5.

In causis non requirentibus contestationem litis primus actus, qui solet fieri post litis contestationem, æquipollet contestationi. 6.

Spurius non venit appellatione coniuncti. 7.

Spurius dicitur coniunctus ex parte matris. 8.

Coniunctus non admittitur pro coniuncto in beneficialibus. 9.

Item nec in pœnalibus. 10.

Nec ubi requiritur speciale mandatum. 11.

Coniunctus potest impetrare rescriptum, etiamsi requirent speciale mandatum. 12.

Coniunctus non agit pro coniuncto patrem habente. 13.

Pater potest comparere pro filio minori, etiam in causis requirentibus speciale mandatum. 14.

Pater, Tutor, & Curator comparentes in iudicio non satisdant de rato. 15.

Coniunctus non potest agere contra voluntatem coniuncti. 16.

Coniunctus non præfertur in agendo alteri magis coniuncto. 17.

Coniunctus non agit pro coniuncto habente Procuratorem, nisi procurator sit negligens. 18.

Coniunctus agens non præiudicat coniuncto, pro quo agit, nisi ratificet. 19.

Lex dando facultatem comparendi pro coniuncto non facit comparentem Procuratorem. 20.

Ratihabitio æquiparatur mandato priuato, sed non mandato iuris publici. 21.

Consors eiusdem litis agit pro alio consorte ut hic. ibidem.

Coniunctus potest comparere in præparatorijs per Procuratorem parte non opponente. 22.

Coniunctus prosequens suam, & sui coniuncti iniuriam admittitur, etiam per procuratorem in præparatorijs, quamuis sit fœmina, & alias inhabilis. 23.

QVamuis coniunctus habeat mandatum à lege comparendi in iudicio pro alio coniuncto. *l. exigendi*, &
1 ibi DD. & præsertim Ias. *C. de procurat.* Data in præparatorijs satisdatione de
2 rato. *l. Pomponius scribit. §. ratihabitionis autem. ff. de procur. l. sed, & ea persone. eod titul. cap. nonnulli. in fin. extr. de rescript.*

Non tamen habet facultatem constituendi in præparatorijs procuratorem, cum tunc nondum sit Dominus litis
3 effectus. Vant. *de nullit. sent. ex defect. mandat. num.* 129.

Idcircò in causis, in quibus lis non contestatur, nunquam potest coniun-
4 ctus Procuratorem constituere. Surd. *decis.* 215. *num.* 8.

Intellige de illis causis, in quibus nec verè, nec interpretatiuè lis contesta-
5 tur, secus ubi fit contestatio, saltem interpretatiuè, idest per primum actum, qui solet fieri post litis contestationẽ, nam talis actus æquipollet contesta-
6 tioni, ubi lis non contestatur. Felin. *in cap. insinuante. num.* 12. *de offic. deleg.* ubi dicit, quod sicut non potest reuocari Procurator post litis contestationem,

stationem, ita nec potest reuocari post primum actum, qui solet fieri post litem contestatam, vbi non fit contestatio, puta, quando proceditur summariè, idem Felin. *in cap. cum M. Ferrariensis. num. 20. de constitut.*

Amplia primo, premissam regulam tantò magis procedere in spurio, qui
7 ad istum effectum non venit appellatione coniunctorum. Bald. *in l. id quod pauperibus. num. 35. vers. illud constat. C. de Episcop. & Cleric.*

Nisi statutum admitteret coniunctos ex parte matris, quia tunc spurius recte dicitur coniunctus ex parte matris,
8 & potest agere pro coniuncto. Io. de Imol. *in l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 13. vers. & per hoc etiam videtur. ff. ad Trebellian.*

Amplia secundo, vt etiam procedat
9 in beneficialibus, in quibus non admittitur coniunctus pro coniuncto. Rota. *decis. 6. num. 1. de procurat. in nouiss.*

Amplia tertio, vt nec admittatur coniunctus, vbicunque coniunctus, pro quo ageretur, posset incurrere pœ-
10 nam. Adden. *ad d. decis. 6. num. 2. de procurat. in nouiss.* Chartar. *decis. 54. num. 7.*

Amplia quarto, vt nec etiam admittatur coniunctus pro coniuncto, vbicunque speciale mandatum requiritur.
11 Felin. *in cap. coram. num. 5. de offic. delegat.* Chartar. *d. decis. 54. num. 6.* adde Bald. *in d. l. exigendi. num. 2.* vbi dicit, quod in his, quæ requirunt speciale mandatum, coniunctio personarum nihil operatur, nisi coniunctus impe-
12 trasset rescriptum, quia talis impetratio valeret, etiamsi requireret speciale mandatum. Abb. *in cap. sunt, & alij. in 3. notab. de rescript.* & ibi Felin. *num. 42.*

Amplia quinto, vt nec admittatur, vbi coniunctus, pro quo sit alius coniunctus habeat partem, qui eius sit
13 legittimus administrator. Chart. *d. decis. 54. num. 19.*

Cum pater possit pro filio etiam minori in iudicio comparere, etiam in
14 casibus speciale mandatum requirentibus. Bald. *in l. patri pro filio. in princ. ff. de minor.*

Ac etiam per procuratorem, qui nec tenetur satisdare de rato. Imol. *in l. 2. fin. solut. matrim.*

Amplia sexto in Patre, Tutore, Curatore, & alijs, qui quasi domini sunt, & possunt comparere non data cautio-
15 ne de rato. Bald. *in l. 1. num. 8. vers. tu dic C. de bon. mater. & in l. fin. §. vbi autem. C. de bon. qua. liber.*

Caue tamen, quod si minor contraheret, & ex forma statuti requiratur præsentia, & consensus propinquorum, vel tutorum, non sufficit consensus prestitus per procuratorem. Felin. *in cap. cum omnes. num. 49. de constit.* vbi quod nec sufficit ratificatio.

Amplia septimo, vbi coniunctus age-
16 ret contra voluntatem coniuncti. *d. l. Pomponius. §. fin. ff. de procurat.*

Ideo coniunctus, licet habeat à lege mandatum ad agendum pro coniuncto, non tamen habet ad exigendum, & recipiendum solutionem, quia id presumitur contra voluntatem coniuncti. Io. de Imol. *in l. 2. num. 10. & in l. 3. num. 2. ff. solut. matrim.*

Amplia octauo, vbi coniunctus vellet preferri alteri magis coniuncto, Salnet. *in d. l. exigendi*, vbi quod data
17 paritate coniunctionis, Iudex potest preferre, qui sibi magis videbitur.

Amplia nono, vbi coniunctus, pro quo alius coniunctus agere intendit, procuratorem alium constituisset, quia
18 talis procurator excludit coniunctum, qui in hoc casu non admittitur ad agendum, nisi procurator agere negligeret. Angel. *in l. cum prætor. ff. de iudic.* Imol. *in cap. ex parte decani. de rescript.* Paul. de Castr. *in l. si longius. C. de iudic.*

Amplia decimo, vt coniunctus agendo, & satisdando de rato pro alio con-
19 iuncto non noceat ei, neque preiudicet, nisi postea ratihabitio sequatur. *l. 1. C. quib. res. indic. non noc.*

Quia lex, vel statutum licet coniunctis agendi sine mandato tribuat facul-
20 tatem, non tamen eos procuratores facit

facit. *l.3.§.1.ff.iudic.solui.* Bald. *in l.1. num.5.C.de procur.*

Si tamen coniunctus agat sciente, & non contradicente alio coniuncto, cẽsetur coniunctus habere ratum. Io. de Imol. *in l.2. num.11. vers. tertio potest intelligi. ff. solut.matrim.*

Intellige ampliationem de gestis per coniunctum, quæ ratificari possint; quia in istis procedit ratificatio, vnde si coniunctus egerit coram Iudice incompetenti, non poterit id ratificari per alium coniunctum, quia rati habi-
21 tio æquiparatur mandato priuato, sed non mandato iuris publici, prout sunt iurisdictionalia. Felin. *in cap. prudentiam. num.13. de offic. delegat.*

Amplia vndecimo, vt quæ dicta sunt de coniuncto, per omnia procedant in consorte eiusdem litis. Felin. *in cap. cum M. Ferrariensis. num.19. de constitut.*

Nisi causa, seu res de qua agitur sit diuidua, quia tunc vnus consors eiusdem litis potest in præparatorijs agere pro parte sua, & procuratorem constituere, secus si esset indiuidua, quia alijs prohibentibus agere non potest. idem Felin. *in d.cap.cum M. Ferriariensis. nu. 22.vers. est tamen.*

Amplia decimosecundo in criminalibus, in quibus coniunctus non admittitur pro coniuncto. idem Fel. *loco citato. num.19. vers. hanc. conclusionem.*

Limita primo principalem conclusionem; vbi coniunctus compareat in præparatorijs per procuratorem, qui fuerit admissus parte non opponente, quia
22 valebit admissio. *Aijm. cons.220. incip. respondeo.num.4.* vbi quod procurator, qui non admittitur in criminalibus, tamen si admittatur, tenet admissio; & valet processus.

Limita secundo, vbi coniunctus se, & sui coniuncti iniuriam vlciscendo accusaret, quia hoc potest etiamsi esset
23 fœmina, vel alias, habilis. Aijm. *d.cons. 220.num.1.*

Idcircò filius familias, licet non habeat legitimam personam standi per seipsũ in iudicio, tamen in criminalibus potest seipsum defendere, sine patris auctoritate. Bald. *in l.si seruus. C. de noxal.* vbi dicit, quod ita communiter practicatur.

PRAEPARATORIVM

QVADRAGESIMVM.

Laudatio authoris, num in præparatorij necessariô facienda? & quomodo.

SVMMARIVM.

LAVDATIO *authoris quid sit.* 1.
Authori fauenda est litis denunciatio, alias perditur regressus contra eum. 2.
Venditor tenetur defendere emptorem. 3.
Defendere intelligitur cum effectu. 4.
Emptor defendendus à processu causæ per exceptionem legitimam, non autem per frustratoriam. 5.
Venditor non tenetur de violentia illata emptori, quia venditor non tenetur de casu fortuito. 6.
Litis denunciatio, quando facienda sit. 7.
Litis denunciatio, facienda est in præparatorijs. 8.
Authoris laudatio facienda congruo loco, & tempore. 9.
Exceptiones dilatoriæ non possunt opponi post litem contestatam. 10.
Venditor non potest petere transferri in seipsum instantiam inuito actore. 11.
Author laudatus veniens ad causam post contestationem litis, tanquam tertius auditur in statu, & terminis. 12.
Author laudatus, an possit petere tanquam coniunctus causam compromitti ad formam statuti. 13.
Author laudatus est necessarius defensor ad quem

quem spectat commodum, & incommodum litis ei potest ex persona sua opponere omnes exceptiones. 14.
Ius saluum non dicitur habere, cui aliquid iuris, vel facti deest. 15.
Authoris laudati, magis interest litem agi suo nomine, quam alieno. 16.
Emptor non potest facere venditoris deteriorẽ conditionem. 17.
Emptor, & venditor ad paria iudicantur. 18.
Emptor in laudatione venditoris tenetur copiam libelli, & citationis tradere. 19.
Forma laudandi authorem. 20.
Authoris laudatio facienda solemniter manu publici notarij. 21.
Authori laudatio facienda est cum interpellatione. 22.
Laudatio facienda authori, etiam scienti litem esse motam. 23.
Emptor laudans authorem, non tenetur legitimare personam suam. 24.
Item nec tenetur fidem facere de pluribus in lite nominatis, 25.
Laudatio facienda, etiam authori authoris. 26.
Emptor tenetur litem denunciare venditori, etiam Clerico. 27.
Clericus laudatus trahit causam ad suum forum Ecclesiasticum. 28.
Clericus vnus, & alter laicus si agant, debent agere in foro Ecclesiastico. 29.
Persona miserabilis, si laudatur in authorem non potest declinare forum emptoris. 30.
Termino pendente ad denuntiandum litem nihil est innouandum. 31.
Author laudatus pendente iudicio euictionis subministrat expensas litis. 32.
Declara, vt hic. 33.
Author laudatus re euicta tenetur ad damna, & interesse. 34.
Emptor sciens rem venditam alienam esse, an agat de euictione contra venditorem. 35.
Venditori nulla competente defensione non est facienda litis denuntiatio. 36.
Author non laudatur coram arbitro. 37.

PRæmitto, quod laudare Authorem est nominare venditorem, & ei denuntiare, vt motam euictionis litem defendat emptori. *l. Authore laudato. C. de euict.* vbi Bald. *dicit. Authore, idest venditore. laudato. 1. admonito.*

Quia emptor nisi denuntiet Authori, vel heredi eius perdit contra venditorem, vel fideiussorem eius re vendita euicta regressum. *l. emptor. C. eod. titul.*

Sed denunciatione legittimè facta tenetur venditor, vel eius fideiussor proprijs sumptibus litem defendere, & rem vẽditam etiam ab iniurijs de facto per actorem illatis, etiam si opus fuerit cum armis penitus liberare. *l. qui absentem.* & ibi Bald. *ff. de procurat.*

Nam defendere est plenè, & cum effectu liberare, cum non dicatur plenè datum, vel factum, quod non est plenè, & cum effectu datum, vel factum. Bald. *in l. huiusmodi legatum. §. ades quibus. ff. de legat. 1.*

Ideo tenetur venditor ad defensionem, per quam emptor à processu causæ per exceptionem legittimam totaliter liberetur. Bald. *in l. vtrum autem. §. item si rem. vers. item si venditor suscepit. ff. de petit. heredit.*

Quia friuola, vel frustratoria exceptio non est legittima defensio. *l. fin. ff. de procurat.*

Non tamen tenetur venditor de violentia illata emptori, quia venditor nõ tenetur de casu fortuito cum in emptorem transeat periculum rei, & casus fortuiti. Imol. *in l. si filiofam. §. si vir. num. 11. ff. solut. matrim.*

His præmissis queritur, quando huiusmodi authoris laudatio, & litis denũciatio facienda sit? Bart. *in l. qui concubinam. §. si heres. in fin. ff. de legat. 3.* dicit, quod in præparatorijs iudicij euictionis, si conuentus titulum habeat lucratiuum, secus si onerosum, quia tunc sufficit fieri in quacunque parte iudicij, dumodo ante sententiam, & defensiones saluæ sint. sed Bald. *in l. libera. num. 11. C. de sent. & interloc.*

dicit, quod licet non fiat in præparatorijs, sufficit tamen si fiat eo tempore, quo Author habeat legittimum spatium ad probandum de iure suo, & sic ante quam labatur terminus ad probandum. & ibidem dicit, quod potest fieri etiam in causa appellationis, refert, & sequitur Maranta in praxi. *parte 6. vers. & solet laudari actor. num. 5. in additione.*

Ego autem dico, quod indistinctè facienda est in præparatorijs.
8

Primo, quia conclusio iuris est, quod hęc Authoris laudatio fieri debet congruo loco, & tempore, vt Authori plene defensionis copia patere possit. Felin. *in cap. cum M. Ferrarensis. num. 71. vers. & istis adde. de constitut.*
9

Sed si fieret post litem contestatam, non esset facta loco, & tempore congruis Authoris defensioni, patet, quia tunc non potest opponere exceptiones dilatorias, quæ post litem contestatam non possunt opponi. vt late dixi in pręparatorio 13. *num.* 1. *&* 8. vbi quod litis contestatio est terminus exclusiuus dilatoriarum opponendarum.
10

Item non potest tunc suscipere in se iudicium, & in se ipsum petere transferri instantiam, & ab ea liberari emptorem inuito actore. Bald. *in l. si actor. in fine. ff. de procurat.*
11

Cum tuuc Author laudatus veniens post litem contestatam, tanquam tertius non possit audiri, nisi in statu, & terminis in quibus causa reperitur. Afflict. *decis.* 15. *num.* 1.
12

Item nec potest petere causam compromitti ad formam statuti de compromissis inter coniunctos, quia huiusmodi petitio debet fieri in præparatorijs, cum tale statutum respiciat pręparatoria, & liget etiam forenses. Io. Baptista Bou. *tract. de statut. vrb. præscriptione. Gloss.* 19. *num.* 144. *&* 146.
13

Et hoc dico cum præsupposito, quod Author laudatus possit petere compromissum ad formam dicti statuti. vt tenet Bart. *in l.* 1. *in fin. C. vbi in rem actio.* & in questione sua incip. *consilium Pisana Ciuitatis. in solut.* quem refert, & sequitur. Io. de Imol. *in l. si post. num.* 2. *ff. solut matrim.*

Et sic patet, quod per denuntiationē factam post litem contestatam Authori, non sunt saluæ defensiones omnes, prout esse debent, cum Author tanquam necessarius defensor ad quem spectat commodum, & incommodum litis possit ex persona sua opponere omnes exceptiones, tàm dilatorias, quā peremptorias. *l. idemque. §. generaliter.* & ibi Bald. *ff. mandat.*
14

Non enim dicitur saluum ius habere, cui aliquid iuris, vel facti deest. Bald. *in d. l. huiusmodi legatum. §. edes quibus. ff. de legat. primo.*
15

Secundo probatur, nam si denunciatio fiat in præparatorijs, & antequam lis contestetur, potest Author denuntiatus fieri dominus litis per contestationem, ita vt lis dicatur suo nomine, quod non posset, si fieret post litem cōtestatam, & defensoris magis interest litem agi suo nomine quàm alieno, ex quo suum est commodum, & incommodum, non autem alienum. Bart. *in d. quest. consilium Pisana Ciuitatis. in solutione. num.* 4. *vers. sed ponamus.*
16

Tertio sicut tenetur venditor defendere litem à principio, ita etiam conueniens est, quod ei lis in præparatorijs intimetur, ne ab opponendis dilatorijs exceptionibus excludatur, cum non debeat esse in facultate emptoris venditorem hac defensione priuare, & sic eius conditionem deteriorem facere intimationem post litem iam contestatam differendo, & hoc suadet ratio seruandæ æqualitatis inter emptorem, & venditorem, qui ad paria iudicantur propter omnimodam inter eos correlationem, non enim potest esse venditor sine emptore, nec è contra. *l. fin. ff. de acceptat.* Imol. *in l. de diuisione. in fin. ff. solut. matrim.* & ita ad euitandas opiniones per aduocatos in practica communiter obseruatur.
17
18

Amplia primo conclusionem sic, vt supra firmatam, vt etiam teneatur emptor copiam libelli, & citationis tradere

19 tradere venditori. Felin. *in cap. cum. M. Ferrarienſis. num. 71. de conſtitut.*

Intellige, ſi à venditore petatur, alias ſufficit, quod ſolum citetur venditor, & notificetur ei quod lis eſt mota, & ſuper quo, & quod veniat ad litem, &
20 ei aſsiſtat, & ita de conſuetudine obſeruari, & ab ea non eſſe recedendum dicit Bald. *in d. l. emptor. C. de euict.* & non facta mentione Baldi, dicit Felin. *in d. cap. cum M. Ferrarienſis. num. 71. verſ. dixit tamen Angel.*

Amplia ſecundo, vt huiuſmodi litis intimatio debeat etiam fieri ſolemniter, ideſt per manum Notarij publici,
21 & in pręſentia teſtium. Imol. *in l. cum ex cauſa. num. 4. ff. de verb. obligat.*

Amplia tertio vt etiam fieri debeat cum interpellatione, vt veniat ad de-
22 fendendum, & aſsiſtendum. Felin. *in d. cap. cum M. Ferrarienſis. num. 71. verſ. item oportet.* Marant. *d. par. 6. verſ. & ſolet laudari actor. num. 12.* vbi quod requiritur expreſſa interpellatio ad defendendum, & litem ſuſcipiendum; alias denunciatio non arctaret. Bart. *in l. empt. C. de euiction.*

Amplia quarto vt hęc litis intimatio
23 ſit facienda, etiamſi venditor ſciat litē eſſe motam, nē alias emptor habeat neceſſe probare ſciuiſſe venditorem litē motam, ex quo in dubio pręſumitur ignorantia, cū ſit in facto alieno. Imol. *in d. l. cum ex cauſa num. 4.* ſed verior ratio eſt, quia licet venditor ſciat litem eſſe motam, tamen non tenetur eam defendere, niſi emptor petat. Bald. *in d. l cum abſentem. num. 2. verſ. breuiter ego credo. ff. de procurat.*

Amplia quinto, vt emptor denuncians non teneatur legittimare ſuam perſo-
24 nam, niſi petatur. Bald. *in d. l. qui abſentem.* late Aret. *conſ. 26. num. 5. verſ. circa tertium. & num. 6.*

Amplia ſexto, vt nec teneatur emptor facere fidem de pluribus in lite nominatis, quando denunciatio litis fit Iu-
25 dicis auctoritate. Ial. *in l. non ſolum. §. morte. num. 29. & 38.* vbi loquitur in emptore denunciante, & ibi Alex. *ſub. num. 4. ff. de noui oper. nunciat.* Alex. *in l. in executione. §. inſolidum. in fin. ff. de verb. obligat. & in conſ. 36. num. 10. lib. 7.*

Amplia ſeptimo, vt huiuſmodi litis intimatio fieri debeat etiam Authori Anthoris ſui, vt ſi res fuerit vendita vni, qui alio vendidit, & ille alteri, & ſic per multas manus ambulauerit, & demum vltimo emptori euictionis quęſtio moueatur, nam debet lis denunciari proximo emptori, & non primo, & ſi non inueniatur emptor proximus, puta, quia ſit abſens, faciat emptor quicquid poteſt ad denunciandum. ita per Bald. *in l. cum ſucceſſores. in fine. C. de euiction.*

Niſi ſit emptor conſtitutus procurator in rem ſuam, & in inſtrumento emptionis ſibi fuerint ceſſæ actiones, prout hodie indifferenter cedūntur, quia
26 tunc poteſt laudari Author Authoris. Marant. *loco ſupra citato. num. 18.*

Amplia octauo, vt emptor teneatur denunciare litem, etiam Clerico vendi-
27 tori. Marant. *in d. pract. part. 6. verſ. & ſolet laudare actor. num. 10.* vbi tamen dicit, quod Clericus Author laudatus ex perſona ſua poteſt declinare forum emptoris, & cauſam trahere
28 ad forum ſuum Eccleſiaſticum. Afflict. *deciſ. 227. num. 2. quicquid dicat.* Mangil. *tract. de euict. queſt. 6. num. 1. cum plurib. ſeq.* quia contra eum eſt communis Doctorum opinio, quos late cumulat Gramat. *deciſ. 61. num. 6.*

Subamplia, vt ſi ſunt duo venditores, vnus Clericus, & alter laicus, debeat lis denuntiata in foro Eccleſiaſtico
29 agitari. Seraphin. *deciſ. 957. num. 2.*

Verum ſi venditor laudatus ſit laicus, ſed perſona miſerabilis, tenebitur defendere emptorem in foro emptoris
30 vbi eſt conuentus. iuxta Tex. *in l. venditor. ff. de iudic. & in l. 1. C. vbi in rem actio,* nec tanquam perſona miſerabilis poterit declinare forū, vt latè per Io. Mar. Nouar. *tract. de elect. & variat. for. sect. 4. queſt. 31. num. 30.*

Amplia nono, vt termino pendente ad denunciandam litem debeat ſuper-
31 ſederi, & interim nihil innouari. Ma-

 rant.

rant. *loco supracitato. num.* 8.

Amplia decimo, vt teneatur venditor laudatus subministrare litis expensas, etiam pendente iudicio ante rem euictam; vt sunt expensę pro Notarijs, & Aduocatis, pro testibus exibendis, &
32 pro recolligendis scripturis, ita vt sumptibus venditoris fiat lis. ita Bald. *in d. l. qui absentem.* vbi dicit, quod hoc presupponit ille Textus.

Nisi venditor suscepisset in se iudici-
33 um. Marant. *loco citato. num.* 13. *in additione.*


Subamplia, vt etiam re euicta teneatur venditor ad omnia damna, & interesse. saluo nisi emptor fuerit sciens
34 rem venditam alienam esse, vel fortè alteri obligatam, quia tunc licet non teneatur venditor de euictione, tenetur tamen ad prætij restitutionem, nisi
35 in instrumento adsit pactum, quod ad nihilum teneatur, prout cauti faciunt venditores, quia tunc nec tenebitur ad prætium. vt notanter dicit Bald. *in l. non dubitatur. C. de euict.*


Limita primo, principalem conclusionem non procedere, vbi venditori
36 nulla competeret defensio circa euictionem, quia tunc contra eum agi potest de euictione, etiam nulla precedente denunciatione litis, ex quo constat de notoria petitoris iustitia. Fulgos. *in l. emptorem. num.* 3. *ff. de act. empt.* Roman. *in d. l. non solum.* §. *morte. num.* 10. vbi etiam Rubeus Alex. *num.* 682. *ff. de oper. nou. nunciat.*

Limita secundo, vt nec coram arbitro Author possit laudari, iuxta verio-
37 rem opinionem, quam defendit Marant. loco supra citato. *num.* 2. *in addit. vers. contrariam opinionem.*

Plura alia possem in materia cumulare, sed quia agimus de preparatorijs, quę summaria sunt, prędicta tantum dixisse sufficiat pro emptoribus euictionis iudicio conuentis, vt suos sciant Authores in preparatorijs laudare, quò ab eisdem plenius defendantur. prout ego in hoc præparatorio opere laudo in Authorem Dominum meum IESVM CHRISTVM, eumque suppliciter exoro, & humiliter interpello, vt causam meam, vt pius Aduocatus suscipiat defendēdam apud Patrem, cum quo, & Spiritu Sancto viuit, & regnat in secula seculorum. Et pro fine operis, quem facio hac die 20. Octobris 1652. quæ est Dominica 21. post Pentecostem cum Sancta Ecclesia, cuius iudicio opus submitto, oro eumdem Dominum Deum Authorem meum cum currenti collecta. Deus refugium nostrum, & virtus adesto pijs Ecclesię tuę precibus Author ipse pietatis, & presta, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur Amen.

FINIS.





ELENCVS SINGVLORVM

PRÆPARATORIORVM

Quæ in hac tertia operis parte continentur.

PRAEPARATORIVM I.

AN libellus, siue petitio sit necessarium præparatorium omnis iudicii inchoandi. pag. 1.

PRAEPARATORIVM II.

Actio tanquam substantiale præparatorium omnis petitionis, & libelli, quomodo inuestiganda sit, an de iure competat, vel non? pag. 13.

PRAEPARATORIVM III.

Num contra procuratorem valeat iudicium inchoari, eiq; libellum valide præsentari? pag. 33.

PRAEPARATORIVM IV.

An confessio facta in libello valeat in præparatoriis reuocari. pag. 36.

PRAEPARATORIVM V.

Libellus negatiue conceptus quomodo, & quando procedat? pag. 39.

PRAEPARATORIVM VI.

An actionum, quæ electione tolluntur, vna electa, per solam libelli oblationem censeatur alteri renunciatum? pag. 40.

PRAEPARATORIVM VII.

Vno, eodemq; libello contra plures simul, & semel agere, & experiri quis, quando, & quomodo possit? pag. 45.

PRAEPARATORIVM VIII.

Vtrum citatio dicatur iudicii præparatorium, etiam coram supremo Principe non omittendum, & omissum semper vitiet? pag. 49.

PRAEPARATORIVM IX.

Vtrum primum decretum sit necessarium præparatorium secundi decreti; quando, quomodo, contra quas personas, in quibus causis, & per quos Iudices valeat interponi? pag. 62.

PRAE-

PRAEPARATORIVM X.

Vtrum bannum ob contumaciam, in præparatoriis à Iudice latum, possit absq; alia condemnatoria sententia executioni demandari? pag. 74.

PRAEPARATORIVM XI.

Satisdationes iudiciales quæ, & quibus in casibus præstandę sint in præparatoriis iudicii? pag. 77.

PRAEPARATORIVM XII.

Exceptionem Iudidis declinatoriam in præparatoriis esse præ cæteris opponendam, nec ad decisoria reseruari posse nouo, plenoque methodo demonstratur? pag. 84.

PRAEPARATORIVM XIII.

Exceptiones dilatoriæ quæ, qualiter, & quando in præparatoriis, vel post litem contestatam ad implendum processum opponi, discuti, ac dirimi, vel ad merita reseruari, & vna cum sententia terminari debeant? pag. 94.

PRAEPARATORIVM XIIII.

An excipiens simpliciter in præparatoriis videatur intentionem aduersarii confiteri, ita vt exceptione non probata possit ex tali confessione sine, vllo iudiciario ordine, condemnari? pag. 107.

PRAEPARATORIVM XV.

An, & quando in præparatoriis iudiciorum contra exceptionem rei replicatio actoris admittatur, vel non? pag. 117.

PRAEPARATORIVM XVI.

Vtrum reconuentio tanquam exceptio dilatoria necessario facienda sit in præparatoriis iudicii conuentionis, quibus in causis, & coram quibus iudicibus locum habeat. & an, & quando super vtraque simul, & semel procedendum, ac pronunciandum sit? pag. 129.

PRAEPARATORIVM XVII.

An, & quando Iudex delegatus, vel ordinarius teneatur de sua iurisdictione delegata, vel ordinaria docere, & super ea pronunciare, si de ea in præparatoriis opponatur? pag. 143.

PRAEPARATORIVM XVIII.

Exceptiones litis finitæ, an, quando, & quomodo opposita in præparatoriis impediant litis contestationem, & processum? pag. 147.

PRAEPARATORIVM XIX.

An, & quando factum in præparatoriis iudiciorum valeat iterum circa decisoria recenseri? pag. 155.

PRAEPARATORIVM XX.

Prælatus, tutor, vsufructuarius, cæteriq; administratores munere, tituloque fungentes accusati suspecti, an per solam accusationem sint in præparatoriis ipso iure ab administratione remoti? pag. 168.

PRAE-

PRAEPARATORIVM XXI.

Vtrum actor in suo libello mentionem faciens de aliquo instrumento, illud reo petenti in præparatoriis edere teneatur? pag. 175.

PRAEPARATORIVM XXII.

Vtrum debitum conditionale ante conditionis euentum peti valeat, si in præparatoriis, vel in contestatione litis purificari speratur? pag. 179.

PRAEPARATORIVM XXIII.

An, & quando exceptio Valleiani, ac Macedoniani opposita in præparatoriis iudicii, processum, & litis contestationem impediat? pag. 182.

PRAEPARATORIVM XXIV.

An quadriennium ad petendam restitutionem in integrum perpetuetur per sola præparatoria iudicii: vel litis contestatio requiratur? pag. 184.

PRAEPARATORIVM XXV.

An, & quando in præparatoriis iudicii appellatio legittimè valeat interponi? pag. 186.

PRAEPARATORIVM XXVI.

Tertius veniens ad causam pro suo iure, & interesse quando in præparatoriis iudicii possit impedire eum, qui iudicium inchoauit, ne illud prosequatur? pag. 195.

PRAEPARATORIVM XXVII.

Num agens iudicio, vel actione populari possit in præparatoriis constituere Procuratorem? pag 196.

PRAEPARATORIVM XXVIII.

Vtrum mendacium vrleat in præparatoriis iudicii libere reuocari? pag. 199.

PRAEPARATORIVM XXIV.

Vtrum contumax in preparatoriis iudicii intentati per personam ipso iure non legittimam pro confesso, & conuincto ad formam statuti de contumacibus haberi, & pronunciari possit? pag. 202.

PRAEPARATORIVM XXX.

Vtrum impedimentum occurrens circa præparatoria iudicii, per iuramentum impediti probari possit? pag. 209.

PRAEPARATORIVM XXXI.

An Iudex ordinarius, vel delegatus in respicientibus preparatoria iudicii possint facere reseruationes, & prorogationes in tempus successoris, vel quo priuata futuri sunt? pag. 211.

PRAEPARATORIVM XXXII.

Num in præparatoriis solemnitas iudicii in dubio adhibita præsumatur? pag. 213.

PRAEPARATORIVM XXXIII.

An, & quando letigiosi vitium, per preparatoria litis contractum rei alienationẽ impediat? pag. 219.

PRAEPARATORIVM XXXIIII.

Vtrum suspecti Iudicis recusatio im preparatoriis iudicii opposita, iurisdictionem Iudicis ipso iure suspendat, & exinde processum annullet tam de iure Canonico, quam ciuili? pag. 121.

PRAEPARATORIVM XXXV.

Num in preparatoriis iudicii, dilatio ad probandum concedi, & prorogari valeat? pag. 223.

PRAEPARATORIVM XXXVI.

Vtrum in preparatoriis repulsa testium permittatur? pag. 225.

PRAEPARATORIVM XXXVII.

An tertius veniens ad causam in preparatoriis de suo interesse per leuiores tantum probationes docere teneatur. pag. 225.

PRAEPARATORIVM XXXVIII.

Num super articulis emergentibus in preparatoriis peti valeat compromissum, vigore statuti de compromittendis causis propinquorum? pag. 226.

PRAEPARATORIVM XXXIX.


Num coniunctus pro coniuncta in preparatoriis per Procuratorem agere, vel comparere valeat? pag. 228.

PRAEPARATORIVM XXXX.

Laudatio Authoris, num in præparatoriis necessario facienda? & quomodo. pag. 230.

FINIS.





INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM, VERBORVM,

Ac materiarum omnium notabilium, quæ in hoc volumine continentur.

A

Abbas.

POTEST libere reuocare Monachum suum Procuratorem, etiam post litem contestatam. præp. 3. num. 41. par. 2.

Absens.

Dicitur, qui præparat se ad absentiam, licet modo sit præsens. præpar. 4. num. 75. par. 1.
Dicitur post liminio reuersus, dum præparat, & componit sarcinulas, & interim contra eum non currit præscriptio. ibidem. num. 79.
Non dicitur, qui Procuratorem dimisit. præp. 8. num. 59. par. 3.
Dicitur qui non est in Ciuitate, vel territorio. præp. 9. num. 83. par. 3.
Condemnatur diffinitiuè in criminalibus, etiam lite non contestata. præp. 10. num. 23. par. 3.
Non censetur per solam contumaciam prorogare iurisdictionem. præp. 12. num. 16. par. 3.
Non potest præsentari ad ius patronatus, nisi ordinarius habeat notas qualitates præsentati. prępar. 19. num. 25. par. 1.
An possit absolui ab excommunicatione. pręp. 16. num. 21. & 22. par. 1.
Quando possit in mora constitui, vel contra eum præscriptio interrumpi. pręp. 25. num. 11. par. 1.

Absentia.

Computatur à die inchoata pręparationis ad itinerandum. præp. 4. num. 71. par. 1.
Quando pro seruitio reputetur. ibidem. num. 77.

Absolutio.

Ab vna excommunicatione non extenditur ad aliam. præpar. 3. num. 83. par. 1.
Generalis sufficit pro omnibus excommunicationibus. ibidem. num. 84.
A iuramento ad effectum agendi est præparatorium necessarium ad agendum. prep. 4. num. 35. par. 1.
A iuramento ad effectum agendi quomodo concedenda per Episcopum ad hoc

a vt sibi

vt sibi appropiet totam iurisdictionem. ibidem. num.46. & 56.
Plenaria à iuramento tanquam illicito tollit effectum contractus super quo fuit iuratum. ibidem. num.46.
Plenaria à iuramento non conceditur, nisi per solum Papam. Ibidem. num.47.
A iuramento differt ab habilitatione à iuramento ad effectum agendi. ibidem. num.45.
Concessa excomunicato absenti, an prosit ei in foro fori præp. 16. num.21. par.1.
Ab excommunicatione potest peti per procuratorem. ibidem. num. 22.
Ab excommunicatione requirit præsentiam excomunicati. ibidem. num.23.
Ab excommunicatione iniusta non fit, sed fit reuocatio. ibidem. vers. intellige.
A iuramento ad effectum agendi non eximit absolutum à vinculo iuramenti si postea in causa succubuit. ibidem. numer.38.
Ab obseruatione iudicij regulariter datur ex eo, quia non liquet de causa, præp. 25. num.7. par.1.
Ab obseruatione iudicij non est sententia diffinitiua. ibidem. num.12.
Ab obseruatione iudicij potest fieri etiam in præparatorijs, in arbitrarijs. ibidem. num.14.
A iuramento ad effectum agendi est præparatorium iudicij. præpar. 12. num.1. par.2.
A iuramento ad effectum agendi à solo Iudice Ecclesiastico conceditur. ibidem. num.6.
A iuramento est necessaria, etiam vbi iuramentum sit annullatum à statuto; ibidem. num.25.
A iuramento ad effectum agendi semper in dubio petenda est. ibidem. num. 34.
A iuramento vnica quando sufficiat pro pluribus iuramentis. ibidem. num. 40.
A iuramento, potest peti per procuratorem habentem speciale mandatum. ibidem. num.41.
A iuramento ad effectum agendi conceditur, etiam parte non citata, ac etiam inuita. ibidem. num 42.
A iuramento non datur aduersus obligationem Cameralem ad effectum impendi executionem. ibidem. num.46.
A iuramento præstito in die Dominico non est necessaria. ibidem. numer. 47.
A iuramento non suffragatur post incursum periurium. ibidem. num.49.
A iuramento ad effectum agendi quando peti possit ad rescissionem ex. l. 2. C. de rescind. vendit. ibidem. numer.50.
A iuramento interposito super contractu simulato nō est necessaria. ibidem. n.57. contrarium sub. num.65.
A iuramento super contractu Simoniaco, non est necessaria. ibidem. numer.69.
A iuramento quocumque illicito, non est necessaria. ibidem. num.70.
Ab obseruatione iudicij, quando fiat, præp. 14. num.56. par. 2.
Ab obseruatione iudicij, quando priuet actorem potentia iterum agendi. ibidem. num.57.
Ab excommunicatione est præparatorium necessarium ad excommunicationem tollendam; præp.32. num.1. par.2.
Est concedenda excommunicato petenti se absolui, antequam audiri possit tanquam actor in causa, si præstat cautionem de parendo iuri. ibidem. numer.2.
Ab excommunicatione nulliter lata est concedenda absolutio, saltem ad cautelam. ibidem. num.3.
In dubio semper petenda est ab excommunicatione, etiam nulliter lata, saltem ad cautelam. iaidem. num.4.
Ad cautelam petita non importat confessionem incommunicationis. ibidem.
A iuramento, etiam per statutum annullato, semper est petenda. ibidem. numer.6.
A iuramento etiam malo, est necessaria. ibidem. num.7.
Ab excommunicatione iniusta, propriè nō fit, sed reuocatio. ibidem. num.8.

Absolutus.

Non potest interrogari de eo, de quo iam

fuit

fuit absolutus. prep. 13. numer. 51. par. 1.
Ab vna excommunicatione non censetur ab alijs absolutus, vide supra in verbo absolutio ab vna excommunicatione.
A iuramento ad effectum agendi, an, & quando agere teneatur coram Episcopo absoluente. præpar. 4. numer. 56. par. 1.

Accessus.

Et recessus pro aliquo negotio est ita priuilegiatus, sicut ipsum negotium. præp. 4. num. 72. par. 1.

Accessorium.

Sequitur naturam sui principalis, sed non e contra. præp. 1. num. 52. par. 1.
Rumpitur per principale. ibidem. num. 53.

Accusans.

Non est admittendus ad accusandum sine cautione, vbi ex forma statuti cautio requiritur ab initio. præp. 11. numer. 9. par. 3.
Aliquem de suspecto in præparatorijs non dicitur accusare, sed accusare velle. præp. 20. num. 22. par. 3.
Potest in præparatorijs ab accusatione desistere. prep. 30. num. 4. par. 1.
Desistens ab accusatione de cetero non auditur propter suspicionem, & infamiam. præp. 20. num. 33. par. 2.

Accusare.

Est beneficium, quod odiosis non datur. præp. 29. num. 32. par. 3.
Qui non potest sine pena, potest accusationem reuocare, & euitare pœnam vsque ad sententiam, quia non dicitur accusare, qui non perseuerat vsque ad finem. præp. 6. num. 58. par. 1.

Accusatio.

Superueniens re integra quando faciat cessare Inquisitionem. præp. 5. num. 62. par. 1. & præp. 25. num. 56. par. 3.
Non admittitur elapso termino ad accusandum. præp. 5. num. 63. par. 1.
Admissa post terminum à statuto præfixum valet, si non opponatur in præparatorijs. prep. 8. num. 138. par. 3.
De suspecto facit, vt ea pendente supersederi debeat in causa ciuili. præpar. 20. num. 6. par. 3.
De suspecto calumniosa contra Tutorem non suspendit eum ipso iure. ibidem num. 41.
Et inscriptio sunt de præparatorijs iudicij. præp. 11. num. 10. par. 3.

Accusatus.

Actione famosa quando, & quomodo euitare possit infamiam ex sententia resultantem. præp. 6. num. 65. ampliation. 21. par. 1.
Actione famosa non cogitur respondere, si verbaliter offerat se paratum soluere in preparatorijs. præpar. 7. num. 38. par. 1.
Criminaliter, & captus non relaxatur sine idonea cautione, etiamsi ditissimus sit, vbi ex forma statuti captus non potest relaxari sine cautione. præp. 11. num. 55. par. 3.
Quando possit reaccusare accusatorem de pari, vel minori delicto. prep. 14. num. 51. par. 3.
Excipiens de pari crimine punitur probato crimine. ibidem. num. 52.

Acta.

Non apparentia, non præsumuntur. prep. 4. num. 189. par. 1.
Probant negatiuam actorum non apparentium. ibidem. num. 190.
Vbi non loquuntur, nec nos loqui debemus. ibidem. num. 191. & prep. 14. num. 52. par. 2.
Probantur per exhibitionem eorum, non autem per testes. prep. 4. num. 193. par. 1.
Integraliter sunt producenda. ibidem. num. 194.

Facta coram Iudici incompetenti, siue scienter, siuè ignoranter sunt nulla. pręp. 8. num. 30. par. 1.
Præparatoria probantur solo dicto Iudicis. pręp. 11. num. 43. par. 1. vers ampliatur. 15. declara vt ibidem.
Vnius iudicij non valent in alio, nisi inter easdem partes. pręp. 14. num. 2. par. 1.
Facta contra principalem pręparant iudicium contra fideiussorem. ibidem. num. 27.
Inter alios pręiudicant tertio, quoad qualem qualē pręsumptionē. ibid. num. 28.
Facta in Ciuili iudicio quomodo noceant in Criminali. ibidem. num. 72. 73. & 74.
Nulliter facta non interrumpunt pręscriptionem. pręp. 16. num. 36. par. 1.
Pręparatoria, quę habuerunt effectum iam consummatum per litis contestationem, vt sunt declinatorię, & dilatorię exceptiones non pereunt instantia perempta. ibidem. num. 44.
Probatoria non pereunt instantia perempta. ibidem. num. 45. etiam non publicata. num. 47. tam Ciuilia, quam Criminalia edi debent cuicunque cuius interest. pręp. 17. num. 39. par. 1.
Extra Mundum dicitur, quod non legitur in actis. pręp. 14. num. 53. par. 2.
Secundum acta est iudicandum. ibidem. num. 108.
Facta per Iudicem Secularem contra Clericum sunt ipso iure nulla, etiam Clerico non opponente. ibidem. num. 104.
Pręparatoria pereunt per lapsum instantię. pręp. 19. num. 54. par. 3.
Debent ratificari re integra. pręp. 6. num. 42. vers. amplia quinto part. 1. intellige, & declara vt sub num. 43. & 44.

Actio.

Omnis à suis principijs regulatur. pręp. 2. num. 83. par. 1. & præp. 2. num. 37. par. 3.
Dicitur filia sui principij. pręp. 4. num. 86. par. 1.
Omnis est accomodanda debitis locis, & temporibus. ibidem. num. 37. par. 1.
Oritur ex sententia arbitri de iure communi. pręp. 4. num. 184. par. 4.
Ex testamento non competit, nisi adita hereditate. ibidem. num. 261.
Ad exhibendum est pręparatoria rei vēdicationis. pręp. 5. num. 10. par. 1.
Rei vendicationis, an requirat exhibitionem rei de qua agitur. ibidem. num. 11. & 12.
Ad exhibendum, & rei vendicatio, quando possint vno libello cumulari. ibidem. num. 13. & 14.
Euictionis quando in pręparatorijs extinguatur. pręp. 6. num. 49. & 50. par. 1.
De dote repetenda, ab heredibus mariti per vxorem viduam, an intentata per patrem vxoris, sine eius consensu, mortuo patre transeat in filiam heredem. pręp. 11. num. 37. par. 1.
Iniuriarum inchoata per defunctum per sola præparatoria, an transeat ad heredē. ibidem. num 87. an ius competens heredi pro iniuria illata defuncto competat iure hęreditario num. 88.
Quid si pater agerit pro iniuria facta filio emancipato, & postea moriatur lite contestata, an instantia transeat in filiū non heredem. ibidem. num. 89.
Ad exibendum est pręparatoria ad rei vindicationem, & contentatur summaria probatione, etiam per iuramentum, vbi de modico pręiudicio agitur. pręp. 11. num. 14. par. 1. & quando requirat probationem concludentem. ibidem. num. 15.
Venit etiam sub nomine Iudicis officij pręp. par. 17. num. 44. par. 1.
Superueniens de nouo post litem contestatam requirit nouum libellum. præp. 14. num. 120. par. 2.
Vna electa non facit alteri non electæ præiudicium. pręp. 15. num. 86. par. 2.
Non perpetuatur ad 40. Annos per præparatoria, sed per litis contestationem. præp. 18. num. 87. par. 1.
De dolo debet infra biennium à die commissi doli proponi, & terminari. ibidem. num. 88.
Non dicitur competere si de iure non competit. præp. 2. num. 6. par. 3.
Omnis fundanda ex capite, ex quo competit. ibidem. num. 55.

Omnis

Omnis qualem habet materiam, talem debet habere formam. ibidem. num. 40.
Omnis habet obligationem tanquã suum principium. ibidem. num. 42.
Iniuriarum regulatur ab eo qui primo prouocauit ad rixam. ibidem. num. 48.
Pro socio, quæ continere debeat. ibidem. num. 94.
Personalis personam obligati non egreditur. ibidem. num. 113.
An sit directa, vel vtilis, quomodo cognoscatur. ibidem. num. 130.
Præscriptis verbis quæ sit. ibidem. num. 136.
Hipotecaria, quando, & quomodo competat. ibidem. num. 144.
Hipotecaria datur contra tertium possessorem. ibidem. num. 146.
Confessoria, & negatoria quæ. ibidem. num. 175.
Electa in libello non potest mutari. præp. 6. num. 1. par. 3.
Prætertim, si libellus fuit parti intimatus ibidem. num. 2. & quando præiudicet actionis electio. ibidem. num. 3. 4. 10. 14. & 16.
Ciuilis, & pœnalis, an tollantur electione. ibidem. num. 17.
Ciuilis, & Criminalis quando simul intentanda. ibidem. num. 19.
Sicut per exceptionem in præparatorijs excluditur, ita exceptio excluditur per replicationem. præp. 15. num. 2. par. 3.
Potest de facto intentari si in litis contestatione oriri speratur. præp. 21. num. 7. par. 3.
Popularis non dicitur in præparatorijs propria agentis. præp. 27. num. 4. par. 3.
Popularis non potest compromitti. ibidem. num. 9.

Actionum.

Plurium cumulatio in eodem libello quando sit de iure permissa. præp. 5. num. 1. 2. 7. 8. & 9. par. 1.
Plurium cumulationem qui dicit fieri non posse, tenetur probare. ibidem. num. 3. quia in dubio licet actori proponere plura remedia tendentia ad eundem effectum. ibidem. num. 4.
Plurium cumulatio est reo potius vtilis, quam damnosa ibidem. num. 5. ideo potest reus actori opponere in præparatorijs, vt ex pluribus libellis fiat vnus. ibidem. num. 6.
Ad exhibendum, & rei vendicationis quando cumulatio permittatur. ibidem. num. 13. & 14.
Plurium cumulatio conditionaliter facta non est propriè cumulatio. ibidem. num. 15.

Actor.

Debet se primo præparare ad agendum antequam agat. præp. 2. num. 38. par. 1.
Nec excusatur etiamsi esset minor. ibidem
Habilitatus ab Episcopo à iuramento ad effectum agendi, an teneatur agere in foro Episcopi, vel in foro rei. præp. 4. num. 50. par. 1.
Tenetur sequi forum rei. ibidem. num. 51.
Potest proponere diuersa remedia. præp. 5. num. 4. par. 1.
potest in preparatorijs desistere à lite, etiã inuito reo. præp. 6. num. 4. par. 1.
Declara vt sub. 7.
Potest pœnitere in præparatorijs etiam post datum libellum. ibidem. num. 8. & potest suspendere petitorium, & agere possessorio, etiam inuito reo. ibidem.
Potest in præparatorijs libellum suum corrigere, & emendare, & nouam actionem proponere, sed non potest in totum mutare. ibidem. 11.
Per litis contestationem adstringitur instantiæ, ita vt ab ea discedere non possit inuito reo. ibidem. num. 15. & 16. tanto magis, vbi reus eam laborauit in onere probandi. ibidem. num. 17. etiamsi actor desistens confiteatur se velle desistere propter litis improbitatem. ibidem.
Potest desistere à lite, ne dum post datum libellum, sed etiam post admissum à Iudice cum decreto de citando partem. ibidem. num. 29. quod tamen declara vt ibi.

Actor

Actor.

Clericus sequitur forum rei laici. pręp. 9. num. 34. par. 1.

Cogitur persistere in actione personali intentata per solum actum citationis. ibidem. num. 79. fallit in actore, qui prius intentauit petitorium, & velit illud suspendere, & transire ad possessorium: ibidem. num. 80. item fallit in fisco. ibidem. num. 81.

Agens contra reum ad translationem possessionis propter eius mendacium, an teneatur probare dominium rei. præp. 12. num. 14. par. 1.

Ponens aliquid asserit illud quod ponit, reus vero aliquid excipiens, dicitur illud negare. ibidem. num. 36.

Ex eodem facto præmium, & pænam consequi non debet. præp. 16. num. 37. par. 1.

Vbi potest sibi prospicere petendo executionem sententię latę, non debet implorare Iudicis suffragium. pręp. 17. num. 21. par. 1.

Est fauorabilior reo in preparatorijs. pręp. 20. num. 3. par. 1.

Circa media causę à par. procedit cum reo. ibidem. num. 17.

Et reus sunt correlatiua. ibidem. numer. 25.

Quod primo iuret, deinde reus non est de essentia. ibidem. num. 27.

Si non probat reus absoluitur. ibidem. num. 30.

Est fauorabilior reo in exceptionibus oppositis per reum. ibidem. num. 33.

Non est fauorabilior reo circa testes examinandos ad ęternam rei memoriam, cum ad illos examinandos in preparatorijs admittatur reus, non autem actor. ibidem. num. 37.

Debet semper venire paratus ad iudicium. ibidem. num. 41.

Non excusatur à mora, vel contumacia, etiam in prędparatorijs. ibidem. numer. 42.

Si se absentet in prędparatorijs absoluitur, reus ab obseruatione iudicij, si vero se absentet post litem contestatam absoluitur diffinitiue. pręp. 25. num. 9. par. 1.

Tenetur legittimare personam suam quāuis non opponatur. pręp. 6. num. 44. par. 2.

Debet legittimare personam suam, antequam agat, nec expectare, quod sibi opponatur de persona non legittima, ibidem. num. 48.

Ad litem non gerit suo nomine, sed tutoris. pręp. 8. num. 54. par. 2.

Ad litem non potest in prędparatorijs constituere alium actorem, sed post litem contestatam, constituit procuratorem. prep. 10. num. 9. par. 2.

Ad litem ordinatur, cum decreto, aliàs non valet ordinatio facta in prędparatorijs, secus post litem contestatam. Ibidem. num. 20.

Ad litem debet ordinari, ad lites pręsentes in actu non autem ad futuras, quod declara, vt ibidem. num. 26.

Ad litem debet ordinari eo pręsente, & acceptante, ibidem. num. 27.

Debet venire paratus ad iudicium, alias non datur ei dilatio ad deliberandum, sicut datur reo. pręp. 14. numer. 5. & 6. par. 2.

Non pręparatus in probationibus non potest petere, vt instruatur à reo. ibidem. num. 9.

Non potest petere, quod sibi edatur à reo, ibidem. num. 11.

Tenetur edere reo, vbi se non potest aliter pręparare. ibidem. numer. 12.

Est in culpa, si expectat, quod instruatur à reo. ibidem. num. 13.

Non probans propter paupertatem, non excusatur. ibidem. num. 19.

Videns se posse in probatione deficere silere debet, non autem litigare. ibidem. num. 24.

Debet esse paratus cum instrumentis, quæ potest habere à notarijs, non autem confidere de confessione aduersarij, quæ non est in potestate sua. Ibidem. num. 27.

Debet esse præuius de modo probandi. ibidem. num. 69.

Non tenetur probare replicationem suam, nisi reus prius probauerit exceptionem suam. ibidem. num. 87.

Non

Non tenetur probare id quod est de exceptione rei. ibidem. num.88.
In sua replicatione est actor, & in ea non potest petere, vt sibi edatur à reo. ibidem. num.89.
Potest expellere famulum suum, vt illum inducat in testem pro se. ibidem. num.90.
Tenetur probare contenta in libello. ibidem. num.110.
Et reus sunt personæ, in quibus iudicij figura consistit. præp. 15. numer. 3. par.2.
Eligit forum in præparatorijs, non autem reus. Ibidem. num.22.
Male eligens Iudicem puniri debet, tum quia incompetentem elegit, tum quia competentem contempsit. ibidem. numer.23.
Quando habeat electionem in quo foro velit conuenire reum. ibidem. numer.25.
Quando possit inducere testes ad ęternam rei memoriam inpręparatorijs pro debito conditionali probando. pręp. 16. num.51. par.2.
Cui non est in sua potestate agere, quando possit producere testes in pręparatorijs ad æternam rei memoriam. ibidem. num.58.
Et reus per omnia exæquantur in iudicijs. ibidem. num.60.
Est fauorabilior reo in pręparatorijs. ibidem. num. 61.
In cuius potestate est agere, non potest producere testes ad eternam rei memoriam. ibidem. num. 83.
Et reus sunt correlatiua. ibidem. num. 91.
Potest vti dilatione rei. ibidem. numer.93.
Non admittitur ad examinandum testes, ad æternam rei memoriam contra reum pręsentem. ibidem. num.95.
Quis dicatur in materia l. diffamari. præp. 29. num.17. par.2.
Sequitur forum rei. ibidem. num.20.
Non potest replicando esse contrarius suo libello. præp.4. num.25. par.3.
Debet venire paratus ad iudicium. ibidem. num.16.
Mittitur in possessionem ex primo decreto, reo citato non comparente. præp. 9. num.1. par.3.
Cogitur declarare tempus obligationis ad pręparandam reo exceptionem præscriptionis. præp.13. num.56. par.3.
Exclusus ab vna actione propter exceptionem, non intelligitur exclusus ab alia, quæ sibi competat. ibidem. numer. 13.
Sicut non videtur se abstringere ad id, ad quod non debet, ita neque reus excipiēs. ibidem. num.14.
Si non habet ius agendi, licet reus non habeat ius possidendi, semper præualet possessio rei. ibidem. num.22.
Non potest se iuuare exceptione rei, quam nixus est impugnare. ibidem. num. 25.
Negando exceptionem rei non potest in ea se fundare, nec in confessatis explicite. Pręp.14. num.58. par.3.
Potest se fundare in puro facto, quod continet exceptio rei. ibidem. num.67.
Licet non possit se fundare super positione, potest tamen se fundare super testibus, super eadem positione receptis. ibidem. num.74.
Non cogitur probare replicationem, nisi post quam reus probauit exceptionem. pręp.15. num.7. par.3.
Succumbens in replicatione non potest illud idem replicare per modum actionis. ibidem. num.39.
Non debet pati moram litis ex facto rei. pręp.16. num.4. par.3.
Non potest in pręparatorijs à lite desistere, vt euitet roconuentionem. ibidem. num.3.
Qui à lite discessit per transactionem, quando possit eandem litem iterum suscitare. pręp.19. num.91. par.3.
Potest quandocumque suspendere iudicium petitorium, & transire ad possessorium. ibidem. num.95.
Non tenetur iura sua edere cōtra se ipsum. præp.21. num.3. par.3.
Non potest petere, quod reus sibi edat ad intentionem fundandam. ibidem. numer.4.
Habens penes se instrumentum, quod in

suo.

suo libello enuntiauit, tenetur illud edere reo petenti in præparatorijs. ibidem. num.8.
Producens instrumentum vna cum libello in præparatorijs, debet illud reproducere post litem contestatam, alias non obtinebit. ibidem. num 16.
Differens producere instrumentum, vnde appareat, quod reus non habeat iustam causam, condemnatur in expensis. ibidem. num.27.
Qui post decretum obtentum de citando partem, si interim aliquid attentet innouare dicitur, & tanquam attentatum lite pendente debet reuocari. præp.32. num.16.par.3.

Actoria.

Morte tutoris, vel curatoris finitur. præp. 16. num.29.par.1.
A tutela descendit. præp. 10. numer. 17. par.2.

Actus.

Omnis fori est de iure ciuili. præp.2. num. 69. par.1.
Præparatoria differunt à deuentione ad ipsum actum. ibidem. num.44.
Inchoatus per sola præparatoria facta infra tempus, licet postea finiatur, an dicatur finitus. præp.4. num.85.par.1.
Et habitus inter se differunt. ibidem. numer.141.
Quod est in potentia propinqua, videtur esse in actu. ibidem. num.150.
Prohibitus præsumitur si fiat in loco prohibito. ibidem. num.234.
Præparatorius factus præcario nomine, vel iure amicitiæ non tribuit quasi possessionem rei in qua fuit factus. præp. 19. num.6. par.1.
Voluntariæ iurisdictionis expediri possunt in diebus feriatis. Præp.26.num.43. par.1.
Factus ab incompetenti Iudice habetur ac si sine citatione factus sit. Præp.15.num. 39.par.2.
Agentium non debent operari vltra intentionem eorum. præp.14. num. 27. par.3. & præp.16.num.59.par.3.
Dandi Apostolos concernit præparatoria. præp.25.num.21.par.3.
Necessarius non inducit consensum in iurisdictionem. præp. 34. numer. 10. par.3.

Adam.

Formatus fuit in agro, qui dicitur Damascenus. præp.15. num.44.par.2.

Adiens.

Iudicem in his, quæ potest facere propria autoritate præiudicat sibi, nisi protestetur. præp.6.num.38. par.3.

Aditio.

Hereditatis non dicitur facta per eum, qui præparatoria facit ad adeundum. præp. 4. num.243.par.1. intellige si facit præparatoria necessaria ad aditionem, quia is non dicitur adire, secus si facit præparatoria non necessaria, quia per ea inducitur aditio. ibidem. num.245.
Hereditatis in solo animo consistit. ibidem. num.251.
Hereditatis, quando censeatur simpliciter facta. ibidem. num.256.

Arbiter.

Tenetur seruare ordinem iudiciarium. præp.15.num.19. par.1.
Ex forma statuti non potest procedere in diebus feriatis. Præp. 26. numer.39. par.1.
Et tenetur seruare ordinem iudiciarium, sicut quilibet Iudex ordinarius. ibidem. num.40.
Et tenetur iudicare de iure tantum. ibidem.num.41. & coram eo currit instantia sicut coram Iudice ordinario. ibidem. vers. & coram: & ab eius sententia potest appellari de iure communi, sicut à sententia Iudicis ordinarij. ibidem. num.42.
Potest recipere testes sine citatione. præp. 8.num.142. par.3.

Quan-

Quando possit testificari de gestis coram se. præp.19. num.58. par.3. non creditur ei attestanti de gestis apud se. nisi concurrentibus coniecturis verisimilibus. ibidem. num.60.

Arbitramentum.

Est redactum ad instar contractum, & potest fieri, etiam in die Dominica. præpar. 4. num. 76. & præpar.26. num.38. par.1.

Quando sine compromisso producat actionem, & vbi petenda sit reductio. Præpar.9. num.61.par.1.

Vbi latum sit à Clerico arbitratore, reductio peti debet coram superiore Clerici. ibidem. num.63. quid si latum sit à Clerico, & Laico simul electis arbitratoribus. ibidem. num.64.

In quo foro petenda sit executio arbitramenti. ibidem. num.65.

Sine compromisso non parit actionem. ibidem. num.66.

Arbitrator.

An processerit tanquam arbitrator, colligitur ex actis præparatorijs. Præpar.4. numer. 174. par.1.

Non tenetur seruare iuris ordinem. ibidem. num.175.

Dicitur bonus vir. præpar.17. numer. 36. par.1.

Non potest procedere sine citatione. prępar.8. par.8. par.3.

Quomodo citare possit. ibidem. num.9.

Arbitria.

Sunt redacta ad instar iudiciorum, & ab eis datur appellatio. pręp. 4. num.185. & præp. 15. num. 18. par. 1. & præp.27. num. 18. par.3.

Iniqua quæ dici possint. præp.17. num. 35. par.1.

Arbitrium.

Datum arbitratori intelligitur de bono, & regulato à iure. præp. 8. num. 15. par.3.

Plenissimum datum, intelligitur, vt parum lædat. ibidem. num. 16.

Habens citandi, non potest eligere viam citandi per edictum. ibidem. numer. 76.

Argumentum.

Valet à nominis interpretatione. pręp. 2. num. 12 par. 1.

A consequenti destructo quando valeat. præpar. 3. num.28. par.1.

Arma.

Non sunt sumenda de domo rei. præp. 21. num. 5. par. 3.

Ars.

Et natura non possunt facere, quod sine principio destruantur ea, quæ post principium sunt. præpar. 2. numer. 55 par. 1.

Articulans.

Non dicitur fateri contenta in articulo ad commodum aduersarij. præpar.14. numer.61. par.3.

Articulus.

Super possessione quomodo formandus. præpar.11. num.8. par.1,

Potest produci post elapsum terminum, dummodo testes iurauerint in termino. Præpar.19. num. 45. par.3.

Assassinium.

Non intrat, nisi occisus assassinium probetur Christianus. Præpar.30. numer.43. par.2.

Assertio.

Nuncij dicentis se citasse dė commissione Iudicis in dubio præsumitur vera. prępar.18. num. 49. par.1.

Facta in libello in dubio creditur vera & ei stan-

& ei standum est. Præpar. 4. numer. 19. par. 3.
Libellantis transfert in eum onus probandi negatiuam. ibidem. num. 20.

Attentans.

Non auditur, nisi attentatis integrè purgatis vsque ad vnum obolum. prep. 13. num. 58. par. 2.
Quomodo audiatur in negotio principali volens attentata purgare. ibidem. numer. 60.

Attentata.

Habent priuilegium suspensiuum negotij principalis. præpar. 13. numer. 59. par. 2.

Attestationes.

Receptæ in fauorem banniti sunt nullæ. præpar. 2. num. 71. par. 1.

Author.

Laudari debet congruis loco, & tempore. prepar. 40. num. 9 par. 3.
Laudatus veniens ad causam post litem contestatam tanquam tertius auditur, in statu, & terminis. ibidem. num. 12.
Laudatus an possit petere tanquam coniunctus causam compromitti ad formam statuti. ibidem. num. 13.
Laudatus est necessarius defensor, ad quē spectat commodum, & incommodum litis, & potest ex persona sua opponere omnes exceptiones. ibidem. num. 14. quia eius interest litem agi magis suo nomine, quam alieno. ibidem. numer. 16.
Laudandus est cum interpellatione. ibidem. num. 22.
Laudatus pendente iudicio euictionis subministrare debet litis expensas. ibidem. num. 32.
Laudatus re euictâ tenetur ad damna, & interesse. ibidem. num. 34.
Non laudatur coram arbitro. ibidem. numer. in fin.

Auctoritas.

Iudicis non facit licitum id, quod est de iure prohibitum. præpar. 32. numer. 57. par. 3.
Adhibenda certo, & limitato tempore, si alio tempore interponatur, non valet. præp. 11. num. 57. par. 2.
Præstanda est actus legittimus, qui non potest manere in suspenso. ibidem. numer. 58.
Curatoris. vide infra in verb. curator.

Augurium.

Quoddam futurorum seculorum inhęret in mentibus nostris. prep. 3. num. 40. par. 1.

Auxilium.

Adhibendum in his, quę de nouo emergunt, prep. 3. num. 55. par. 1.

Administratio.

Tutoris ante confectum inuentarium, licet teneat quoad fauorem pupilli, non tamen quoad alios. prep. 8. numer. 35. par. 2.
Facta quomodo probetur. ibidem. numer. 52.
Non prçsumitur, nisi probetur. prep. 20. num. 1. par. 3.

Administrator.

Quilibet tenetur conficere codicem rationum. præp. 8 num. 47. par. 2.
Quilibet tenetur reddere rationem, etiam si quid minimum gesserit. ibidem. numer. 49.
Debitor conuentus ad reddendam rationem non potest condemnari ad certam summam, in qua appareat, eum debitorem esse, antequam reddita sit ratio ad integrum liquidatis datis, & acceptis, soluto ei debito suo. prep. 2. num. 102. par. 3.
Conuentus ad reddendum rationem debet remitti ad locū factæ administrationis, si ibi non reperiatur. ibidem. num. 110.

Admo-

Admonitio.

Aduersarij facienda est per eum, qui litigare intendit, num velit sine lite negotium transfigere. præp.4.num.4. par. 2.
Est de consilio potius quam de precepto, & potius de vrbanitate, quam de necessitate. ibidem. num.2.
Huiusmodi parum prodest, nam qui timide petit negare docet. ibidem. num.3.
Facienda est etiam ab Ecclesia volente litigare. ibidem. num.4.
Facienda est per emptorem conuentum iudicio euictionis amitentum contra venditorem, vt veniat ad defendendum eum. ibidem. num.27.
Fallit, vt sub num.28. & 29. & 30.
Facienda est etiam pupillo. ibidem. n.31.

Aduersarius.

Dicitur qui contradicit alterius intentioni. præp.2. num.50.par.1.
Non est instruendus.prep.12.num.1.par.1.

Adultus.

Potest per ipsum petere, quod sibi deputetur curator, non autem pupillus. præp. 7. num.4. par.2.

Aduocatus.

Instruens clientulum ad falsum tenetur ad damnus præp.12.num.38. par.1.
Potest pacisci, quod si vicerit, cliens dabit sibi tot scuta. præp.1. num.10. par.2.
In causa est ante omnia querendus, in præparatoris. prepar.9. numer.1.par.2.
Magis meretur, quam religiosus predicator vel medicans. ibidem. num.6.
Militare dicitur. ibidem. num.7.
In culpa est, si ignorat ius in quo versatur. ibidem. num. 12.
Orator dicitur. ibidem. num. 15.
Debet firmare opinionem suam nō ex suo capite, sed ex textu, & Glossis. ordinarijs ibidem. num. 16.
Pauperum non debet recipere salarium. ibidem. num.28.
Etiamsi iurauerit de non aduocando sine salario, non intelligitur iurasse de causis pauperum. ibidem. num.29.
Si sine causa aduocare recuset, potest per Iudicem ab aduocationis officio remoueri. ibidem. num. 30.
Debet habere salarium, etiam non conuentum. ibidem. num.32.
Etiamsi sit clericus consulens in foro seculari. ibidem. num.33.
Debet habere salarium secundum eius facundiam. ibidem. num.36.
Debet habere salarium in principio aduocationis. ibidem. num.37.
Si per imperitiam aliquem leserit, tenetur ei ad interesse, etiamsi adhibuisset omnem diligentiam, ne noceret. ibidem. num.40.
Non excusatur assumens causam desperatam defedendam, licet excusetur medicus si curam desperatam assumat. ibidem. num.41.
In via salutis erraret, si dolo eius succumberet cliens per sententiam. ibidem. num.42.
Sine peccato potest occultare ea, quibus posset processus suus impediri. ibidem. num. 44.
Potest instruere bona fide testes examinandos, vt sciant deponere veritatem. ibidem. num.45.
Non potest paci sci de quota parte litis, nec vllum inire contractum, cum litigatore, quem in propriam recepit fidem. ibidem. num.47.
Dicitur etiam cause procurator. Præp.3. 3.num.1.par.2.

Æquiparatio.

Inter prælatum, & tutorem non procedit. prep.20. num.30. par.3.

Æstimatio.

Alicuius rei de preterito, quomodo petenda. prep.20.num.85.par.3.

Æstimatores.

Electi de æstimandum, vel diuidendum debent esse iurati de Iudicis mandato. præp.15.num.31.par.1.

Agens.

Omne agit propter finem. prǫp. 2. num. 87.& præp. 3. num. 23. par. 1.
Debet antequam agat cogitare, quod euinire potest. prǫp. 3. num. 9. par. 1.
Interdicto de aqua quotidiana, & ǫstiua quid probare debeat. prǫp. 19. num. 7. par. 1.
Impedit cursum prǫscriptionis. prǫp. 32. num. 3. par. 1.
Extra locum destinatǫ solutionis debet reum citare personaliter, nec sufficit citatio per edictum. prǫp. 15. num. 70. par. 2.
Remedio l. diffamari, est reus. prǫp. 29. num. 70 par. 2.
Super diffamatione tenetur illam probare. ibidem. num. 30.
Iudicio communi diuidendo debet esse possessor. prǫp. 2. num. 117. par. 3.
Ex contractu innominato debet prius adimplere pro parte sua. ibidem. num. 138.
Contra plures insolidum vno, & eodem libello, non præiudicat sibi diuidendo eum in plures. par. 7. num. 9. par. 3.
Contra plures insolidum obligatos vno, & eodem libello, quando dicatur sibi prǫiudicare diuidendo. ibidem. numer. 10.
Contra vnum ex pluribus obligatis insolidum non videtur diuidere, nisi sequatur sententia contra quemlibet pro parte. ibidem. num. 11.
In criminalibus prosequendo suam, vel suorum iniuriam, non dicitur consentire in Iudicem. prǫp. 16. num. 89. par. 3.
Nomine Ecclesiǫ potest in præparatorijs iudicij constituere procuratorem. ibidem. num. 101.
Vel accusans actione populari, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, non potest in præparatorijs procuratorem constituere. præp. 27. num. 1. par. 3.
Actione populari non satisdat de rato. ibidem. num. 8.
Actione populari si constituatur procurator à populo, experitur tam nomine proprio, quam procuratorio simul. ibidem. num. 12.

Agere.

Et petere idem significant. prǫp. 2. num. 48. par. 1.
Quis non dicitur in prǫparatorijs, se à agere velle. ibidem. num. 48. & prǫp. 6. num. 57. par. 1. & præp. 29. n. 2. par. 1.

Aggrediens.

Cum armis non dicitur, qui non fuit vsus armis, quibus vti potuisse, & vti noluit. Prǫp. 4. num. 209. par. 1.

Alienans.

Postquam est vocatus in iudicio, vel est spes, quod vocaretur, prǫsumitur dolosè alienare. præp. 19. num. 4. par. 2.
Post litem contestatam condemnatur tanquam interpretatus possessor. ibidem. num. 9.
In Clericum præsumitur alienare causa mutandi iudicij, si Clericus habeat potestatem in Laicum de iure, vel de facto; alias secus. ibidem. num. 12.
Post litem motam tenetur ad fructus perceptos medio tempore. præp. 33. num. 10. par. 3.

Alienatio.

Rei licitæ cum re prohibita alienari, vitiatur in totum propter indiuiduitatem. præpar. 32. num. 47. par. 3.
Facta litǫ pendente, præsumitur facta in fraudem. præp. 33. num. 6. par. 3.
Facta post litem motam, vel præparatam præsumitur facta in fraudem. ibidem. num. 7.
Facta post litem motam habetur pro non facta. ibidem. num. 11.

Alimenta.

Non transeunt ad heredem. præp. 10. numer. 76. vers. amplia 21. par. 1.

Alimentorum.

Causa est prǫparatoria ad causam filiationis, &

nis, & exigit summariam probationem. præpar. 11. num. 18. par. 1.
Causa non requirit libellum. præp. 1. numer. 63 par. 3.

Ambasciator.

Quando seruari debet indemnis, quoad expensas factas in se preparando ad ambasciatam. prep. 6. num. 14. par. 1.
Debet habere expensas à die inchoatę preparationis factę ad ambasciatam de mãdato principis. præp. 4. num. 76. par. 1.

Amicus.

Dicitur, qui te ipsum diligit, non autem res tuas. prep. 1. num. 36. par. 2.
Dicitur alter ego. ibidem. num. 40.
Si est Plato, & veritas, præhonoranda est magis veritas. prep. 16. num. 6. par. 2.

Amicitia.

Omnibus rebus est anteponenda. prep. 1. num. 38. par. 2.

Amor.

Nullus vincit paternum. prep. 20. num. 53. par. 3.

Animus.

Prudens tribus temporibus dispensandus. præp. 3. num. 38. par. 1.
Et intentio maleficia destinguunt. præp. 4. num. 219.

Annalia.

Quæ sunt ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. prepar. 16. numer. 59. par. 2.

Antecedens.

Non sapit naturam sequentis, sed sequetis antecedentis. præpar. 1. num. 50. par. 1.

Antiquitas.

Temporis non facit presumi solemnitates, quando ex facie appareat solemnitates non fuisse seruatas. prep. 42. num. 34. par. 3.

Appellans.

Potest penitere, & ab appellatione recedere re integra prep. 4. num. 85. par. 1.
Arripiens iter ad appellandum, dicitur appellationem prosequi. ibidem.
De iure Canonico habet annum ad prosequendam appellationem, & ex causa biennium. prep. 31. num. 18. par. 2.
Habet exceptionem contra partem appellatam volentem prosequi appellationem, vt hic. ibidem. num 20.
Non prosequens appellationem propter impedimentum culpa sua causatum non excusatur à cursu fatalium. ibidem num. 21.
Non potest etiam re integra renunciare appellationi, vt auferat appellato ius prosequendi appellationem. prep. 16. num. 54. par. 3.

Appellandum.

